BS1765
.H54

LIBRARY OF PRINCETON
JAN 23 1900
THEOLOGICAL SEMINARY.

Division BS1765
Section .H54
No.

1177

DE

VETERIS LATINAE ECCLESIASTICI

CAPITIBUS I—XLIII

UNA CUM NOTIS EX EIUSDEM LIBRI
TRANSLATIONIBUS AETHIOPICA, ARMENIACA, COPTICIS,
LATINA ALTERA, SYRO-HEXAPLARI DEPROMPTIS

SCRIPSIT

DR. THEOL. HENR. HERKENNE

REPETENS IN COLLEGIO ALBERTINO BONNENSI

LEIPZIG
J. C. HINRICHS'SCHE BUCHHANDLUNG
1899

Cum permissu Reverendissimi Vicariatus Apostolici per terras regni Saxoniae hereditarias.

Typis expressit W. Drugulin Lipsiae.

VIRO ADMODUM REVERENDO

Dri SEBASTIANO EURINGER

PAROCHO DIOECESEOS AUGUSTANAE

FAUTORI SUO BENEVOLENTISSIMO AC LIBERALISSIMO

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS PII GRATIQUE ANIMI

TESTES EXSTARE VOLUIT

AUCTOR

Explicatio quorundam siglorum atque compendiorum, quibus in opere nostro utimur.

Manuscripta Graeca, quae adii, quibus solent literis vel numeris notavi.

Vind. I. = Vindobonensis codex theologicus Graecus XI.
Vind. II. = Vindobonensis codex theologicus Graecus CXLVII.
} De utroque videas apud E. Hatch: Essays in Biblical Greek, Oxonii 1889 pag. 248.

Fr. = Fragmentum manu scriptum variae lectionis aliquot capitum e scidis Frid. Sylburgii. Citatur in Hoeschelii editione libri Ecclesiastici.

Mon. = ἀποφθέγματα Antonii et Maximi monachorum, quae unde hauserim, in pag. 10 not. 1 indicatur. — „serm." = sermo.

Co. = Biblia Complutensia typis descripta annis 1514—1517.

Ald. = Biblia Aldina (Biblia Graeca Venetiis in aedibus Aldi et Andreae soceri impressa anno 1518).

V. L. = Vetus Latina.

Lat.^{2} = Versio libri nostri Latina altera a Douais edita; vide infra pag. 17.

S. H. = Syro-Hexaplaris.

Sah. = Sahidicus.

Boh. = Bohiricus.

„Arm." et „Aeth." quid sibi velint, per se patet.

H = Fragmenta libri Siracidae Hebraica, quae nuper sunt inventa; vide pagg. 5 sq.

P = Translatio Peschittoniana.

M. T. = Textus Veteris Testamenti masoreticus.

G, *g* } explicantur in pag. 11.

α = codex Veteris Latinae Amiatinus.
γ = codex Veteris Latinae Sangermanensis 15.
ϑ = codex Veteris Latinae Sti Theoderici ad Remos.
κ^1, κ^2 = duo manuscripta Veteris Latinae Corbeiensia, quae Sabatier consuluit.
τ = codex Veteris Latinae Toletanus.
} de quibus vid. pag. 7.

Carol. Turic. = codex Veteris Latinae Carolinus Turicensis, vid. pag. 8.

Spec.[1] = Sti Augustini Speculum. } vide pag. 8. Singulis allegationibus additur numerus paginarum ac linearum editionis Weihrich.

Spec.[2] = Sti Augustini quod fertur Speculum seu liber de divinis scripturis. } vide pag. 8. Singulis allegationibus additur numerus paginarum ac linearum editionis Weihrich.

Miss. = Missale Mozarabicum. } quae secundum numerum paginarum editionis Migne cito.

Brev. = Breviarium Mozarabicum. } quae secundum numerum paginarum editionis Migne cito.

Com. = Liber Comicus (vide pag. 8), cuius verbis allatis numerum paginarum editionis Morin adiungo.

Rab. = Rabani Mauri in Ecclesiasticum commentarii; cf. pag. 8.

Luc. Brug. = Lucae Brugensis „Notationes in sacra Biblia"; vide pag. 8.

Migne Gr. = Migne, Patrologia Graeca.

Migne L. = Migne, Patrologia Latina.

Archiv = Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik.

„Fritzsche", ubi non aliter notatur, commentarium libri Siracidae ab illo anno 1859 editum designat.

Gaab I — vide pag. 1 not. 3.

Gaab II — vide pag. 1 not. 4.

Thielmann VIII = Thielmann: Die lateinische Übersetzung des Buches Sirach (in „Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik" VIII Lipsiae 1893).

Thielmann IX = Eiusdem: Die europäischen Bestandteile des lateinischen Sirach (in „Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik" IX Lipsiae 1896).

Plurimarum commentationum catalogus, quarum in dissertatione nostra commemoratio fit, in pagg. 1 sqq. affertur.

Monitum.

Sixtinae textum Tischendorfianum fundamentum mearum disquisitionum esse volui, quem in numerandis versibus sequor. Capita autem 30, 25 sqq. usque ad 36, 31 secundum rectum textus ordinem*) signavi; quem numerum Tischendorf uncis inclusum Sixtino associavit, ut e. g. XXXI (XXXIV), XXXV (XXXII). Ego vero Sixtinum numerum meo intra semicirculos ( ) apposui praefixo compendio „al.", e. g. 34 (al. 31); 32 (al. 35). Quare, ut rem illustrem,

pro 32 (35), 6 ed. Tisch. Sixtinae scribo 35 (al. 32), 6
„ 33 (36), 3 „ „ „ „ 36 (al. 33), 3
„ 34 (31), 9 „ „ „ „ 31 (al. 34), 9
etc.

In capp. 30, 25—40 et 36, 17—31 editionis Sixtinae pro Sixtino eum modum numerandi commata recepi, quem Tischendorf in margine intra uncinos exhibet, quippe qui ad textum libri nostri ordine legitimo dispositum quadret. Itaque e. g.

30, 28 (20) editionis Tisch. Sixtinae ita signo: 33 (al. 30), 20
36 (33), 22 (19) „ „ „ „ „ 36, 19.

Allegationes meas Veteris Latinae, cuius stichorum distinctio plerumque a Graeca dissentit, ad Sixtinae rationem signandi versus nonnunquam accommodavi. Ubi vero Latini textus stichometriam retinui, eius numerum inter uncinos positum perhibui addito siglo V. L., ut e. g. (29, 10 V. L.) (34, 5 V. L). Nec raro copulando et Sixtinae et Veteris Latinae stichos indicavi hoc exemplo: 4, 28 (33 V. L.); 11, 21 (22 V. L.); 24, 14 (18 V. L.) etc.

*) De ordinis perturbatione, quae inde a cap. 31, 25 usque ad 36, 31 in manuscriptis Graecis invaluit, a nobis agitur in pag. 15.

Praefatio.

Libri Jesu Siracidae deuterocanonici textus ut a corruptelarum sordibus iudicando expurgaretur, iam abhinc annos amplius centum B. Bendtsen („Specimen exercitationum criticarum in Veteris Testamenti libros apocryphos e scriptis patrum et antiquis versionibus" Gottingae 1789 pag. 12) admonuit sic: „Dignus est prae caeteris apocryphis hic liber, cui quantum fieri potest, primaeva restituatur textus puritas"*). Nec vero ex eo tempore praesertim nostro saeculo defuerunt, qui illi negotio operam impenderent. Inter quos potissimum referendi sunt**):

a) J. Guil. Linde: Sententiae Jesu Siracidae Graece. Gedani 1795.

b) C. G. Bretschneider: Liber Jesu Siracidae Graece ad fidem codicum et versionum emendatus et perpetua annotatione illustratus. Ratisbonae 1806.

c) J. Fr. Gaab: De locis quibusdam sententiarum Jesu Siracidae***). Tubingae 1809.

Eiusdem: Versio carminum quorundam Arabicorum, quae in Abulphedae annalibus Muslemicis continentur, cum animadversionibus ad sententias Jesu Siracidae†). Tubingae 1810.

d) Fr. Böttcher: De inferis rebusque post mortem futuris ex

*) Ibidem pag. 4 dicitur: „Quilibet (tamen) vel modica horum librorum (sc. deuterocanonicorum) lectione instructus novit, quam multa adhuc restent hoc in opere peragenda, quot difficultates, obscuritates adhuc depellendae, quantum textus etiam medica indigeat manu".

**) Vetustiorum auctorum animadversiones ad crisin spectantes missas facio praeter Johannis Drusii atque Hugonis Grotii observationes (quae congestae sunt in opere, quod inscribitur „Critici sacri.") et Houbigantii „Notas criticas in universos Veteris Testamenti libros" Francofurti 1777.

***) Quod opusculum siglo „Gaab I" denoto.

†) Quam dissertationem compendio „Gaab II" insignio.

Hebraeorum et Graecorum opinionibus libri duo. Dresdae 1846 (vide ibi indicem).

Eiusdem: Exegetisch-kritische Ährenlese zum Alten Testament. Lipsiae 1849, pagg. 101 sqq.

e) O. Fr. Fritzsche: Die Weisheit Jesus-Sirach's. Lipsiae 1859 (quod opus est pars quinta commentariorum, qui inscribuntur: Kurzgefasstes exegetisches Handbuch zu den Apokryphen des Alten Testamentes).

Eiusdem: „Libri apocryphi Veteris Testamenti Graece rec. et cum commentario critico ed.; accedunt libri Veteris Testamenti pseudepigraphi selecti". Lipsiae 1871.

f) J. Horowitz: Das Buch Jesus-Sirach (Monatsschrift für Geschichte und Wissenschaft des Judenthums XIV, Vratislaviae 1865; quae commentatio etiam separatim emissa est).

g) H. Grätz: Die Söhne des Tobias, die Hellenisten und der Spruchdichter Sirach (in libellis periodicis modo citatis anni 1872).

Eiusdem: Geschichte der Juden von den ältesten Zeiten bis auf die Gegenwart II². Lipsiae 1876 (aliquibus locis).

h) G. Bickell: Ein alphabetisches Lied Jesus-Sirach's (Zeitschrift für katholische Theologie, Oeniponte 1882, pagg. 319 sqq.).

Eiusdem: Die Strophik des Ecclesiasticus (Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes VI 1892, pagg. 87 sqq.).

i) E. Hatch: Essays in Biblical Greek. Oxonii 1889, pagg. 246 sqq. (Cf. The Expositor mensis martis 1897, pagg. 179 sqq.).

k) D. S. Margoliouth: An essay on the place of Ecclesiasticus in Semitic literature. Oxonii 1890.

Eiusdem: „The language and metre of Ecclesiasticus" (in „The Expositor I" anni 1890, pagg. 295—320 et 381—391; cf. etiam „The Expositor" II anni 1890, pagg. 350 sqq.; mensis Augusti 1896, pagg. 140 sqq. Literarisches Centralblatt anni 1890, pagg. 985 sqq.).

l) A. Edersheim in H. Wace: Apocrypha vol. II. Londinii 1888 (quod est supplementum editionis Sacrarum Scripturarum, quae appellatur The Speaker's Bible).

m) C. J. Ball: The ecclesiastical or deuterocanonical books of the Old Testament, commonly called the Apocrypha, edited with various renderings and readings from the best autho-

rities [The Variorum Apocrypha], Londinii (Eyre et Spottiswoode) s. a.

n) E. Nestle: Marginalien und Materialien. Tubingae 1893, pagg. 48 sqq.

Nec non P. de Lagarde ipse de textu libri Siracidae ad fidem testium antiquorum denuo recensendo et castigando cogitasse videtur*), cum quasdam illius tanslationes emendatas ediderit vel primus in lucem emiserit; nam

a) textum Peschittonianum anno 1861 foras dedit (cf. „Libri Veteris Testamenti apocryphi Syriace e recognitione P. A. de Lagarde", Lipsiae a. c.).

b) codicis Amiatini textum Latinum iteratis curis exhibuit in libro, qui inscribitur „Mittheilungen" vol. I. Gottingae 1884, pagg. 283—377.

c) Ecclesiastici translationem Sahidicam eruit e manuscripto quodam vetusto Taurinensi; vide enim eius „Aegyptiaca". Gottingae 1883, pagg. 107—206.

[Occurrit praeterea fragmentum libri nostri quoddam Bohiricum (cap. II 1—9) in eius opere, quod vocatur „Orientalia" I. Gottingae 1879, pag. 89].

Sed quamquam viri doctissimi operam suam collocarunt, ut librum nostrum critice emendarent atque pervestigarent, tamen quantum illi adhuc disceptandum vel denuo disquirendum reliquerint, vix dici potest. Quod praecipue evenit summa iudicii critici difficultate, quam affert mira textus libri nostri condicio. Amissi enim textus Hebraici primigenii variae existunt recensiones, quae magnopere ab invicem discrepant, cum non modo in sententiis in uno alterove textu pauca tantum vocabula immutata vel immista sint, verum etiam sententiae integrae eaeque non paucae ab uno legantur, quae a ceteris non agnoscuntur; quare hac tanta et tam frequenti textus differentia haud raro incerti reddimur de sententiarum nonnullarum auctoritate. Dignoscas enim

*) En ipsius verba (Mittheilungen I pag. 242): „Die beiden Weisheiten des Alten Testaments haben für jeden Theologen Wert als Urkunden einer Epoche, aus welcher uns nur wenige Denkmäler geblieben sind, einer Epoche, welche dem alten wie dem neuen Bunde gleich nahe steht. Sie haben für mich noch einen andern Wert, den, dass sie über die Geschichte der Septuaginta aussagen. Als Zeugen für diese Geschichte habe ich vor sie zu verhören, gehe aber zur Zeit nur darauf aus eine Vorarbeit zur Beantwortung der Frage zu liefern, wie die Handschrift beschaffen gewesen, aus welcher, sicher in alter Zeit, die lateinische Übersetzung dieser Bücher gemacht worden ist".

a) versionem Graecam, quae continetur in editione Septuagintavirali Sixtina, quacum conspirat maior pars codicum Graecorum, qui in nostram notitiam perlati sunt. Ab hac vero permultis locis praesertim in priore libri parte recedit codex, qui vocatur 248 (= Vaticanus 346, quem ad amussim sequuntur Biblia Complutensia), imprimis additamentis auctus, quae saepe etiam Patrum auctoritate confirmantur (cf. Bendtsenii opusculum supra allegatum; manuscripti istius indolem quasi uno obtutu comprehendit F. Kaulen, Einleitung in die heilige Schrift Alten und Neuen Testaments ed. 3 Friburgi i. Brisgovia 1890 pagg. 342 sq.) Quocum maxima ex parte contra reliquos testes Graecos consentit etiam codex 70 (= bibliothecae ecclesiae St. Annae Augustae Vindelicorum, cuius lectiones dedit Hoeschel*); vide infra in commentario nostro critico notam ad 1, 3) atque suo quisque modo (i. e. magis minusve) codices 23, 55, 106, 253. Nec vero silentio praetermittendus codicis 248 frequens contra textum vulgarem Graecum consensus cum

b) translatione Syriaca (= Peschittoniana), quae quin immediate non a Graeco fonte (hoc opinati sunt Eichhorn**), Bretschneider, Fritzsche etc.), sed ab Hebraico textu pendeat, vixdum adhuc in dubium vocari quit***). De reliquo versio ista omissionibus, additamentis, lectionum diversitatibus tantopere a Graecis dissonat, ut quasi speciem Targumim („of a paraphrastic churchbook") gerat. — Ex ipsa manavit translatio Ecclesiastici Arabica.

c) Denique singularis est textus condicio Veteris Latinae libri nostri, cuius forma similiter atque Bibliorum Complutensium medium locum tenet inter Sixtinam et translationem Peschittonianam. Quae in quovis fere commate a recepto

*) „Sapientia Sirachi sive Ecclesiasticus collatis lectionibus variantibus membranarum Augustanarum vetustissimarum et XIV praeterea exemplarium; addita versione Latina vulgata ex editione Romana. Cum notis Davidis Hoeschelii Augustani, in quibus multa S. S. Patrum loca illustrantur". Augustae Vindelicorum 1604.

**) Einleitung in die apokryphischen Schriften des Alten Testamentes. Lipsiae 1795, pag. 84.

***) Hanc sententiam proposuit iam Bendtsen l. c. pagg. 16, 29 sq., 45; cuius patronos atque argumenta vide sis imprimis in Edersheimii commentario pagg. 26 sqq.

Graeco discedens partim cum editionis Complutensis partim cum Peschittonianis proprietatibus convenit, sed maximam partem suum quoddam institutum consequitur (Cognoscas quibus exemplis huius versionis indolem illustret Kaulen l. c. pagg. 343 sqq.).

Ex his omnibus subicitur coniectura iam antiquitus varias textus Hebraici adfuisse recensiones vel formas, quae suspicio stabilietur eis, quae in hoc libello enodaturi atque enucleaturi sumus. Quare probantur nobis, quae Th. Nöldeke („Literarisches Centralblatt" anni 1890 pag. 988) sic enuntiat: „Den hebräischen Urtext des Sirachsohnes im Ganzen annähernd herzustellen, ist schon wegen der grossen Differenz der beiden direkten Übersetzungen (i. e. Graecae ac Syriacae) nicht wohl möglich. Mit manchen einzelnen Versen mag man das thun; bei grösseren Stücken wird es nur ausnahmsweise gelingen".

Equidem biennii iam operam navaveram, ut Veteris Latinae libri nostri originem atque indolem criticam inquirerem indeque locos quosdam Graecos restituerem vel sanarem, cum me occupavit nuntius duas feminas Britannas, Agnetem Lewis et Margaritam Gibson, ex Hierosolymis folium quoddam attulisse, quo Ecclesiastici textus Hebraici per tot saecula deperditi fragmentum (capp. 39, 15—40, 7) contineri cognovit S. Schechter, lector atque explicator doctrinae Talmudicae in universitate Cantabrigiensi*). Quem textum Hebraicum vir ille doctissimus in lucem emisit in „The Expositor" mensis Julii 1896 pagg. 1 sqq. — Eodem fere tempore Ad. Neubauer novem foliis, quae bibliothecae Bodleianae Oxoniensis facta sunt, aliud fragmentum Hebraicum libri nostri (capp. 40, 9—49, 11) constitui reperit**), cuius specimen quoddam edidit Driver, professor Oxoniensis in „The Guardian" 1 Julii 1896 pag. 1029. Totum vero fragmentum Hebraicum evulgarunt A. E. Cowley et Ad. Neubauer: The original Hebrew of a portion of Ecclesiasticus (39, 15 to 49, 11) together with the early versions and an English translation followed by the quotations from Ben Sira in Rabbinical literature, Oxonii 1897. Quod lectione emendatiore

*) Cf. The Academy 16 Maii 1896; The British Weekly 21 Maii 1896 pag. 73; appendicem ephemeridis, quae vocatur „Allgemeine Zeitung" Monachii 20 Maii 1896 pag. 7. The Jewish Quarterly Review IX pagg. 115 sqq.; The Expository Times mensis Septembris 1896 pag. 564; Theologische Literaturzeitung 1896 pagg. 418 sq.

**) Vide „Allgemeine Zeitung" 8 Julii 1896 append. pag. 8.

iterum foras dedit R. Smend: „Das hebräische Fragment der Weisheit des Jesus Sirach“ (Abhandlungen der Königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, philologisch-historische Klasse 1897, novae seriei tom. 2 fasc. 2)*). Folia ista Hebraica, etsi non paucis locis libri Siracidae lumen affundunt, tamen eis, quae de textu Hebraico Ecclesiastici supra professi sumus, adstipulantur, cum interdum non modice et a Graeco et a Syro differant.

Quibus inventis cum nunc mentes omnium, qui studiis biblicis vacant, ad librum Siracidae adiciantur, non dubitavi publici iuris facere ea, quae de Vetere Latina Ecclesiastici erui, ut opportunitate usus mea qualicumque opera aliam quoque rem non minoris pretii aliis commendarem. Etenim Vetus Latina quoque, ut explanare studebo, in libro Siracidae subsidio haud exigui momenti est ei, qui critici vel interpretis provinciam in se recipit; quae quod minus adhuc in usum criticum sit vocata quodque eius ratio indolesque nondum recte ac perspicue sit cognita, valde dolendum est. Sed ne labor increscceret, operae meae materiem capitibus I—XLIII definiri volui, altera vero ex parte, cum quo accuratius munere meo fungerer, apparatus criticus ampliandus videretur, praeter codices Graecos**) et versionem Peschittonianam etiam libri nostri translationes orientales (Syro-Hexaplarem, Copticas, Armeniacam, Aethiopicam) consulere mihi placuit. Quarum textus denuo mihi pervolvendus nec vero pro rerum mearum ratione acquiescendum videbatur paucissimis notis, quas de ipsis exhibet

---

*) Cf. Collotype facsimiles of the Oxford fragment of Ecclesiasticus, Oxonii (Clarendon Press) 1897. — Theologische Literaturzeitung 1897 pagg. 161 sqq. et 265 sqq.; Revue critique d'histoire et de littérature XLIII 1897 pagg. 441 sq.; Journal Asiatique seriei IX tom. IX 1897 pagg. 344 sqq.; The Athenaeum 3. Aprilis 1897 pagg. 445 sq. The Jewish Quarterly Review mensis Julii 1897 pagg. 543 sqq. et 563 sqq.; Revue biblique internationale VI pagg. 271 sqq. et 547 sqq. Smend l. c. pag. 7 not. 2. Revue des Études juives XXXIV pagg. 1—50 et 294—296, XXXV pagg. 19—64. — Plures adhuc textus Hebraici Ecclesiastici reliquias Schechter deprehendisse perhibetur in libris periodicis Revue biblique internationale VI 1897 pag. 573 not. 2 et Revue des Études juives XXXV pagg. 29 sq.

**) H. B. Swete: The Old Testament in Greek according to the Septuagint, vol. II. Cantabrigiae 1891.

Veteris Testamenti Graeci codices Vaticanus et Sinaiticus cum textu recepto collati ab Eberardo Nestle. Lipsiae 1880.

R. Holmes, J. Parsons: Vetus Testamentum Graecum cum variis lectionibus, tom. V. Oxonii 1827.

De Hoeschelii editione vide supra.

Edersheim. Quod negotium diutinum atque operosum suscepisse minime me poenitet, quippe quo haud pauca alia memoratu digna in Edersheimii commentario praetermissa, alia ibidem emendanda esse deprehenderim. Cum vero in meis disquisitionibus Veterem Latinam praestantiorem locum tenere nec meam commentationem prolixiorem evadere vellem, nonnisi de ipsa Vetere Latina copiosius ac subtilius disputare mihi proposui, indolem autem atque condicionem orientalium versionum, quibus praeter Peschittonianam adminiculis usus sum, paucioribus verbis adumbravi earumque lectiones variantes non attuli nisi quibus verba Veteris Latinae illustrari vel textum Graecum emaculari iudicabam, vel quas alio nomine memorabiles existimabam; sed eas sat adhibuisse mihi videor. At contra inceptum meum adeo terminis coerceri nolui, ut non interdum occasione oblata paululum egressus quaedam non eruta ex Vetere Latina vel e versionibus orientalibus a me collatis sed adhuc inexplorata proferrem, quae mihi librum nostrum pervestiganti obviam se dabant quibusque locis nonnullis novum lumen accendi arbitrabar.

De Vetere Latina prooemium.

Textum Veteris Latinae excussurus, qui hic idem est atque editionis Vulgatae, hosce fontes adii:

a) P. Sabatier: Bibliorum sacrorum Latinae versiones antiquae seu Vetus Italica, tom. II Parisiis 1751, quo in opere liber noster exigitur ad quattuor codices:
   α) Sangermanensem 15, qui nunc est bibliothecae Nationalis Parisiensis 11553; cf. S. Berger: Histoire de la Vulgate pendant les premiers siècles du moyen âge, Parisiis 1893 pagg. 65 sqq. et 408, ubi (pagg. 66 sq.) etiam quaedam lectiones variantes huius manuscripti adnotantur.
   β) manuscriptum Sti Theoderici ad Remos.
   γ) duo codices Corbeienses, quorum alter (κ^2) rarius in apparatu critico deprehenditur.

b) codicem Amiatinum bibliothecae Laurentianae Florentinae a Lagardio recognitum (vide supra pag. 3; cf. Berger pagg. 37 sq. et 383).

c) codicem Toletanum, cuius lectiones, quae discrepant ab editione Bibliorum Latinorum Johannis Hentenii (Basileae 1569*), collegit J. Bianchini (Blanchinus): Vindiciae canoni-

*) Hanc editionem ad manus habere non potui.

carum scripturarum Vulgatae Latinae editionis seu vetera sacrorum Bibliorum fragmenta Romae 1740. Quae repetuntur in Migne Patrologia Latina 29, 985; cf. Berger pagg. 12 sqq. et 391.

d) Sti Aureli Augustini librum qui appellatur Speculum atque De divinis scripturis opus seu Speculum quod fertur Sti Augustini; utrumque tractatum, qui variis sacrorum Bibliorum testimoniis componitur, una cum apparatu critico edidit Fr. Weihrich (Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum vol. XII, Vindobonae 1887).

e) „Rabani Mauri theologi in Ecclesiasticum commentarii recens in lucem editi", Parisiis apud Simonem Colinaeum 1544.

f) lectiones ecclesiasticas Missalis atque Breviarii Mozarabici, prout ea in lucem emisit Migne (Patrol. Lat. tomm. 85 et 86).

g) Librum Comicum seu lectionarium Missae, quo Toletana ecclesia ante annos mille et ducentos utebatur, ed. Morin Maredsoli 1893 (= Anecdota Maredsolana I).

h) Francisci Lucae, qui vocatur Brugensis „Notationes in sacra Biblia", Antverpiae 1580, ubi inter alia allegatur codex quidam Malmundariensis*).

i) notas, quae passim occurrunt in Bergerii opere, cuius iam supra mentionem fecimus; vide ibi (pagg. 425 sq.) indicem locorum libri Ecclesiastici.

Alia debeo Fritzschio, qui codicem Carolinum bibliothecae, quae dicitur Cantonalis Turicensis consuluit (Berger pagg. 207 sq. et 422), alia commentariis Cornelii Jansenii Gandavensis episcopi in Ecclesiasticum.

De libri nostri Vetere Latina a Graeco recepto saepissime differente inter commentatores celebris orta est quaestio adeoque ambigua, ut vel nostra aetate autumarit de Wette**): „Es ist zweifelhaft, ob man einen sehr veränderten griechischen oder einen hebräischen Urtext als Grundlage annehmen soll". Ipsam immediate ex Hebraico fonte manasse non improbabile visum est Sabatierio l. c. pag. 390 (vide et Cornelii a Lapide commentaria in Ecclesiasticum, Antverpiae 1723 pag. 20), quam opinionem adoptavit

*) Malmundariae = Malmedy, quod oppidum in provincia Rhenana prope fines Belgarum est.

**) Lehrbuch der historisch-kritischen Einleitung in die Bibel Alten und Neuen Testaments, denuo edidit E. Schrader, Berolini 1869 I pag. 599.

E. G. Bengel, qui Veterem Latinam ex Hebraico confectam esse collata versione Graeca, quam ad manus habuerit interpres, allegatis argumentis comprobare conatus est (in Eichhornii „Allgemeine Bibliothek der biblischen Literatur" VII Lipsiae 1796, pagg. 832—864: „Über die muthmassliche Quelle der alten lateinischen Übersetzung des Buches Sirach"). Sed ne taedium afferam legentibus, silentio praetereo, quae hic vir in studiolo isto hallucinatus est, cum locos quosdam libri nostri nec non paucos (nonnisi ad capp. I et XXXI Veteris Latinae recurrit) ingenii subtilitati nimium indulgens critice disceptare studeret. Veterem Latinam libri nostri Graeco textu primarie niti probant cum eius frequens ac qui fere est cum Graeco recepto consensus, tum

a) vocabula Graeca literis Latinis tantum transcripta ut e. g. cataclysmus (κατακλυσμός), eremus (ἔρημος), acharis (ἄχαρις) etc. Vide sis horum catalogum confectum a Ph. Thielmannio (Archiv für lateinische Lexicographie und Grammatik VIII. Lipsiae 1893 pagg. 518 sqq.*). Quibus adnumerare licet voces, quae sermonem Graecum imitantur, ut e. g. obductio (ἐπαγωγή) 2, 2; 5, 8 (10 V. L.); ineruditio (= ἀπαιδευσία) 4, 25 (30 V. L.); inhonoratio (ἀτιμία) 1, 30 (38 V. L.); excors (ἀκάρδιος) 6, 20 (21 V. L.) etc.

b) loci, ubi interpres Latinus textum Graecum male intellectum transtulit, ut e. g. 10, 13 (16 V. L.) ἐπαγωγάς „conventus"; 18, 22 εὐχήν „orare"; 18, 33 συμβολοκοπῶν „in contentione".

c) tot lectiones a Graeco vulgari diversae, quarum explicatio facillima est Graeca emendatio vel depravatio (quod non raro manuscriptorum quorundam Graecorum testimonio confirmatur); vide e. g. ad 9, 13; 19, 15; 30, 7; 41, 5; 43, 4; 43, 12; 43, 17; 43, 25.

d) errores a Siracidae nepote contracti, qui in versione Latina retinentur; cf. e. g. 24, 27 ὡς φῶς „sicut lucem" (כְּאוֹר pro כַּיְאוֹר ὡς ὁ ποταμὸς i. e. ὡς Νεῖλος, cf. P.). Vide etiam ad 10, 9 ἔρριψα (al. ἔρριψεν) „proiecit" (V. L.); ad 39, 23 κληρονομήσει „hereditabit" (V. L.) etc.

Difficilius sane dissolvitur quaestio, quo ex fonte ortum ducat maior pars eorum, quibus V. L. a recepto Graeco differt. Quam,

*) Negligere hic te nolo in librî Ecclesiastici Vetere Latina multo maiorem copiam Graecarum vocum pro rata retineri quam in eadem libri Sapientiae versione, quae quin immediate a Graeco pendeat nemo subdubitat. Cf. Thielmann l. c. pag. 517.

etsi cetera Veteris Latinae e manuscripto Graeco proxime manaverint, immediate e textu Hebraico haustam esse, cuius exemplar consuluerit Vetus Interpres, non improbabile iudicat B. Welte, Specielle Einleitung in die deuterokanonischen Bücher des Alten Testaments, Friburgi i. Brisgovia 1844 pag. 217. Similiter sentit Cornely, Historica et critica introductio in Utriusque Testamenti libros sacros, Parisiis 1887 vol. II² pag. 261. Quam coniecturam assensione comprobare non audeo, cum istarum Veteris Latinae textus diversitatum pars quaedam praesertim in codicibus 23, 70, 248, 253, pars alia apud Patres sermone Graeco reperiatur*). Praeterea isti opinioni adversatur Veteris Interpretis aetas, qua Christiani occidentales linguae Hebraicae vel minime vel parum essent gnari.

Quapropter etiam istas textus Veteris Latinae proprietates proxime e Graeco ortum trahere arbitror, qua in sententia confirmor locorum quorundam indicio, qui in V. L. vel retinent elocutionem Graecam [cf. e. g. ad 9, 7 „plateis"; 27, 4**) „aporia"] vel prae se gerunt speciem textus Graeci emendati [vide e. g. ad 18, 32 „in modicis" ἐπὶ μικραῖς pro ἐπὶ μαρίαις; 24, 14***) „in plateis" ἐν πλατείαις pro ἐν πλάτει] vel male translati [cf. e. g.

---

* Cf. e. g. cum Chrysostomo: 2, 10; 6, 5; 10, 9 etc. Mirus nec non notatu dignissimus est Clementis Alexandrini cum quibusdam locis Veteris Latinae consensus; vide e. g. ad 1, 22; 7, 23; 9, 9; 16, 11; 16, 12; 19, 3; 20, 8; 21, 6; 31, 19; 31, 20; 31, 27 sqq.; 32, 11; 38, 1; 38, 2; 39, 13; 39, 14; 39, 15; 39, 18; 39, 26. Quanti pretii istius patris libri nostri allegationes sint, in aprico tibi fiat potissimum ex 4, 11 et 18, 32. Nec minoris fere momenti esse cognovi anthologiam quandam apophthegmatum congestorum ab Antonio et Maximo monachis Graecis; quae exhibetur in libro, qui inscribitur: „Loci communes sacri et profani sententiarum omnis generis ex authoribus Graecis plus quam trecentis congestarum per Joannem Stobaeum et veteres in Graecia monachos Antonium et Maximum a Conrado Gesnero Tigurino Latinitate donati et nunc primum in unum volumen Graecis ac Latinis e regione positis coniuncti", Francofurti ex officina typographica Andreae Wecheli 1581. Quo florilegio solo locorum quorundam Veteris Latinae autographum Graecum nobis asservatur; cf. ad 2, 3; 2, 17; 4, 2; 4, 3a; 4, 30; 5, 11; 5, 15; 7, 8; 8, 10; 9, 7; 10, 30; 12, 9; 15, 8; 15, 10; 25, 22; 27, 11. Istum librum ab omnibus paene neglectum denuo pervolvi, quamquam nonnullas lectiones dedit Bretschneider (pagg. 696 sqq.), quo negotio suscepto ab hoc notabilia quaedam praetermissa esse intellexi.

**) = (27, 5 V. L.)

***) = (24, 19 V. L.)

ad 1, 23 b*) „redditio“ = ἀνάδοσις; 4, 11**) „inspiravit“ (cod. Sangermanensis) = ἐνεφυσίωσεν; 37, 8***) σκῶλον „sudem“ pro „offendiculum“].

Neque tamen opinioni, quam modo reieci, omnem veritatem adeo abiudico, ut non meam opinionem hanc proponere audeam, maiorem partem discrepantiarum, quibus Vetus Latina a Graeco vulgari dissentit, manasse mediate e fonte Hebraico. Cuiusmodi originis istarum diversitatum argumenta potissima mihi sunt haec:

a) quod nonnullis earum inest species quaedam Hebraica; cf. e. g. ad 3, 1; 16, 14; 24, 23.

b) quod saepe, ut videbis, differentia, quam inter Veterem Latinam et Graecum receptum observamus, nonnisi e varietate Hebraici textus Ecclesiastici commode vel facile explicatur.

c) quod Vetus Latina libri nostri, ut patebit, non raro contra textum Graecum pervulgatum cum versione Peschittoniana conspirat, de cuius fonte iam supra (in pag. 4) verba fecimus. — Quam ob congruentiam Edersheim (pag. 31) in suspicionem adductus est Veterem Latinam libri nostri aliqua ratione a translatione Peschittoniana pendere. At refutatur haec coniectura tot locis aliis, ubi textus Veteris Latinae, ut infra explanabimus, aliam lectionem Hebraicam sequitur atque cum Graecus tum Syrus.

Nititur ergo V. L. textu vulgari Graeco ad textum Hebraicum alius recensionis Graece castigato. [Quam recensionem littera *g* insigniam, recensionem vero Hebraicam, qua fundamento utitur Graecus receptus, siglo G indicabo]. Qua in re disquirenda ac disceptanda summo ingenii acumine vel subtilitate agendum est, cum textum primigenium Hebraicum exquirentibus nobis nonnunquam in coniectura licet admodum probabili acquiescendum sit. Sed habet negotium nostrum etiam magnas cautiones nec non ambiguitates, ita ut uniuscuiusque versus condicio separatim exploranda sit, cum non desint loci, ubi textus Graecus G absque proposito Hebraico immutatus vel auctus in V. L. occurrat, vel ubi Vetus Interpres ipsum perverse intellexerit vel libere reddiderit. Quo addas locorum quorundam numerum non exiguum, ubi Vetus Latina ideo tantum a Graeco recepto distare videtur, quia textus

---

*) = (1, 29b V. L.)
**) = (4, 12 V. L.)
***) = (37, 10 V. L.)

editionis, quam vocant Vulgatam, correcturis scatet, quae postmodum de instituto nescio a quo translationi Latinae immistae sunt*). (Cuius rei exempla in opusculo nostro large effuseque exhibentur). Quod sole ipso clarius fit testibus Veteris Latinae, ad quorum fidem textum Latinum recensui. Inter quos maximum pretium constituo manuscriptis Sangermanensi 15 (= γ) et Toletano (= τ) nec non Sancti Augustini libro, qui appellatur Speculum (= Spec.^{1}), utpote quae pauciores mutationes passa sint ceteris**).

Secundum hos testes vero est codex Amiatinus (= α)***],

---

*) Sanctum Hieronymum libri nostri textum Latinum intactum reliquisse ex ipsius verbis planum fit (Praefatio in libros Salomonis iuxta septuaginta interpretes): „Porro in eo libro, qui a plerisque Sapientia Salomonis inscribitur, et in Ecclesiastico, quem esse Jesu filii Sirach nullus ignorat, calamo temperavî: tantummodo canonicas Scripturas vobis emendare desiderans et studium meum certis magis, quam dubiis, commendare" (Migne L. 29, 404).

**) De γ cf. ad 3, 3; 3, 24; 4, 11; 4, 18; 5, 15; 8, 7; 9, 1; 11, 32; 13, 2; 14, 18; 16, 7; 16, 20; 16, 22; 16, 30; 17, 17; 17, 25; 19, 23; 20, 16; 23, 14; 27, 2; 27, 25; 33, 15; 33, 30; 33, 32; 37, 11 (agri); 37, 13; 38, 2; 38, 9; 38, 17; 39, 32; 40, 22; 42, 9; 43, 9; 43, 10; (43, 17).

De τ cf. ad 1, 19; 3, 3; 4, 10; (4, 11); 8, 7; 12, 16; 16, 24; (16, 30); 17, 12; 17, 17; 17, 30; 19, 23; 20, 16; 23, 14; 23, 17; 24, 8; 27, 2; 27, 3; 27, 21; 29, 5; 29, 8; 33, 15; 33, 30; 33, 32; 37, 13; 38, 2; 38, 9; 39, 1; 39, 32; 43, 9; 43, 10; 43, 17.

De Spec.^{1} cf. ad 1, 19; 3, 3; 4, 11; 4, 18; 6, 12; 8, 7; 14, 12; 17, 25; 18, 18; (vide ad 18, 22); 18, 30; 27, 2; 38, 2; 38, 17.

***) Obsequor Lagardii opinioni (Mittheilungen I pag. 380) manuscriptum Amiatinum minoris esse ponderis, quam a quibusdam putetur, sed e codicis huius mendis multis, quae videntur Lagardio, effici existimo virum illum doctissimum indolem atque condicionem Veteris Latinae Ecclesiastici parum perspectam habuisse. Componas quaeso cum nostra commentatione eius notas hasce (quas secundum numerum stichorum Veteris Latinae cito), quibus manuscriptum illud reprehendit:

ad 3, 3^{2}: vor „in" > „firmavit".
ad 7, 4^{1}: „ab homine" für „a domino". Minuskelvorlage?
ad 10, 5^{1}: „potestas" für „prosperitas".
ad 10, 26^{1} et 26^{2}: „non" für „noli". Minuskelvorlage.
ad 18, 32^{2}: „ad duas" für „assidua".
ad 19, 4^{1}: nach „corde" > „est et".
ad 21, 5^{1}: „cataplectatio et iniuriae obiurgatio adnullabunt substantiam"; danach fehlt etwas.
ad 31, 2: „praesentiae" für „praescientiae".
ad 39, 29^{1}: „quomodo convertit aquas et siccata est terra" unvollständig. etc. etc.

Alios Lagardii errores facile ipse deprehendes.

quo inferiora sunt manuscripta Corbeiensia (κ^1 et κ^2) et Sti Theoderici ad Remos (= ϑ) atque Speculum quod fertur Sti Augustini (= Spec.^{2}).

Ceterum e codicum varietate non mediocri in promptu fit per multarum aetatum decursum alium lectorem aliter pro suo quemque arbitrio pristinam Veteris Latinae formam vel transmutasse vel corrupisse. Inter quos emendationis conatus memoratu digniores sunt voces castae Latinae, quae in quibusdam scriptis pro graecismis et sermone salebroso Veteris Interpretis substituuntur atque interdum cum vetusta elocutione consociantur (cf. e. g. ad 6, 5; 20, 19; 21, 4; 37, 30). Eodem referas duplices textus lectiones Veterem Latinam libri nostri saepenumero maculantes, quarum alteram ex Hebraica recensione *g*, alteram e G desumptam esse apparet, nec raro eam, quae e G deprompta sit, a Vetere Interprete alienam esse auctoritate aliquot testium ipsam omittentium vel interpretis nostri stili indicio infra comprobabo (cf. ad 1, 20; 7, 31 „propurga"; 13, 2; 21, 4b; 24, 30; etc.). Ceteroqui de duplicibus lectionibus, quibus Latina translatio deformatur, mutatis mutandis idem fere statuendum est, quod Lagardio*) de versione libri Proverbiorum Septuagintavirali videbatur sc. germanam interpretis Latini atque e *g* esse lectionem eam, quae a recepto Graeco textu discedat.

Interpretandi suo munere Latinum translatorem, licet exemplar eius Graecum tantum particulis errabundis Graece nobis conservetur, religiose nec nimia libertate functum esse statuere debemus. Quod patefit non solum ex eius graecismis et soloecismis atque vetustiorum testium lectionibus, sed etiam ex eis, quae a Graeco vulgari difformia vel aperte e fonte Hebraico explicantur vel congruunt cum versione Peschittoniana vel conveniunt cum quorundam codicum aut Patrum Graecorum**) lectionibus variantibus. [Quare in hoc Veteris Latinae cum aliis testibus consensu plano faciendo diligentissime infra mihi agendum esse proponebam]. Quibus de causis imperare mihi nequeo, ut adstipuler iis, qui Veterem

*) Anmerkungen zur griechischen Übersetzung der Proverbien, Lipsiae 1863 pag. 3 no. 3: „Wenn sich zwei Lesarten nebeneinander finden, von denen die eine den masoretischen Text ausdrückt, die andre nur aus einer von ihm abweichenden Urschrift erklärt werden kann, so ist die letztere für ursprünglich zu halten."

**) Quod Vetus Latina paululum a nonnullis Patrum allegationibus dissentit, horum consuetudini memoriter citandi tribuendum videtur.

Interpretem verbis Graecis non intellectis modo ipsum sibi qualemcumque sententiam effinxisse aiunt (sic Fritzsche!) vel ei periphraseos vitium vertunt (e. g. Zoeckler „Die Apokryphen des Alten Testaments nebst einem Anhang über die Pseudepigraphenliteratur", Monachii 1891 pag. 260).

Cum igitur Vetus Latina verba Graeca, quae eius auctor ante oculos habuit, premat eorumque indolem ac naturam accurate adumbret, quanti ponderis sit ad textum libri nostri critice diudicandum, praesertim cum sequatur textum Graecum ex Hebraico postmodum castigatum, ne verbulo quidem admonere opus esse videtur. (Ut ex multis pauca hic efferam, delego te ad ea, quae infra in commentatione nostra commemorabimus ad 4, 11; 6, 22; 10, 7; 21, 25; 22, 18; 27, 11; 34, 2 etc.). Non modo Vetus Latina Ecclesiastici antecellit reliquis eiusdem versionibus, Graeca et Peschittoniana translationibus exceptis, sed etiam quandoque sola veram textus Hebraici lectionem nobis servavit.

Ast non solum ad textum Hebraicum sincerum cognoscendum Vetus Latina maximo nobis adiumento est, verum etiam antiquorum codicum Hebraicorum formae lumen adhibet atque nos edocet de mendis exemplaris, e quo Siracidae nepos versionem Graecam confecit.

a) Primo vetusta libri nostri manuscripta Hebraica continuo textu, non στιχηρῶς exarata esse infra explanabimus ad 1, 29sq.; 11, 21; 17, 27 (ad ὑψίστῳ); 34, 2. Compara huc etiam, quae de antiquo Proverbiorum textu Hebraico enuntiat Lagarde (Anmerkungen etc. pag. 93): „Die Urkodices waren nicht stichisch geschrieben". [Cf. insuper Baumgartner: „Étude critique sur l'état du texte du livre des Proverbes d'après les principales traductions anciennes", Lipsiae 1890 pag. 254 sub 1 c]. An nec singulae voces in codicibus istis Hebraicis Ecclesiastici separatim ac disiuncte scriptae fuerint, haesito ac delibero; cognoscas quaeso, quae exponemus ad 10, 2; 14, 21 sq. (ἔξελθε); 35, 26; 36, 22.

b) Erat textus Hebraicus, quem Siracidae nepos ante oculos habuit, passim contractus vel laborabat omissionibus, quarum non raro in causa fuit aberratio oculorum librariorum. Cf. enim ad 1, 22; 2, 4; 4, 23; 7, 21; 10, 25; 11, 30; (17, 31); 18, 8; (20, 14); 24, 8; 24, 14; 27, 11; 29, 19; 30, 17 etc.

c) In antiquis libri nostri manuscriptis Hebraicis nonnunquam duas voces ita transpositas esse, ut altera in alteram lineam abierit atque altera in alterius locum successerit, infra probabimus ad 1, 17; 4, 17; 10, 26. Considera etiam, quae ad 24, 15 sub b) ostendemus*).

Restat, ut indagemus, quale fuerit manuscriptum Graecum, e quo Vetus Latina libri nostri emanavit. (Quam quaestionem Lagarde sibi proposuerat, ut iam supra pag. 3 not. 1 indicavimus, nec tamen usque adhuc disceptata est).

a) Primum codex ille expers erat perturbationis ordinis capitum, quae adest in textibus Graecis atque versionibus Aethiopica, Armeniaca**), Sahidica, Syriaco-Hexaplari. Haec disiectio partium, quae leguntur in Sixtina a verbis ὡς καλαμώμενος ὀπίσω τρυγητῶν (30, 25) usque ad κἀγὼ ἔσχατος ἠγρύπνησα (36, 16), inde enata est, quod in archetypo Graeco, a quo hodierni codices istaeque versiones dependent, nonnullae plagulae falso ordine agglutinatae sunt, cum verba ὡς καλαμώμενος ὀπ. τρ. ac sequentia usque ad σύναγε πάσας φυλὰς Ἰακώβ (33, 13) nonnisi subsecuta comma κἀγὼ ἔσχατος ἠγρύπνησα rectum ordinem obtineant.

b) Latini interpretis exemplar Graecum per columnas scriptum fuisse suspicionem mihi inferunt, quae ad 1, 15; 1, 27; 3, 3 exponentur, ubi quaedam inter columnas adnotata alieno loco in textum intrasse videntur.

---

*) Num vetustissimi libri Ecclesiastici codices Hebraici literarum notis antiquae formae exarati fuerint, disceptare poterit solummodo is, qui omnes literas Hebraicas in libro Siracidae commutatas perscrutatus erit. Cf. Revue biblique VI anni 1897 pag. 552. At literas א et ד confusas esse commentatione nostra probabiliter exponemus ad locos hosce:

3, 1 אֲנִי ἐμοῦ; דִּין „iudicium“ (V. L.)

28, 9 דִּבָּה διαβολήν; אֵיבָה „inimicitiam“ (V. L.)

37, 18 אַרְבַּע τέσσαρα; דָּבָר רַע „verbum nequam“ (V. L.)

Compara huc quae Lagarde („Anmerkungen zur griechischen Übersetzung der Proverbien“) adnotat ad

Prov. 24, 2: שֹׁד ψευδῆ = שָׁוְא; also war שׁוד geschrieben und ד wurde für א gelesen . . . . . Diese Buchstaben können nur in der alten Schrift verwechselt werden“.

Prov. 28, 2: יַאֲרִיךְ κατασβέσει = יִרְעֲכוּ; die Verwechselung ist nur in der althebräischen Schrift möglich.

Prov. 19, 28 für אָוֶן LXX κρίσεις = דִּין (Hitzig).

Prov. 20, 4 (σῖτον) דָּגָן für וְאָיִן.

**) Errat Swete II pag. VII.

c) Veterem Latinam niti textu Graeco scriptione continua non disiunctis singulis versibus exarato, perspicuum evadit ex iis, quae infra disserentur ad 1, 24; 16, 1; 17, 17; 18, 14; 22, 7sq.; 24, 23; 25, 7; 25, 18; 26, 6; 26, 13; 28, 22; 30, 5; 31, 19; 31, 29sq.; 33, 3; 37, 20; 39, 13; 40, 8; 40, 16; 42, 24.

d) Notae, quae e margine falso loco in textum introiere, commemorabuntur ad 3, 3; 8, 8; 12, 4sqq.; 14, 12; 22, 11; 27, 10; 43, 29sq.

e) Codicem Graecum Latini interpretis in margine laesum fuisse apparebit ad 10, 30. Eademne in parte etiam ad 13, 26? Similem defectum deprehendes ad 34, 8 et 35, 10 indicatum.

f) Videtur unaquaeque linea manuscripti Graeci translatoris Latini quasi viginti literas unciales continuisse; considera enim haec:

α) Ad (1, 26 V. L.) vocem θεοσέβεια post verba βδέλυγμα δὲ ἁμαρτωλοῖς, quibus una linea constituebatur, paulo superius scriptam esse ostendemus, ita ut postea ad finem lineae praeviae post terminum ἐπιστήμης assumpta sit.

β) In 23, 17 (24 V. L.) Vetus Interpres unam lineam (= ἕως ἂν τελευτήσῃ· ἀνο̄ς) praetermisit.

γ) Item in 25, 18 (25 V. L.) una linea (= ἀναπεσεῖται ὁ ἀνὴρ αὐτῆς) aberratione oculorum in V. L. omissa reperitur.

δ) Similiter unâ lineâ praetermissâ a Vetere Latina principio afuerunt verba καὶ πάλιν ἁπτόμενος αὐτοῦ 34, 30.

ε) 45, 11 (13 V. L.): λίθοις πολυτελέσι γλύμματος σφραγῖδος, ἐν δέσει χρυσίου, ἔργῳ λιθουργοῦ, εἰς μνημόσυνον ἐν γραφῇ κεκολαμμένῃ κατ' ἀριθμὸν φυλῶν Ἰσραήλ. Vetus Latina: „gemmis pretiosis figuratis (= σφραγῖδος) in ligatura auri et opere lapidarii sculptis (cod. Amiatinus „insculptilis"; cod. Toletanus „sculptilis"), in memoriam secundum numerum tribuum Israel". Genuine in Vetere Latina „sculptilis" legi crediderim: = γλύμματος, quod huc irrepsit. Verba ἐν γραφῇ κεκολαμμένῃ, quibus nescio an una linea effecta sit, a Latino interprete non sunt agnita.

De versione libri nostri Latina altera.

Fragmentum quoddam (cap. XXI, 17b—cap. XXII, 22a) translationis alterius Latinae libri nostri ad id temporis ignotae nuper C. Douais professor Tolosanus eruit e folio unico, quod cum antea tabernarii cuiusdam Tolosani esset, nunc in tabulariis provinciae superioris partis Garumnae asservatur; vide Douais: Une ancienne version latine de l'Ecclésiastique, Parisiis 1895 (pagg. 19 sq.). Quod folium iudicatur esse saeculi VIII vel IX (cf. ibd. pag. 11). Translatio Latina, quae ipso continetur, ut iam opinatus est Douais Vetere Latina inferior aetate videtur esse. Accurate fere exprimit textum Graecum Sixtinum ideoque non minus quam hic a Vetere Latina differt. Attamen Douais auctorem istius alterius versionis Latinae Veterem ante oculos habuisse autumat, quam sua translatione emaculare voluerit. Cuius opinionis rationem praecipuam hanc affert, quod ille elocutiones Latinas, quas vocant Africanismos, quibus redundet Vetus Latina, in sua interpretatione evitare studuerit neque satis successerit, cum quasdam retinuerit. Douais enim, qui recurrit ad Thielmannii commentationem: Die lateinische Übersetzung des Buches Sirach (Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik VIII Lipsiae 1893, pagg. 501 sqq.), ex isto fragmento Latino hosce, qui ei videntur, Africanismos citat (pag. 29):

1) „confundetur (αἰσχυνθήσεται), confundit" (ἡ καταισχύνουσα). Thielmann 556.

Sed Thielmann ibi ne verbulo quidem huic opinioni favet. Vide praeterea contra Douais exempla, quae affert Rönsch: Itala und Vulgata ed. 2 Marburgi 1875, pag. 354 sq.

2) „indisciplinatus" (ἀπαιδευσία). Thielmann 536.

Commemorat ibi Thielmann vocem „disciplinae" sensu Graeci termini παιδείας in Africa fuisse usitatissimam, nec tamen hunc usum etiam extra Africam viguisse negat; vide enim Archiv etc. IX Lipsiae 1896, pag. 258 infra et sq. Praeterea terminus „indisciplinati" pro ἀπαίδευτοι occurrit in epistulae Sti Clementis Romani ad Corinthios versione

Latina 39, 1 (vide Anecdota Maredsolana vol. II, Oxonii 1894), quae translatio ubi exorta sit, adhuc iniudicatum relinqui ait E. Wölfflin Archiv etc. IX pag. 99.

3) „odietur" = oditur, μισηθήσεται; „maledicet" = maledicit, καταρᾶται. Déformation de la conjugaison. Thielmann 551.

De Thielmannio idem illud hic statuendum est, quod supra ad 1). — Contra Douais repugnant etiam exempla, quae congessit Rönsch l. c. pagg. 281 sqq.

4) „nam (καὶ) quae confundit". Thielmann 505.

Sed considera eiusdem Thielmannii adnotatiunculam (Archiv IX 248 sub linea): „später findet sich „nam" = δὲ [vel καὶ] auch in andern Provinzen".

5) „portare" ὑπενεγκεῖν. Thielmann [543].

At hoc Afrorum dialecto linguae Latinae cum sermone Latino aliarum provinciarum commune esse admonet Thielmann ibd. pag. 542 supra. — Nec te fugiat, quae verbi „portandi" exempla in Archiv IX pag. 92 allegentur ex Clementis epistulae interpretatione Latina, de qua modo disserui.

Sed magis etiam addubitabis, num alterius Latinae auctor, cum interpretationem suam exornaret, ad Veteris Latinae verba spectaverit, cum non modo inter utriusque translationis textum collationem instituerit, verum etiam tecum animo volutaveris, quae de Veteris Latinae condicione atque indole vel iam enucleavimus vel infra explanaturi sumus. Quam Douais (pagg. 31—33) parum perspectam habuisse, ex commentatione nostra facile tibi patefiet.

De versione Syro-Hexaplari.

Asservatur nobis translatio libri Siracidae Syro-Hexaplaris in codice quodam bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis, cuius textum in lucem emisit A. M. Ceriani, sacerdos Oblatus: „Codex

Syro-Hexaplaris Ambrosianus photolithographice editus", Mediolani 1874 (in tomo VII Monumentorum sacrorum et profanorum ex codicibus praesertim bibliothecae Ambrosianae). Non modo peropportune nobis accidit, quod manuscriptum illud, cum saeculi octavi esse videatur*), non multo inferius aetate est priore saeculi septimi parte, qua versionem Syro-Hexaplarem adornatam esse constat, sed vel ideo ad textum Graecum recensendum perutile se praebet, quod translatio Syro-Hexaplaris archetypum Graecum summa fidelitate vertit, cum non solum quandoque voces Graecas retineat [e. g. 25, 25 παρρησίαν ܦܪܗܣܝܐ; 35 (al. 32), 23 σκῆπτρα ܣܟܦܛܪܐ; 37, 11 περὶ συντελείας ܥܠ ܣܘܢܛܠܝܐ; 42, 9 παρακμάσῃ ܢܬܓܪ ܠܥܠ] vel etymologice imitari studeat [e. g. εὐσεβής ܥܒܕ ܫܪܝܪ; 21, 24 ἀπαιδευσία ܠܐ ܦܘܣ; 32 (al. 35), 20 ἀντιπτώματος ܕܢܦܠ ܠܘܬ; 35 (al. 32), 14 μὴ δωροκόπει ܠܐ ܬܥܒܕ ܫܘܚܕ], verum etiam ordini verborum et structurae sententiarum, vel invito linguae Syriacae genio, accommodata sit; cf. e. g. 7, 6 μὴ ζήτει κριτὴς γενέσθαι (sic cod. 253) ܠܐ ܬܒܥܐ ܕܢܗܘܐ ; 22, 11 τοῦ δὲ μωροῦ ὑπὲρ θάνατον ἡ ζωὴ πονηρά ܘܚܝܐ ܕܫܛܝܐ ܥܠ ܡܘܬܐ ܕܫܛܝܐ.

Versionem libri nostri Syro-Hexaplarem codicem 253 (= Vaticanum 336)**) lectionibus variantibus singularem κατὰ πόδα sequi iam cognovit Margoliouth (vide apud Wace II pag. 33), nec tamen desunt loci, etsi sunt rariores, ubi inter manuscriptum illud atque Syro-Hexaplarem intercedant differentiae gravioris momenti: e. g.

1, 30 cod. 253 μὴ σαλεύου διανοίᾳ. SH. μὴ ἐξύψου σεαυτόν.
4, 24 cod. 253 ἐν γὰρ λόγῳ. SH. ἐν γὰρ στόματι.
12, 11 cod. 253 οὐκ εἰς τέλος. SH. ∧ οὐκ ante εἰς τέλος.
24, 26 cod. 253 σύνεσιν. SH. σοφίαν.
26, 5 cod. 253 ἐφοβήθην (Sixtina ἐδεήθην). SH. ἐδόθην.
37, 6 cod. 253 ἐν χρήμασί σου. SH. ἐν τρυφήματι? (ܒܬܥܢܓܐ).
39, 22 cod. 253 ὡς ποταμός. SH. ὡς ὕδωρ.
40, 18 cod. 253 γλυκανθήσεται. SH. ܢܬܡܠܝ . . . (ܣܛ) = αὐξηθήσεται?
42, 21 cod. 253 ἐκόσμησεν. SH. ἐδήλωσεν. etc.

---

*) Cf. Nestle, Theologische Literaturzeitung 1876, pag. 178. Bickell, Conspectus rei Syrorum literariae, Monasterii 1871, pag. 9.

**) Notas huius manuscripti Holmesianas auxit vel emendavit E. Klostermann: Analecta zur Septuaginta, Hexapla und Patristik, Lipsiae 1895, pagg. 26 sqq. — De codice 253 cf. etiam Nestle: Marginalien und Materialien, pagg. 32. 48. 49.

Ut in aliis sacrae Scripturae libris*) codex 23 (= bibliothecae Sti Marci Ducalis Venet. No. I) haud raro congruit cum manuscripto 253, ita etiam in nostro saepenumero Syro-Hexaplaris translatio (cod. 253) cum manuscripto 23 contra textum receptum Graecum ac nonnunquam contra omnes reliquos testes Graecos conspirat; cf. e. g.

	Sixtina.	Syro-Hexaplaris, codd. 23, 253.
7, 28	δι' αὐτῶν	δι' αὐτῆς
11, 27	ἐν συντελείᾳ	συντέλεια
12, 15	οὐ μὴ καρτερήσῃ	+ ἀπὸ ἀδικίας
14, 5	ἐν τοῖς χρήμασιν αὐτοῦ	ἐν τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ
14, 27	ὑπ' αὐτῆς	ἐν τῇ σκέπῃ αὐτῆς
15, 1	καὶ ὁ ἐγκρατὴς τοῦ νόμου καταλήψεται αὐτήν.	καὶ ὁ εἰληφὼς γνῶσιν νόμου εὑρήσει αὐτήν.
33 (al. 36), 9	ἀνύψωσε καὶ ἡγίασεν	ηὐλόγησε καὶ ἀνύψωσεν
40, 14	ἐν τῷ ἀνοῖξαι αὐτὸν χεῖρας εὐφρανθήσεται	+ καὶ πίστις εἰς τὸν αἰῶνα στήσεται (cod. 253 ἔσται)· χρήματα ἀδίκων ὡς ποταμὸς ξηρανθήσεται cf. supra 40, 12 b et 13 a.
41, 5	παροικίαις ἀσεβῶν.	(cod. 23 + ἐν) εὐδοκίαις ἀσεβῶν.
	etc.	etc.

Cum codicem ℵ ad exemplar Eusebii et Pamphili emendatum esse subscriptiones librorum Esther et Esdrae II (Nehemiae) testentur, quandoque etiam ℵ^{ca} seu ℵ^{2} cum translatione Syro-Hexaplari contra textum receptum Graecum congruentem reperimus; cf. e. g. infra in commentatione nostra ad 2, 4; 2, 9; 3, 18; 5, 7; 13, 24 etc.

Vide etiam Veteris Latinae cum Syro-Hexaplari consensum ad 4, 17 (ἐν πειρασμῷ pro διεστραμμένως); 5, 7; 11, 9 adnotatum.

Sti Chrysostomi testimonia quaedam, quae cum Syro-Hexaplari quodammodo contra Sixtinam concordant, habes infra commemorata ad 3, 10 b; 4, 8; 5, 7; 10, 9 (bis); 11, 27. Addas huc

2, 4 δέξαι SH. + ἀσμένως = Chrys. hom. 19 in Ephes. 5 (Migne Gr. 62, 129 sq.).

19, 10 SH. ἐναποθανέτω (Sixtina συναποθανέτω) = Chrys. ad populum Antiochenum hom. 3 (Migne Gr. 49, 55); hom. 21 in Hebr. 11 (Migne Gr. 63, 152).

*) Cf. E. Klostermann: De libri Coheleth versione Alexandrina, Kiliae 1892 pag. 14. Reusch: Observationes criticae in librum Sapientiae, Friburgi i. Brisgovia 1861, pag. 3. De codice 23 cf. de Lagarde: Genesis Graece, Lipsiae 1868 pagg. 19. 21.

Considera praeterea, quae e Graecorum monachorum florilegio supra (pag. 10 not. 1) citato ad Syro-Hexaplarem allegabimus infra ad 3, 13; 4, 8; 11, 14; 13, 13.

Nec silentio hic praetereatur Clementis Alexandrini cum Syro-Hexaplari consensus, cuius ad 11, 4 mentionem faciemus.

Inter lectiones, quibus translatio Ecclesiastici Syro-Hexaplaris a textu vulgari Graeco differt, tria potissimum genera notatu digniora sunt:

a) verba quaedam vel etiam integrae sententiae, quae praeter textum Sixtinum adduntur atque imprimis in priore libri nostri parte deprehenduntur; cf. e. g. infra ad 1, 4; 1, 6; 1, 8; 1, 10; 1, 19a; 1, 22; 1, 30; 2, 4; 2, 9; 2, 11; 3, 6; 3, 18; 3, 24; 3, 28; 4, 5a; 4, 8; 4, 23; 4, 25; 5, 3; 5, 7; 5, 10; 5, 11; 8, 7; 8, 8; 8, 19; 10, 8; 10, 9; 10, 14b; 10, 20; 10, 25; 11, 11; 11, 14; 13, 11; 13, 13 etc.

1, 12 + φόβος Κυρίου δόσις παρὰ Κυρίου· καὶ γὰρ ἐπ' ἀγαπήσεως τρίβους καθίστησιν.
3, 21 μὴ ζήτει + ἀναισθήτως.
3, 22 ταῦτα διανοοῦ + ὁσίως.
5, 14 μὴ κληθῇς ψίθυρος + ἐν τῷ βίῳ σου.
6, 14 θησαυρὸν + εὐλογίας.
6, 21 ἀπορρῖψαι αὐτὴν + ἐν τάχει.
6, 37 διανοοῦ + τελείως.
7, 19 ὑπέρ τὸ χρυσίον + δόκιμον.
9, 13 ἵνα μὴ ἀφέληται τὴν ζωήν σου + παραχρῆμα
11, 13 κεφαλὴν αὐτοῦ + ἀπὸ συντριβῆς.
12, 5 οἷς ἂν ποιήσῃς αὐτῷ + ματαίως.
13, 25 + καὶ ἀγαθύνει πρόσωπον ἐν τέρψει καρδία ἐνθάλλουσα.
14, 18 γεννᾶται + διὰ προστάγματος Κυρίου.
14, 19 ἐκλείψει + κατὰ ποίησιν. etc.

Quid sibi velit asteriscus, qui nonnullis istorum additamentorum praefigitur, meo iudicio dispici nequit (cf. Ceriani praef. ad versionem Syro-Hexaplarem libri Baruch in Monumentorum sacr. et prof. tom. 1 fasc. 1 Mediolani 1861 pagg. 2 et 15). Quorundam additamentorum originem Hebraicam comprobare infra studebo, aliorum fons in incerto relinquitur.

b) lectiones nonnullae, quae in Graeco secundum alium Hebraicum textum vel commutatae sunt vel videntur esse

commutatae; cf. infra ad 1, 29 (ἐνώπιον); 2, 6 b; 3, 1 (κρίσιν); 3, 10 b (ὡς); 10, 22 a (προσληπτος pro προσήλυτος).

c) lectiones plurimae in Graeco absque Hebraico fundamento emendatae, ut verborum atque sententiarum constructio elegantior et quasi rotunda redderetur vel contextus aptior evaderet; cf. e. g.

Sixtina.	Syro-Hexaplaris.
1, 12 b καὶ εὐφροσύνην	εὐφροσύνην δέ
1, 18 εἰρήνην καὶ ὑγίειαν ἰάσεως	εἰρήνην μεστὴν ἰάσεως
1, 22 θυμὸς ἄδικος	θυμώδης ἀνήρ
1, 23 ἀνθέξεται	ἀνέξεται
2, 13 διὰ τοῦτο	διὰ τοῦτο γάρ
3, 24 καὶ ὑπόνοια πονηρὰ ὠλίσθησε διανοίας αὐτῶν.	καὶ ὑπονοίᾳ πονηρᾷ ὠλίσθησεν ἡ διάνοια αὐτῶν.
3, 26 καὶ ὁ ἀγαπῶν	ὁ δὲ ἀγαπῶν
4, 28 b ὑπέρ σου	περί σου (cf. 4, 28 a περὶ τῆς ἀληθείας)
6, 4 ψυχὴ πονηρά	ψυχὴ γὰρ πονηρά
6, 11 ὡς σύ	μετά σου (cf. 6, 12 κατά σου)
7, 28 δι' αὐτῶν	δι' αὐτῆς
10, 3 καὶ πόλις	πόλις δέ
10, 9 ὅτι ἐν ζωῇ ἔρριψα (al. ἔρριψε) τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ.	ὅτι καὶ ἐν ζωῇ αὐτοῦ ἐξουδένωσε τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ.
10, 24 b καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῶν τις μείζων τοῦ φοβουμένου τὸν Κύριον.	αὐτῶν δέ ἐστι μείζων ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον.
11, 34 ἐνοίκισον ἀλλότριον	ἔνοικος ἀλλότριος
12, 11	Vide infra commentationem criticam ad hunc locum.
12, 18 διαψιθυρίσει καὶ ἀλλοιώσει	διαψιθυρίζων ἀλλοιώσει
13, 17 b οὕτως ἁμαρτωλὸς πρὸς εὐσεβῆ.	οὐδὲ ἁμαρτωλὸς εὐσεβεῖ.
13, 22 ἔσφαλε	οὐκ ἔσφαλε
14, 16 ἀπάτησον	ἁγίασον*)
22, 6 μάστιγες καὶ παιδεία ἐν παντὶ καιρῷ σοφίας.	μάστιγες δὲ καὶ παιδεία σοφίας ἐν παντὶ καιρῷ.

*) Vide infra in commentario critico huius loci recognitionem.

26, 11	ὀπίσω ἀναιδοῦς ὀφθαλμοῦ φύλαξαι	ὀπίσω ἀναιδοῦς ὀφθαλμοῖς φύλαξαι
27, 3	ἐὰν μὴ ἐν φόβῳ Κυρίου κρατήσῃ κατὰ σπουδήν,	ἐὰν μὴ ὁ ἔμφοβος Κυρίου κρατήσῃ κατὰ σπουδήν,
41, 5	παροικίαις ἀσεβῶν etc.	εὐδοκίαις ἀσεβῶν. etc.

Ad 4, 30 (φαντασιοκοπῶν) translator Syro-Hexaplaris versionem Peschittonianam consuluisse videtur (cf. Margoliouth apud Wace II pag. 33). E contrario interpretatio Syro-Hexaplaris quibusdam locis nos edocet, quomodo emendanda sit translatio Peschittoniana; cf. infra ad 2, 9; 5, 9. Vide etiam Nestle: Marginalien etc. pag. 49 ad 6, 21.

De versionibus Copticis.

Translationes libri nostri Copticas recognoscendi causa adhibui textus hosce, qui editi sunt:

I. dialecto Bohirica:

a) P. de Lagarde: „Orientalia" I. Gottingae 1879 pag. 89 = cap. II 1—9.

b) Recueil de travaux relatifs à la philologie et à l'archéologie égyptiennes et assyriennes, vol. VII. Parisiis 1886, pagg. 83 sqq., U. Bouriant ed.

capp. I, II 1—9, IV 20—V 2, XII 13—XIII 1, XXII 7—18, XXIII 7—14, XXIV 1—11. Quae fragmenta haud paucis librariorum mendis vel erroribus deformantur.

II. dialecto Achmimica: Mémoires publiés par les membres de la mission archéologique française au Caire sous la direction de M. Maspero, tom. I fasc. II. Parisiis 1885, pagg. 255 sqq.: U. Bouriant: Les papyrus d'Akhmim. = capp. XXII 16—XXIII 6.

III. dialecto Sahidica:

a) P. de Lagarde: Aegyptiaca, Gottingae 1883, pagg. 107 sqq., ubi e manuscripto quodam vetusto Taurinensi fere totus libri nostri textus in lucem emittitur.

b) A. Ciasca: Sacrorum Bibliorum fragmenta Copto-Sahidica musei Borgiani vol. II. Romae 1889, pagg. 218 sq. = cap. I, 14, 19, 22, 23a, 24, 25, 26, 28, 29b, 30a; II, 1, 5, 7, 10a. Fortasse eodem fonte, licet non indicetur, utitur:

c) E. Amélineau: Fragments de la version thébaine de l'Écriture (Ancien Testament), Parisiis 1889 pag. 89 = cap. I, 14, 19, 22, 23a, 24, 25, 26, 28, 29b, 30a; II, 1, 5, 7, 10a. Praeterea in bibliotheca Regia Berolinensi duo folia recentioris aetatis deprehendi, quae libri nostri capp. VI, 37—VII, 18 et XXI, 8—23a dialecto Sahidica continent (= manuscr. orient. in octavo 409, acc. 1886, 45). Quorum ope quaedam codicis Lagardiani menda librariorum infra corrigam. Cap. VII, 5—18 vero, quae pars in manuscripto isto Taurinensi permultis lacunis infecta est, e fragmento Berolinensi huc transcribo (quas lacunas de meo supplevi, uncinis includo):

5. ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲧⲙⲁⲉⲓⲟⲕ ⲙ̄ⲡⲉⲙⲧⲟ-ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̄ⲡⲃ̄ⲥ̄,
ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲁⲁⲕ ⲛ̄ⲥⲁⲛⲥⲁⲃⲉ ⲥⲁⲧⲛ̄ ⲟⲩⲣⲣⲟ.
6. ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲱⲓⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲁ ⲛ̄ⲣⲉⲫ†ⲥⲁⲡ, ⲙⲛⲓⲧⲏ ⲛⲉⲧⲙ̄ⲙⲉⲱⲃⲉⲙⲃⲟⲙ ⲉⲫⲓⲡⲭⲓⲛⲃ̄ⲟ[ⲛⲥ̄].
ⲛⲉⲣ̄ⲥⲟⲧⲉ ⲥⲛⲧⲫ̄ ⲛⲟⲩⲭⲱⲱⲣⲉ, ⲛⲉⲣⲕⲱ ⲛⲟⲩⲭⲣⲟⲡ ⲙ̄ⲡⲉⲕ-ⲥⲟⲩⲧⲛ̄.
7. ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲣⲛⲟⲃⲉ ⲉⲥⲟⲩⲛ ⲉⲡⲙⲛⲏⲱⲉ ⲛ̄ⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ,
ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲧⲁⲩⲟⲕ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲥⲛ̄ ⲟⲩⲙⲛⲏⲱⲉ.
8. ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲙⲉⲣ ⲟⲩⲛⲟⲃⲉ ⲛ̄ⲥⲉⲡ ⲥⲛⲁⲩ, ⲛⲉⲛⲁⲟⲩⲟⲡ ⲅⲁⲣ ⲁⲛ ⲛ̄ⲟⲩⲥⲟⲡ.
9. [ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲭⲟⲟⲥ]ⲉ ⲫⲛⲁⲃⲱⲱⲧ̄ ⲉⲭⲛ̄ ⲛⲁⲁ[ⲱⲣⲟⲛ ⲉ]ⲧⲟⲱ,
ⲁⲩⲱ ⲉⲓⲱⲁⲛⲧⲁⲗⲉ ⲑⲩⲥⲓⲁ [ⲉⲅⲣⲁ]ⲓ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲉⲧⲭⲟⲥⲉ, ⲫⲛⲁⲭⲓ[ⲧⲟⲩ ⲛ̄]ⲧⲟⲟⲧ.
10. ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲣ̄ⲕⲟⲩⲓ ⲛ̄ⲥⲏⲧ [ⲥⲙ̄ ⲡⲉⲕ]ⲱⲗⲏⲗ,
ⲁⲩⲱ ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲟⲃⲱⲕ ⲉⲣ̄[ⲙⲛ̄ⲧⲛⲁ].
11. ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲥⲱⲃⲉ ⲛ̄ⲥⲁ ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ ⲉ[ⲫⲥⲁⲱⲉ] ⲛ̄ⲥⲏⲧ:
ⲫⲱⲟⲟⲡ ⲛ̄ⲃⲓ ⲡⲣⲉⲫ[ⲑⲉⲃⲃⲓⲟ] ⲙⲛ̄ ⲡⲣⲉⲫⲭⲓⲥⲉ.
12. ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲭⲓⲃⲟⲗ [ⲉⲡⲉ]ⲕⲥⲟⲛ,
ⲟⲩⲇⲉ ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲣ̄ ⲡⲁⲓ ⲙ̄ⲡⲉⲕⲱⲃⲏⲣ.
13. [ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄]ⲟⲩⲱⲱ ⲉⲭⲓⲃⲟⲗ ⲉⲗⲁⲁⲩ ⲛ̄ⲃⲟⲗ,
[ⲡⲉ]ⲫⲁⲱⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲛ̄ⲛⲁⲛⲟⲩⲫ ⲁⲛ.
14. ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲣ̄ ⲑⲉ ⲛ̄ⲛⲉⲧⲭⲓⲛ̄ⲥⲣⲁⲩ ⲥⲛ̄ ⲧⲙⲏⲧⲉ ⲛ̄ⲛⲥⲉⲗⲗⲟ,
[ⲁ]ⲩⲱ ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲟⲩⲱⲥⲙ̄ ⲟⲩⲱⲁⲭⲉ ⲥⲙ̄ ⲡⲉⲕⲱⲗⲏⲗ.
15. ⲙ̄ⲡ̄ⲣ̄ⲙⲉⲥⲧⲉ ⲟⲩⲥⲱⲃ ⲉⲫⲥⲟⲥⲉ,
ⲁⲩⲱ ⲧⲙ̄ⲛ̄ⲧⲟⲩⲟⲉⲓⲏ ⲛ̄ⲧⲁⲩⲥⲟⲛⲧ̄ⲥ̄ ⲥⲓⲧⲙ̄ ⲡⲉⲧⲭⲟⲥⲉ.

16. ⲙ̄ⲡⲉⲣⲟⲡⲕ̄ ⲉⲙ̄ ⲡⲙⲏⲏⲱⲉ [ⲛ̄]ⲛ̄ⲣⲉϥⲣ̄ⲛⲟⲃⲉ,
ⲁⲣⲓⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲍⲉ ⲛ̄ⲧⲟⲣⲅⲏ ⲛⲁⲱⲥⲕ̄ ⲁⲛ.
17. ⲑⲉⲃⲃⲓⲉ ⲧⲉⲕⲯⲩⲭⲏ ⲉⲙⲁⲧⲉ,
ⲍⲉ ⲡⲕⲱⲍⲧ̄ ⲅⲁⲣ ⲙⲛ̄ ⲡⲫⲛ̄ⲧ ⲡⲉ ⲡⲍⲓⲕⲃⲁ ⲙ̄ⲡⲁⲥⲉⲃⲏⲥ.
18. ⲙ̄ⲡⲣ̄ⲱⲓⲃⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲕⲱⲃⲏⲣ ⲉⲧⲃⲉ ⲟⲩⲙⲛ̄ⲧⲙⲁⲓⲱⲓⲃⲉ,
ⲁⲩⲱ ⲟⲩⲥⲟⲛ ⲉⲛⲁⲛⲟⲩϥ ⲉⲧⲃⲉ ⲟⲩⲛⲟⲩⲃ ⲛ̄ⲥⲟⲩϥⲓⲣ.

Mirus inter Boh. et Sah. consensus adest locis quibusdam, ut elucet ex hoc lectionum catalogo, quibus contra Sixtinam conspirant:

De 1, 3 vide infra huius loci disquisitionem criticam.

Ad 1, 4 et 1, 6 nota additamenta, quae ex Boh. et Sah. infra in commentatione critica citabo.

1, 8: Boh. et Sah. vocem Κύριος ad versum sequentem assumunt.

1, 16	„et laetitia est ex fructibus illius“.	καὶ μεθύσκει αὐτοὺς ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῆς.	Sixt.
1, 22	θυμώδης ἀνήρ	θυμὸς ἄδικος	Boh. et Sah.
1, 23	ἀνέξεται	ἀνθέξεται	Boh. et Sah.
1, 25	παραβολαί	παραβολή	Boh. et Sah.
1, 29	ἐνώπιον(?) ἀνθρώπων	ἐν στόμασιν ἀνθρώπων	Boh. et Sah.
2, 5	ἄνθρωποι Λεκτοί	ἄθρωποι Δεκτοί	Boh. et Sah.

5, 1 αὐτάρκη μοί ἐστιν. Boh. et Sah. + εἰς ζωήν.

22, 11 σύνεσιν Boh. et Sah. σύνεσις Sixt.

22, 16: Boh. et Sah. verba ἐν καιρῷ οὐ δειλιάσει ad versum sequentem attrahunt.

23, 8: Boh. et Sah. vocem καταλειφθήσεται ad praevia adiungunt.

Quo addas locos hosce a Boh. et Sah. sic translatos:

1, 4 σύνεσις καὶ φρόνησις — Sixt. σύνεσις φρονήσεως.

1, 19 γνῶσιν καὶ σύνεσιν — Sixt. γνῶσιν συνέσεως.

13, 1 „qui vadit cum superbo“ — Sixt. ὁ κοινωνῶν ὑπερηφάνῳ.

22, 12 πᾶσα ἡ ζωὴ αὐτοῦ (Sah. αὐτῶν) — Sixt. πᾶσαι αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς αὐτοῦ.

Interpretem Sahidicum non e textu Bohirico transtulisse, inde mihi persuadeo, quod nonnunquam Graecas voces versionis Graecae retinet, quae in interpretatione Bohirica caste elocutionibus Copticis redduntur; cf. 1, 5 πηγή; 1, 7 ἐπιστήμη; 1, 15 σπέρμα; 2, 3 αὐξηθῇς; 24, 11 ἐξουσία etc. Neque Bohiricam translationem Sahidico textu fundamento uti certum est, cum non desint loci, ubi hic ab illa dissentiat:

Sah.	Boh.
1, 11 δόξα	δόξα + καὶ χάρις
5, 2: Vide expositionem nostram criticam ad locum hunc.	ordinem hemistichiorum Sixtinum retinet.
22, 13 habet versum integrum.	^ μετὰ ἄφρονος μὴ πληθύνῃς λόγον,
22, 13 ἐν τῇ ἀπονοίᾳ αὐτοῦ	ἐν τῇ ἀνομίᾳ αὐτοῦ
24, 1a = Sixt.	+ καὶ ἐπιλαμβάνεται τῶν ζητούντων αὐτήν (cf. 4, 11b).

Mea opinione et interpres Sahidicus et translator Bohiricus exemplar Graecum similis recensionis ad manus habuerunt, attamen, cum saepenumero utriusque transferendi modus sit idem, Bohirum, cuius opus aetate inferius esse videatur, quandoque versionis Sahidicae rationem habuisse infitiari nolim. — Interpretationem Achmimicam, utpote cuius pars minima ad nos pervenerit, hic praetermitto.

Relinquitur, ut huc quaedam verba adnectamus de versione Sahidica disserentes, quippe quae, quod sciam, sola inter varias translationes Copticas Ecclesiastici paene integra aetatem tulerit. Sequitur ipsa fere textum, qui est Graecus vulgaris; excipe tamen hasce differentias, quae prae ceteris commemoratu sunt digniores:

a) Additamenta quaedam haud dubie sincera indicabo ad 1, 4; 1, 6 (haec etiam Boh. habet); 7, 26; 10, 22a; 17, 10; 39, 17; 42, 15; — 4, 17(?). Spurium quoddam in Sah. occurrit post 17, 22 (vide ad 17, 10).

b) Lectiones a Sixtina differmes, quae delibero an in exemplar Graecum interpretis Sahidici e fonte Hebraico invectae sint, adnotatas deprehendes ad 1, 3 („profundum abyssi"); cf. ibi et Boh.); 1, 16 (sic et Boh.); 1, 29 (? ita et Boh.); 5, 11(?); 7, 28(?); 8, 15; 9, 5. Considera harum lectionum affinitatem vel consensum cum Vetere Latina.

c) Ordine invertuntur hemistichia haec: 15, 3a et 15, 3b; 34 (al. 31), 24 et 34 (al. 31), 25; 36 (al. 33), 11a et 36 (al. 33), 11b (sed adnectuntur ibi verba ἐν ὀργῇ πυρός ad finem versus 10); 43, 14a et 43, 14b; 43, 32a et 43, 32b.

d) Denique textus versionis Sahidicae redundat omissionibus, quorum partis magnae quae fuerit causa vixdum dispicitur. Desiderantur in ipsa haec:

3, 27a (vide commentarium criticum); 4, 4b.

5, 9 οὕτως ὁ ἁμαρτωλὸς ὁ δίγλωσσος.

12, 7; 13, 10b; 13, 20b; 14, 25a; 20, 21b; 20, 23b.
21, 2 ἀναιροῦντες ψυχὰς ἀνθρώπων.
21, 25b.
23, 2 καὶ οὐ μὴ παρῇ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν.
23, 16 οὐ μὴ σβεσθῇ, ἕως ἂν καταποθῇ.
23, 23 ἐξ ἀλλοτρίου ἀνδρὸς τέκνα παρέστησεν.
25, 8 μακάριος ὁ συνοικῶν γυναικὶ συνετῇ.
25, 11a.
29, 6 καὶ λογιεῖται αὐτὸ ὡς εὕρεμα.
29, 6 κατάρας καὶ λοιδορίας ἀποδώσει αὐτῷ.
30, 11: Noscas infra huius loci castigationem criticam.
31 (al. 34), 13 διὰ τοῦτο ἀπὸ παντὸς προσώπου δακρύει.
31 (al. 34), 15a νόει τὰ τοῦ πλησίον ἐκ σεαυτοῦ.
34 (al. 31), 2b οὕτως ὁ ἐπέχων ἐνυπνίοις.
34 (al. 31), 19 φυλακὴ ἀπὸ προσκόμματος καὶ βοήθεια ἀπὸ πτώματος.
35 (al. 32), 14 μὴ δωροκόπει, οὐ γὰρ προσδέξεται.
35 (al. 32), 15 καὶ μὴ ἔπεχε θυσίᾳ ἀδίκῳ.
35 (al. 32), 24 ἕως ἀνταποδῷ ἀνθρώπῳ κατὰ τὰς πράξεις αὐτοῦ.
36 (al. 33), 7 δόξασον χεῖρα καὶ βραχίονα δεξιόν.
37, 13a.
42, 11 λαλιὰν ἐν πόλει καὶ ἔκκλητον λαοῦ.

Quae sub a et b enumerantur proprietates, versionis nostrae pretium pondusque augent, quae vero sub c et d recensentur, ipsum minuunt.

Interpres Sahidicus textum Graecum accurate et cum religione tractavit nec vero tam presse atque anxie convertit, ut non frequentiores sint loci, ubi leviter a textu Graeco discedat vel posthabito verborum sono sensum fideliter et apte exprimat; cf. e. g. 7, 34a „plora cum plorantibus“ (μὴ ὑστέρει ἀπὸ κλαιόντων). Rariores tamen sunt loci, quibus translator ille ultra libertatem minoris momenti transgrediatur, ut e. g. 10, 31: „qui ignominia afficitur in opulentia sua, in magna egestate versatur, et qui honoris expers est in paupertate sua, in magnis divitiis est.“

11, 5 (ὁ δὲ ἀνυπονόητος) „quem autem non ornaverant“.
15, 2 (γυνὴ παρθενίας) „mulier sancta“.
18, 4 (τὰ μεγαλεῖα αὐτοῦ) „intellectum eius“.
18, 24 (ἐν ἀποστροφῇ προσώπου) „die iudicii“.
29, 2 (εἰς τὸν καιρὸν) „partem eius“.
36, 21 (βρώματα θήρας) „quae vult“.

De versione Armeniaca.

Quae libri nostri commentatores vel tractatores praeter Edersheimium de eius textu Armeniaco afferunt, ex B. Welte (Specielle Einleitung in die deuterokanonischen Bücher des alten Testaments) pagg. 238 sq. depromunt; qui isti translationi in rebus criticis exiguam tantum auctoritatem attribuit. Fugit ipsum se rationem habere versionis cuiusdam Ecclesiastici Armeniacae*) confectae post Haicanam (i. e. antiquam Armeniacam) libri nostri amissam, quamquam haec iam eo tempore, quo Weltii liber in lucem prodiit, reperta atque separatim foras edita erat**). Quam hic solam adhibituri sumus, praesertim cum versio posterior Armeniaca, ut mihi subiciunt Weltii verba, pretio inferior sit antiquâ Haicanâ. Cum vero de utriusque translationis Armeniacae ortu fatisque certiores reddamur praefatione editionis Haicanae anni 1833, hanc in sermonem Latinum conversam huc subiungam pergratum me iis facturum esse ratus, qui linguae Armeniacae ignari sunt:

„Jesus, vir a Deo edoctus, qui hunc librum sapientiae conscripsit, pater erat Sirachi. Qui scientia divinorum librorum instructus iis suum addidit filioque haec proverbia divina sapientia referta reliquit. Filius vero Sirachi, qui alter erat Jesus***), nepos prioris, a patre hereditate consecutus divinas doctrinas avi sui in unum hunc librum compegit. Paucis annis post interpretationem a septuaginta illis viris confectam Jesus hic minor in Aegyptum venit neque exiguum temporis spatium ibi commoratus curae animae habuit, ut et hunc librum in sermonem Graecum transferret propter Judaeos ibi habitantes, qui linguae patriae ignari Graeca utebantur. Archetypum vero Hebraicum iam non est in medio.

Verum interpretes nostros una cum reliquis scripturis divinis etiam hanc transtulisse liquido patet; nam etiam apud nos, quemadmodum apud Judaeos, etsi non inter ὁμολογουμένους tamen inter deuterocanonicos ab initio computatus est liber hic, sicut et

*) Cuius textus una cum totis Bibliis Armeniacis in lucem emissus est Venetiis anno 1805.

**) Venetiis 1833, quae editio ibidem repetita est annis 1853 et 1878.

***) Interpreti libri nostri Graeco nomen fuisse Jesum eiusque patri Sirachum non constat, nisi prologo incerti cuiusdam auctoris, qui legitur in editione Complutensi, fidem habemus. Vide etiam E. Nestle: „Zum Prolog des Ecclesiasticus", Zeitschrift für alttestamentliche Wissenschaft anni 1897 pagg. 123 sq.

Sargis (ceu Sergius) noster wardapet (= theologiae doctor)*) e Vetere Testamento libros ὁμολογουμένους a disparibus distinguens: „Inter eos", inquit, „qui haesitationem habent, sunt hi: Jesus Siracida aliique". Quapropter etiam Sion Catholicus in synodo Partaviensi**) sic statuit: „Etiam foras emittatur, ut edoceantur filii vestri multifariam doctrinam, sapientiam Sirachi".

Cum iam scribae promptiores essent ad deminuendos labores suos, deuterocanonicos libros non semper una cum protocanonicis transscripserunt, uti manifestum est; quoniam Maccabaeorum non solum tertium librum, sed etiam primum et secundum quidam sine scrupulo contrahentes exscribunt. Cum hoc modo frequenti etiam hunc e serie sacrarum scripturarum omitterent, delabente aetate plane deperiit liber divinarum sententiarum, ita ut postea patres nostri iterum aggressuri essent ad eum transferendum.

Sed in alteram hanc interpretationem idem evenit, quod in priorem; manca ad nos pervenit multo magis confirmans opinionem examinatorum esse alicubi ab antiquis interpretibus nostris aut eorum discipulis translatum librum hunc atque periisse; sed hac re etiam ad irritum redegit spem reperiendi ipsum, cum ostenderet eum iam pridem amissum esse.

At vir quidam patriae ac studiorum amans ardenti sollicitudine exemplari admodum desiderabili translationis prioris reperto bibliothecae nostrae promptum expositumque praebuit thesaurum pretiosum; quem nunc in tabulas referimus in memoriam perpetuam auctoris muneris atque in utilitatem piorum clericorum, qui in hoc non minus quam in aliis libris divinis mannae cibum sapore iucundissimum gustandum reperient.

Etenim***) sine dubio ab antiquis patribus nostris translatus erat ipsumque ab ipsis versum esse confirmant non modo testimonia a beato Chosroe†) filioque eius pio Gregorio Narekensi††) secundum sensum allegata, sed certo etiam a sancto Mose Chore-

*) Cf. Herzog-Plitt: Realencyclopädie für protestantische Theologie und Kirche, ed. 2 Lipsiae 1877, I pag. 675 infra.

**) Partav ceu Berdaa est urbs Albaniae Asiaticae, ubi anno p. Chr. n. 768 de canone Veteris Testamenti disputatum est.

***) Ad verba, quae hic sequuntur, cf. S. Weber „Zur Geltung der heiligen Schrift bei den alten Armeniern" (Tübinger theologische Quartalschrift anni 1896 pagg. 473 sq.).

†) sc. Magno, qui vixit saeculo X; cf. Mélanges Asiatiques, tom. IV Petropoli 1860 pag. 100.

††) Mortuus est anno p. Chr. n. 1003; vide Mélanges Asiatiques l. c.

nensi*) in libro primo „chriarum“ (I 2) citata sententia similis verbis hisce: „Amicus fidelis medicamentum vitae“ (Sir. 6, 16). Sed in translatione commentariorum Chrysostomi saepius etiam reperta sunt testimonia ex isto libro modica varietate vocum prolata, quemadmodum mos est illius interpretis secundum archetypum immutandi omnia testimonia ex illo libro deprompta. Utique elocutionis genus antiquae aureae aetatis**) in hoc libro apparet omnemque dubitationem tollit, ac relinquitur nobis, ut doleamus tantum, quod exemplar est in breve concisum ac mancum; desunt enim in ipso aliquot capita nonnullique versus plerisque locis.

Post Sirachi librum adiungimus etiam Jeremiae prophetae responsum ad captivos Babyloniae, quod tradidit in manum Baruchi, qui ipsis afferret; nam haec quoque translatio, quae et ipsa descripta perierat, reperta est nuper una cum libro sapientiae Jesu in eodem codice exarato anno aerae Christianae 1418 atque aerae Armeniacae 867“.

Versio Armeniaca textu vulgari Graeco tanquam fundamento innititur. Auctor eius syntaxeos Armeniacae regulis faventibus exemplar Graecum plerumque presso pede sequitur, cum ordinem verborum retinere studeat, nec raro voces Graecas compositas patrio sermone ad verbum exprimere conatur; e. g. 12, 11 ἐπίστησον τὴν ψυχήν σου *կացո ՚ի վերայ նորա զոգի քո*; 17, 24 ἐπάνοδον *դարձ վերստին*; 17, 27 ἀνθομολόγησιν *փոխարէն գոհացողութիւնս*; 23, 22 παριστῶσα *որ յանդիման կացուսցէ* etc. Nihilominus ad textum libri nostri restituendum versio Armeniaca inferioris auctoritatis est quam Sahidica ac Syro-Hexaplaris, nedum Vetus Latina.

Textus enim Armeniacus, qui unico codice superstite nobis conservatur, ut iam supra iudicatum est, lacunis scatet.

Nam abrumpitur a cap. 42, 25. Desunt totum caput 8, versus 36 capitis 7 (pro 7, 35 b legitur „et habebitur tibi gratia“) eaque pars libri, quae intercedit inter capp. 35, 20 ac 38, 15 editionis Sixtinae.

Absunt insuper commata haec: 1, 6 b; 3, 26 b (vide commentarium); 5, 7 aβ—5, 7 bβ; 13, 17 b; 13, 18 a; 13, 20; 14, 21 a; 18, 17 a; 18, 19 b; 18, 20 b: 18, 21 a; 23, 1 c; 23, 27 a; (de 30, 11

*) Vide „Wetzer und Welte Kirchenlexikon“ ed. 2, VIII pagg. 1961 sq.

**) Vide „Wetzer und Welte Kirchenlexikon“ ed. 2, I pagg. 1347 sq.

cf. commentarium); 31 (al. 34), 1 b (pro quo habetur hemistichium 2 b eiusdem capitis huc transpositum); 32 (al. 35), 5 b; 40, 26 bβ; 41, 9b (De 41, 17 b vide mox infra). Praeterea in nonnullis versibus voces aliquae desiderantur.

Praesertim in ea libri parte, quae includitur inscriptionibus ἐγκράτεια ψυχῆς et λόγοι παραβολῶν (capp. 18, 30—20,26), textus contrahitur, ubi omittuntur hemistichia haec: 18, 30; 18, 33 b; 19, 2 b; 19, 3 a; 19, 6; 19, 7; 19, 9 b; 19, 11; 19, 14; 19, 17; 19, 20 b; 19, 23; 19, 27; 19, 28; 20, 2 b; 20, 5 a; 20, 15 b; 20, 16 c; 20, 17; 20, 19 b; 20, 24 b.

At contra versio Armeniaca habet quaedam sua propria additamenta, quae ab auctore libri Ecclesiastici sunt aliena. Inter quae eminet illud, quod sequitur eam textus partem, de qua modo egimus:

20, 26 + „Fili, observa verbum meum atque meditare de ipso interdiu noctuque; namque filius legitimus atque heres illustris, qui maiorum magnanimitatem non renovat et profert, pudori magno et ignominiae est proavis suis et maledictioni recenti".

Huc adnumeranda sunt haecce:

5, 2 a + „neve subnitaris thesauris tuis. Ne superbias neve dicas: „Multae sunt res meae".

5, 3 a + „ne dicas: „quis malum faciet?"

5, 7 aα + „ne secundum peccata tua moriaris".

Adsunt praeterea loci non multi, quibus glossae vel explicationis gratia voces paucae inseruntur: e. g.

1, 8 ἐπὶ τοῦ θρόνου + τῆς δόξης αὐτοῦ.

3, 14 οὐκ ἐπιλησθήσεται, „oblivioni non dabitur + apud Deum"; ibd. προσανοικοδομηθήσεταί σοι + „malum"; 3, 15 ἀναμνησθήσεταί σου + „cum damno (tuo)". [Dein pergitur sic: „quemadmodum serenum super glaciem, ita te dissolvent peccata tua"].

13, 22 ἀντιλήπτορες + πτωχοῦ δὲ οὐδείς; ibd. ἐλάλησεν ἀπόρρητα + πλούσιος.

Textus libri nostri transformatus imprimis his locis apparet:

19, 13: „Reprehende amicum; fortasse non est transgressus; quodsi peccaverit, iterum praecaveas, ut amicitia firmetur".

20, 26: „Dedecus animi (ἤθους) hominis verba cordis eius, et ignominia eius in ipsum festinat".

Denique paulo frequentius quam in versione Sahidica occurrit in Armeniaca ea transferendi libertas, quam in pag. 27 (infra) ad-

umbravi, ut e. g. 4, 1 „ne afflixeris“ (μὴ παρελκύσῃς); 4, 23 „angustiarum“ (σωτηρίας); 11, 30 „venator perdicis in summo monte“ (πέρδιξ θηρευτὴς ἐν καρτάλλῳ); 23, 24 ἐπισκοπὴ οὐκ ἔσται; 34 (al. 31), 24 „alienorum“ (πενήτων); 40, 23 „mulier bona“ (γυνὴ μετὰ ἀνδρός) etc.

Cumque totam interpretationis Armeniacae indolem animo complectar, nonnisi exiguum adiumentum criticum, ut iam supra dictum est, praebere mihi videtur, neque accedo Edersheimii (Margoliouth) opinioni ipsam ceteris testibus praeferendam esse locis hisce:

40, 6: καὶ ἀπ' ἐκείνου ἐν ὕπνοις ὡς ἐν ἡμέρᾳ σκοπιᾶς· Arm. καὶ ἀπ' ἐκείνου ἐνυπνίοις ὡς ἐν ἡμέρᾳ κοπιᾷ (= „ac deinde somniis, quemadmodum interdiu, fatigatur“). Sed cum ceteri testes lectionem σκοπιᾶς atque (excepto Sahidico) terminum ἐν ὕπνοις tueantur, praeplacet mihi versus nostri emendatio facillima haec: ὀλίγον ὡς οὐδὲν ἐν ἀναπαύσει, καὶ ἀπ' ἐκείνου ἐν ὕπνοις ὡς ἐν ἡμέρᾳ · σκοπιᾷ τεθορυβημένος ἐν ὁράσει καρδίας αὐτοῦ ὡς ἐκπεφευγὼς ἀπὸ προσώπου πολέμου = „exiguum momentum (מְעַט כְּרֶגַע*) in requiete est, deinque in somnis tamquam interdiu (sc. agitur cum eo i. e. ipse agitatur); speculatur perterritus visione cordis sui velut is, qui effugit faciem belli“. Videtur hic G textum Hebraicum imprimis transpositis vocibus ab *H* differentem ante oculos habuisse. Cum σκοπιᾷ componas *H* 40, 6 b מבין. Haesito an τεθορυβημένος Hebraice fuerit forma quaedam radicis בהל; in *H* vocem מבין sequitur . . . בהל (an . . . בחל? cf. Smend l. c. pag. 28 ad 40, 6 b).

41, 17 b, ubi Armenius (solus) verba καὶ ἀπὸ ἡγουμένου καὶ δυνάστου recte omittere, cum idem sibi velint ac sequentia ἀπὸ κριτοῦ καὶ ἄρχοντος (v. 18 a), et terminum περὶ ψεύδους iure post comma καὶ ἀπὸ ἀληθείας θεοῦ καὶ διαθήκης (v. 19 b) relegare Edersheimio (Margoliouth) videtur. At in v. 17 adesse textus Armeniaci vitium iam ex totius istius translationis condicione a nobis modo illustrata sat effici opinor. Praeterea in *H* 41, 17 b (secundum notam margini adscriptam) legitur: מנשיא ושֹׂר עַל כחש. Pro verbis vero καὶ ἀπὸ ἀληθείας (ΑΛΗΘΙΑΣ?) θεοῦ καὶ διαθήκης substitui debent haec: καὶ ἀπὸ ΑΘΕCΙΑC**) ὅρκου καὶ διαθήκης.

---

*) Compara huc *H* loci nostri et כְּמַעַט־רֶגַע (Is. 26, 20) = „per exiguum momentum“.

**) Cf. Ps. 89 (88), 35.

= Pudeat te violationis iurisiurandi et foederis. Cf. *H* 41, 19b (Smend): משנות א]לה וברית. G falso interpretatus est אֱלֹה pro אָלָה. Vide Perles, Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes XI 1897 pag. 99.

De versione Aethiopica.

Cum in hanc libri nostri translationem curam iam contulerit A. Dillmann, qui eius textum typis evulgavit („Veteris Testamenti Aethiopici tomus quintus, quo continentur libri apocryphi", Berolini 1894), ad eius epilogum l. c. pagg. 113 sqq. legentes delego, hic de versionis Aethiopicae indole atque condicione quaedam tantum adiuncturus vel uberius explicaturus. Interpretatio Aethiopica inter eas, quas excussimus, Ecclesiastici translationes minimam meretur auctoritatem in re critica nec sese commendat nisi, quatenus aliorum testium lectiones confirmat. Ex textu vulgari Graeco concinnata est (vide tamen ad 1, 3; 1, 9; 1, 19)*), sed cum interpres Aethiopicus plerumque paraphrasten potius quam translatorem agat, saepenumero difficulter vel parum dignoscitur, quem textum Graecum ille ante oculos habuerit. Saepissime sane non verba sed vim atque sensum exemplaris sui Graeci veneratus nec sine quadam elegantia liberiore vertendi genere usus est. Cuiusmodi periphraseos exempla quaedam hic subiciam:

1, 19 „redditque sublimes, qui eam obtinent, atque honore eos afficit" (καὶ δόξαν κρατούντων αὐτῆς ἀνύψωσεν).

19, 10 „donec morieris, noli evulgare verbum, quod audivisti", (ἀκήκοας λόγον, συναποθανέτω σοι).

19, 12 „quemadmodum properat, qui ictus est, ut sagittam sibi evellat, ita festinat stultus, qui in vulgus efferat verbum, quod comperit (βέλος πεπηγὸς ἐν μηρῷ σαρκός, οὕτως λόγος ἐν κοιλίᾳ μωροῦ).

20, 14b „etsi exiguum dedit, multa tibi donasse sibi videtur (οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀνθ' ἑνὸς πολλοί = „for he looketh to receive many things for one").

24, 21 „qui me comederint, non satietate defetiscentur, quique me biberint, sitim non explebunt". (οἱ ἐσθίοντές με ἔτι πεινάσουσι, καὶ οἱ πίνοντές με ἔτι διψήσουσιν).

*) Lectiones variantes, quas ad hos locos atque ad 5, 1; 5, 7; 7, 3; 11, 22; 16, 7; 27, 1 infra describam, desiderantur in conspectu Dillmannii l. c. pagg. 115sq.

39, 34 a „neque ei dici licet: Hoc malum creasti, illud reddidisti bonum“ (καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν · τοῦτο τούτου πονηρότερον).

Nonnullis locis interpres Aethiopicus voces Graecas expressit, sed ita ut eas ad libidinem disiecerit, ut e. g.

18, 24 a „cum ira exacerberis, diei mortis memento“ (μνήσθητι θυμοῦ ἐν ἡμέραις τελευτῆς).

22, 16 b „sic cogitatio sapientiae in corde confirmato“ (οὕτως καρδία ἐστηριγμένη ἐπὶ διανοήματος βουλῆς).

34 (al. 31), 15 „et salvi evadent, quicumque confidunt ei“ (sc. Deo) (ἡ γὰρ ἐλπὶς αὐτῶν ἐπὶ τὸν σώζοντα αὐτούς).

Est inter licentias, quibus indulget translator noster, etiam inversus ordo singulorum verborum vel commatum; e. g.

5, 13 „infamia tua et gloria tua“ (δόξα καὶ ἀτιμία).

7, 17 „vermis et ignis“ (πῦρ καὶ σκώληξ).

23, 8 „peccator et superbus et conviciator“ (ἁμαρτωλὸς καὶ λοίδορος καὶ ὑπερήφανος) etc. etc.

Comma 11, 10 bβ antecedit commati 11, 10 bα.

Comma 18, 18 b antecedit commati 18, 18 a.

Comma 36 (al. 33), 10 aβ antecedit commati 36 (al. 33), 10 aα etc.

Enunciati 12, 18 partes Aethiopice translatae hoc ordine disponuntur: 12, 18 aβ; 12, 18 aα; 12, 18 bβ; 12, 18 bα.

Singula quaedam verba elocutionesque textus Graeci Aethiopicus interpres adeo non curavit, ut arbitrario modo alia substituerit, ut e. g.

4, 23 „neve impedias a verbo eum, qui loquitur“ (μὴ κωλύσῃς λόγον ἐν καιρῷ σωτηρίας).

6, 6 „e decem milibus“ pro ἀπὸ χιλίων.

6, 9 „arcana tua“ pro μάχην.

10, 5 „et ex facie literati cognoscitur sapientia eius“ (καὶ προσώπῳ γραμματέως ἐπιθήσει δόξαν αὐτοῦ).

10, 28 „quantum potes“ pro κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτῆς.

11, 18 μισθοῦ redditur voce „laetitiae“.

16, 27 ἐκοπίασαν propter praevium ἐπείνασαν sitiendi significatu vertitur.

21, 5 „ploratus eius“ pro τὸ κρίμα αὐτοῦ.

29, 5 pro χεῖρα Aeth. substituit „caput“ (concessitne hic transferendo vim cuidam patriae suae consuetudini?)

37, 6 „cum prospere agas“ pro ἐν τῇ ψυχῇ σου.

38, 14 „omni tempore“ pro χάριν ἐμβιώσεως.

38, 28 „quomodo bene paret instrumentum opusque suum“ (κοσμῆσαι ἐπὶ συντελείας).

43, 13 „voluntate sua“ pro κρίματος αὐτοῦ. etc. etc.

Qua liberiore interpretandi ratione auctor textus Aethiopici nonnunquam pro verbis Graecis latius dictis magis definita adhibuit, ut

9, 3 a „ne violaveris mulierem alienam“ (μὴ ὑπάντα γυναικὶ ἑταιριζομένῃ).

30, 17 „phtisis morbus“ pro ἀρρώστημα ἔμμονον.

40, 15 „in rupe lubrica“ pro ἐπ᾽ ἀκροτόμου πέτρας etc.,

vel vice versa a strictiore vocum Graecarum notione latius evagatus est, ut

7, 18 (ἐν) χρυσίῳ Σουφείρ reddit elocutione „auri rutili“.

9, 13 pro (ἐπὶ) ἐπάλξεων πόλεων habet nonnisi substantivum „praecipitii“.

13, 22 ἀπόρρητα exprimit simpliciter voce **ቃል** = „verbum“; etc

Nec linguae Graecae scientiam notabilem ad opus suum translatorem Aethiopicum attulisse argumento mihi sunt quaedam voces Graecae ab ipso parum intellectae perperamque redditae, ut e. g.

5, 9 „neve, quocumque cupis, sequaris“ (καὶ μὴ πορεύου ἐν πάσῃ ἁτραπῷ).

5, 15 „manifestare“ (= cognoscendum te praebe): μὴ ἀγνόει.

Ad 9, 3 vide verbi ἑταιριζομένῃ interpretationem, quam supra iam exhibui.

9, 14 „benigne fac (proximis tuis)“ στόχασαι (τοὺς πλησίον).

14, 3 „homini qui nescit verbum“ (ἀνδρὶ μικρολόγῳ).

22, 1 et 2 συνεβλήθη ad verbum, non sensu translato (comparandi) ab Aeth. acceptum est.

22, 1 λίθος ἡρδαλωμένος ipsi est „lapis petrae“.

22, 1 b „praepeditque omnes (καὶ πᾶς ἐκσυριεῖ) infamiâ pigritiae suae“.

22, 13 „stultitiâ eius“, ἐν τῷ ἐντιναγμῷ αὐτοῦ.

27, 1 χάριν διαφόρου „partium studio“; vide infra commentarium criticum ad l. h.

38, 24 „tempore administrationis eius“, ἐν εὐκαιρίᾳ σχολῆς.

40, 1 pro ἀσχολία habetur **ትሕዝብት** = „suspicio“ vel potius „metus“.

5, 9 μὴ λίκμα ἐν παντὶ ἀνέμῳ: „ne cuilibet vento inhiaveris“!!

24, 25 νέων, quod denotat novas fruges, non Aethiopice vertitur, sed Graece asservatur (**ኔዎን**).

Inferiori linguae Graecae notitiae translatoris Aethiopici nescio an tribuenda sint etiam integra hemistichia quaedam tanta libertate versa, ut verba exemplaris Graeci fere dispareant. Sed ad eiusmodi paraphrasin valuit etiam sensus textus Graeci intellectu quandoque perobscuri vel non facilis. Cum vero ista liberior sententiarum interpretatio etiam occurrat locis, quibus nullum in versione Graeca vel in rei ipsius natura impedimentum obstaret, vel hinc conspicuum evadit, quantum Aethiops suo arbitrio ingenioque concesserit. Considerare te velim translationem horum hemistichiorum:

7, 15b „neve [sc. nihili facias] segetem tuam, quam germinare facit creator tuus." — καὶ [μὴ μισήσῃς] γεωργίαν ὑπὸ ὑψίστου ἐκτισμένην.

12, 11 „nec praevalebit contra te usque ad finem" pro καὶ γνώσῃ ὅτι οὐκ εἰς τέλος κατίωσεν.

13, 9 „quidquid princeps tibi dixerit, obsecundes eius agendi rationi, cumque te advocaverit, noli ei negare eoque magis te diliget" (προσκαλεσαμένου σε δυνάστου ὑποχωρῶν γίνου, καὶ τόσῳ μᾶλλον προσκαλέσεταί σε).

18, 7 „Cum format hominem, tum ei dat mandata, et cum consummavit, tum ei dat quietem" (ὅταν συντελέσῃ ἄνθρωπος, τότε ἄρχεται, καὶ ὅταν παύσηται, τότε ἀπορηθήσεται).

20, 28b „quique se addicit principibus, sibi ipse prodest" (καὶ ὁ ἀρέσκων μεγιστᾶσιν ἐξιλάσεται ἀδικίαν).

23, 2b „ut me relinquat stultitia mea neque me inferiorem reddant verbis, quae de me faciunt" (ἵνα ἐπὶ τοῖς ἀγνοήμασί μου μὴ φείσωνται, καὶ οὐ μὴ παρῇ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν).

25, 18 „In medio proximorum eius conviciantur marito illius et amara aerumna eum affligunt atque insultant" (ἀνὰ μέσον τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἀναπεσεῖται ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, καὶ ἀκούσας (al. ἀκουσίως) ἀνεστέναξε πικρά).

25, 25b „neve reveles, quae sunt in corde tuo, mulieri" pro μηδὲ (sc. δῷς) γυναικὶ πονηρᾷ ἐξουσίαν (al. παρρησίαν).

29, 2b „ut bene vivas cum eo tempore prosperitatis eius" (καὶ πάλιν ἀπόδος τῷ πλησίον εἰς τὸν καιρόν).

31 (al. 34), 29 „aegritudinem cordis oblivisci facit vinum; ei, qui

luget et moeret, vinum da bibendum",*) πικρία ψυχῆς οἶνος πινόμενος πολὺς ἐν ἐρεθισμῷ καὶ ἀντιπτώματι.

32 (al. 35), 11 „omnia suo tempore et moderate agas, cum domum redeas, ibique laetare" (ἐν ὥρᾳ ἐξεγείρου καὶ μὴ οὐράγει, ἀπότρεχε εἰς οἶκον καὶ μὴ ῥᾳθύμει).

32 (al. 35), 21 „ne confidas inimico tuo in loco deserto" (μὴ πιστεύσῃς ἐν ὁδῷ ἀπροσκόπῳ).

Valde mirae sunt interpretationes vel paraphrases horum commatum:

18, 9 „numerus dierum eius (sc. hominis) centum anni" (ἀριθμὸς ἡμερῶν ἀνθρώπου πολλὰ ἔτη ἑκατόν).

21, 5a „pauper, cum oret, labra paene ad aures trahit" (δέησις πτωχοῦ ἐκ στόματος ἕως ὠτίων αὐτοῦ).

27, 6 „Custos pomorum videt fructum, sic verbum hominis manifestat desiderium cordis eius" (γεώργιον ξύλου ἐκφαίνει ὁ καρπὸς αὐτοῦ, οὕτως λόγος ἐνθυμήματος καρδίας ἀνθρώπου).

31 (al. 34), 14b „neve anquiras paropsides neve lambas patellas" (καὶ μὴ συνθλίβου αὐτῷ ἐν τρυβλίῳ).

31 (al. 34), 15 „noscas, quae tibi ad mensam intulit proximus, ac pertentes, quaecumque tibi apposuit" (νόει τὰ τοῦ πλησίον ἐκ σεαυτοῦ, καὶ ἐπὶ παντὶ πράγματι διανοοῦ).

32 (al. 35), 16b „et meridie ultionem eorum exiget" (καὶ δικαιώματα ὡς φῶς ἐξάψουσιν).

33 (al. 36), 9b „et ex iis discrevit hiemem et aestatem et autumnum (ver?) pro numero et tempore eorum" (καὶ ἐξ αὐτῶν ἔθηκεν εἰς ἀριθμὸν ἡμερῶν).

38, 23 „qui mortuus est, quietem nanctus est, verumtamen memoriam eius colas deinque luctum deponas, ut quiescat anima eius" (ἐν ἀναπαύσει νεκροῦ κατάπαυσον τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ, καὶ παρακλήθητι ἐν αὐτῷ ἐν ἐξόδῳ πνεύματος αὐτοῦ).

Est sensus textus Graeci vel etiam in contrarium versus nonnullis interpretationis Aethiopicae locis, inter quos testimonio tibi sint hi:

21, 10 pro ὠμαλισμένη usurpatur „salebrae" significatus.

---

*) De similitudine, quae adest inter hunc locum et Prov. 24, 74 (al. 31, 6): δίδοτε μέθην τοῖς ἐν λύπαις, καὶ οἶνον πίνειν τοῖς ἐν ὀδύναις admonemur a Dillmannio l. c. pag. 115, not. 1.

28, 1 „Eius, qui ipsum exspectat, causam agit Dominus et peccata ei remittit“ (ὁ ἐκδικῶν παρὰ Κυρίου εὑρήσει ἐκδίκησιν καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ διατηρῶν διατηρήσει).

De termino ἐν εὐκαιρίᾳ σχολῆς 38, 24 vide supra pag. 35.

Ad 38, 23 considera translationem verborum κατάπαυσον τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ, quam modo attulimus.

Denique ab indole versionis nostrae hucusque patefacta non est absonum, quod etiam apparent sententiae, quibus vel singulis vocibus vel etiam integris phrasibus additamenta glossaeve admiscentur (vide usum semicirculorum in editione Dillmannii), ut e. g.

7, 14b „neve revoces votum, quod emisisti + neve mutes verbum tuum“ (καὶ μὴ δευτερώσῃς λόγον ἐν προσευχῇ σου).

7, 21 ἐλευθερίας + „quam pollicitus es“.

7, 25a „deduc filiam tuam iusta aetate et custodi eam, et perfeceris opus magnum et respirabis“ (ἔκδου θυγατέρα, καὶ ἔσῃ τετελεκὼς ἔργον μέγα).

21, 19b καὶ ὡς χειροπέδαι ἐπὶ χειρὸς δεξιᾶς + „ita languidum est cor stulti“.

38, 26 (in fine) + „et laborat, donec domuit iuvencos boves“.

Sed hactenus haec de interpretis Aethiopis vertendi ratione; alia exempla missa facio ratus me satis iam argumentis confirmasse iudicium, quod de translationis Aethiopicae pondere critico supra (pag. 33) proposui.

Quibusdam huius versionis locis occurrere vestigia textus Peschittoniani asserit Edersheim (Margoliouth) pag. 33, quae sententia, quantum vidi, minime probatur. Cui opinioni patrocinari viro illi eruditissimo videntur haec:

a) 8, 5b μνήσθητι, ὅτι πάντες ἐσμὲν ἐν ἐπιτιμίοις. Aeth. et P: „memento nos omnes esse peccatores“.

b) 22, 15b ἢ ἄνθρωπον ἀσύνετον. Aeth. et P: „quam habitare cum homine stulto“.

c) 38, 30 pro τὸ χρῖσμα Aeth. et P ponunt terminum „opus suum“.

Sed horum locorum probationis vis infringitur tanta textus disparitate, quae alibi inter translationes Aethiopicam et Peschittonianam fere intercedit, istaequae interpretationes vel contextu obviae erant Aethiopi paraphrastae.

Commentarius criticus.

I.

1. Πᾶσα σοφία παρὰ Κυρίου,
καὶ μετ' αὐτοῦ ἐστιν εἰς τὸν αἰῶνα.
V. L. „Omnis sapientia a Domino Deo est,
et cum illo fuit semper, et est ante aevum."

Terminus „ante aevum" a G recedit, sed aliquo modo cum P consentit, ubi 1b sic exhibetur:

ܘܚܟܡܬܐ ܗܝ ܥܡ ܐܠܗܐ ܡܢ ܩܕܡ

= „et ipsa (sc. sapientia) cum eo (i. e. Deo) est ex aeternitate".

Versus noster, qui in V. L. trimembris exstat, apud Marium Victorinum Afrum (adv. Arium lib. 4 Migne L. 8, 1126) ita legitur:

„Omnis sapientia a Deo est,
et cum eo fuit semper ante aevum.

sicque servato parallelismo membrorum melius, etiamsi auctorem illum versum nostrum libere*) laudare atque iam in codice suo Graeco Veterem Interpretem Latinum καὶ ἔστιν insertum reperisse haud negarim.

3. Ὕψος οὐρανοῦ καὶ πλάτος γῆς καὶ ἄβυσσον καὶ σοφίαν τίς ἐξιχνιάσει;

V. L. „Altitudinem caeli et latitudinem terrae et profundum abyssi quis dimensus est?" — Cum codd. α, γ, κ², τ, Brev. 231 legas „quis mensus est?" — cf. (v. 9 V. L.).

Cum V. L. compara P:

---

*) Pro hac opinione facere videntur etiam haec, quae idem auctor in eodem opere e libro Siracidae allegat:

l. c. „Spiritus sanctus et intellectus prudentiae ab aevo". — cf. (vv. 9 et 4 V. L.).

lib. 3. (Migne L. 8, 1105): „ex ore Altissimi processi". — cf. (24, 5 V. L.).

.աՀաՀաս պաՀ ևհ եաՀաՀե եհևլ, եՀՀաՀ եաՀաՀ, եաՀ

= „Altitudinem caeli et latitudinem terrae et abyssum magnam quis metietur?“

P ergo aeque ac V. L.

a) „καὶ σοφίαν“ omittit,

b) profunditatis abyssi mentionem facit,

c) pro ἐξιχνιάσει notionem metiendi ponit.

Vox σοφίαν, etsi admonet, „quo pertineat comparatio“ (Bretschneider), praetermitti tamen potest salvo orationis nexu, qui ita intelligi debet: Sicut arena maris, guttae pluviae, dies saeculi propter eorum multitudinem numerari (v. 2) vel etiam altitudo caeli, latitudo terrae, profunditas abyssi propter eorum extensionem mensurari (G pervestigari v. 3) nequeunt ab hominibus, ita etiam σοφίαν perscrutari non possumus, quippe quae cum aeterna existentia (v. 4), tum quoad originem vel fontem suum (vv. 5*) et 6) omnia exsuperet. Quin etiam multo aptius quam G ad parallelismum cogitationum quadrat V. L., quae in versu nostro perinde atque in secundo tria genera enumeret, quae perquiri nequeunt. Quo accedit, quod terminus „profunditatis abyssi“ magis quam simplex ἄβυσσον cum reliquis eiusdem versus notionibus (ὕψος οὐρανοῦ, πλάτος γῆς) convenit. Quapropter Armeniaca versio ex emendatione habet և զանդունդս իմաստութեան = „et profundum sapientiae“; itidem in Origenis in Ezechielem hom. 4, 2 (Migne Gr. 13, 699; L. 25, 723).

Haud improbe Bendtsen pag. 16 ad hunc locum commemorare mihi videtur hic „σοφίαν loco minus apto inter heterogena positam esse“; nec tamen assentiri audeo viro doctissimo opinanti vocem istam esse glossema a lectore quodam postea in textum Graecum insertum. Omnes enim textus G testes ipsam propugnant, et quod Bendtsen pro sententia sua affert vocis istius inconstantiam loci, cum, ut ipse ait, in quibusdam Hoeschelii codicibus καὶ σοφίαν ante καὶ ἄβυσσον reperiatur, ignoravit hunc ordinem verborum fortasse nonnisi ex uno manuscripto esse adnotatum i. e. e codice Holmesiano 70 (= cod. bibliothecae ecclesiae St. Annae Augustae Vindelicorum), e quo et alias non accuratius indicato fonte Hoeschel singulares lectiones attulit;**) cf. v. 8 σοφὸς καὶ φοβε-

*) Vide ad hunc versum pagg. 42 sq.

**) Congruunt cum cod. Ho. 70 et hae lectiones, quas se in manuscripto Augustanae bibliothecae deprehendisse siglo C. A. testatur Hoeschel:

ρός; v. 9 ἐπέχεεν; v. 15 ἐνενόσσευσε; v. 23 εἰς εὐφροσύνην (quae cum conspectu Holmesiano compares). Sicut hae lectiones ita forsitan et verba σοφίαν καί ἄβυσσον prae se ferunt speciem emendationis consulto atque consilio institutae in textu Graeco hodie vulgato (ἄβυσσον καὶ σοφίαν). Denique nescio, an Bendtsenii opinioni adversetur etiam verbum ἐξιχνιάσει, quod omnes qui supersunt codices Graeci etiam Augustanus tuentur. (Observare hic te velim „perquiri" nec vero „mensurari" de sapientia praedicari posse). Ex his igitur omnibus non immerito colligere mihi videor inter V. L. et G intercedere diversitatem iam in textum Hebraicum introductam.

Utramque hanc recensionem quodammodo coniungunt versus nostri translationes Aethiopica atque Copticae.

ሰዓሌ ፡ ሰማይ ፡ ወራሕበ ፡ ምድር ፡ ወዕመቀ ፡ ቀላይ ፡ ወለጥበብ ፡ መኑ ፡ ሰፈ. ርመ ፡፡ = „Altitudinem caeli et latitudinem terrae et profunditatem abyssi et sapientiam quis mensus est?" (Animadvertas enim inter-

---

1, 5 πηγὴ σοφίας λόγος Θεοῦ ἐν ὑψίστοις,
καὶ αἱ πορεῖαι αὐτῆς ἐντολαὶ αἰώνιοι.
1, 7 ἐπιστήμη σοφίας τίνι ἐφανερώθη,
καὶ τὴν πολυπειρίαν αὐτῆς τίς συνῆκεν;
1, 10 ἀπ' αὐτῆς (add. post μετὰ πάσης σαρκός).
1, 10 + ἀγάπησις Κυρίου ἔνδοξος σοφία,
ὃς(!) δ'ἂν ὀπτάνηται, μερίζει αὐτὴν εἰς ὅρασιν αὐτοῦ.
1, 12 + φόβος Κυρίου δόσις παρὰ Κυρίου·
καὶ γὰρ ἐπ' ἀγαπήσεως τρίβους καθίστησι.
1, 17 + ἀμφότερα δέ ἐστι δῶρα Θεοῦ εἰς εἰρήνην.
1, 18 + πλατύνει δὲ καύχησις τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.
1, 28 (φόβῳ Κυρίου) + ἐνδεὴς ὤν.
1, 30 (τὰ κρυπτά σου) + πάντα.
1, 30 ἐν φόβῳ Κυρίου (pro φόβῳ Κυρίου).

Conveniunt praeterea cum cod. 70 et hae lectiones variantes ab Hoeschelio sine siglo adnotatae:

1, 9 ἴδε (pro εἶδε).
1, 19 ἐξώμβρισε σοφία (Holmes ἐξόμβρισε σοφία).

Quodsi Hoeschelii nota ad 1, 21 ab indice Holmesiano differt (ἀποστρέφει ὀργὴν C. A.; ἀποστρέψει πᾶσαν ὀργὴν 70), hoc alterius editoris incuriae attribuere velim. — Satis stabiliri ita existimo, quae non allatis rationibus nostris Hatch p. 247 se suspicari profitetur: „No. 70, a MS. of the 15th century in the library of St. Anne at Augsburg, probably the same as that which was collated by D. Hoeschel". Vide ibidem et pag. 248. — Manuscriptum illud in adnotationibus Holmesianis ad librum Siracidae tantum ad caput I confertur. — Equidem codicem Augustanum in disquisitionibus meis semper numero 70 designabo.

pretem illum pro ἐξιχνιάζειν vel ⲁⲛⲁⲙⲉ : ⲁⲙⲉ : 18, 4 vel ⲉⲕⲙⲟ : ⲁⲙⲉ : 18, 6 et 24, 28 usurpare).

Boh. = ⲛⲓⲙ ⲉⲑⲛⲁϣϧⲟⲧϧⲉⲧ ⲙ̀ⲡⲓⲃⲓⲥⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧ̀ⲫⲉ ⲛⲉⲙ ⲡ̀ⲧⲁϩⲣⲟ ⲙ̀ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ⲛⲉⲙ ⲡ̀ϣⲓⲕ ⲙ̀ⲫⲛⲟⲩⲛ ⲛⲉⲙ ⲧ̀ⲥⲟⲫⲓⲁ = „Quis perscrutari poterit altitudinem caeli et firmitatem (κράτος?) terrae et profunditatem abyssi et sapientiam?“

Quibuscum componas, quae versus nostri verba de Lagarde e codice Sahidico Taurinensi eruit; quae lacuna infecta sic complenda esse videntur: ..... ϰⲁϩ ⲙ̄ⲛ̄ ⲡϣⲓⲕⲉ ⲙ̄[ⲡⲛⲟⲩⲛ] ⲙ̄ⲛ̄ ⲡⲛⲟⲩ[ⲛ] ⲙ̄ⲛ̄ ⲧⲥⲟⲫⲓⲁ ..... = „..... terrae et profundum abyssi et abyssum et sapientam .....“

3. V. L. + „Sapientiam Dei praecedentem omnia (προτέραν πάντων) quis investigavit?“ — quae verba continent iteratam lectionem partim e v. 4, partim e v. 3 recensionis G conflatam.

4. Post hunc versum V. L. addit (= v. 5):

„Fons sapientiae verbum Dei in excelsis,
et ingressus illius mandata aeterna.“

Cf. codd. 23, 55, 70, (106), 248, 253, in quibus versum quartum haec sequuntur:

Πηγὴ σοφίας λόγος Θεοῦ ἐν ὑψίστοις,
καὶ αἱ πορεῖαι αὐτῆς ἐντολαὶ αἰώνιοι.

Ad quae Fritzsche ipse adnotat: „Der Gedanke des Zusatzes hat nichts Anstössiges“, sed quo iure idem additamentum illud nexum orationis turbare dicat, minime intelligo. Auctor enim libri nostri hic uberius exponit, cur perquiri nequeat sapientia, cuius (ut iam supra indicavi) non solum propter aeternitatem originis eius (v. 4), sed etiam ob ipsius fontem (λόγος Θεοῦ ἐν ὑψίσνοις) eiusque (i. e. sapientiae)*) agendi rationes (πορεῖαι αὐτῆς .... αἰώνιοι) perfectam notionem habere non possimus. — Pro genuinitate commatis, de quo nobis res est, afferre licet etiam versionem S. H., quae illud exhibet non praefixo asterisco, id quod notatu dignum est, quia quae praeter textum vulgarem Graecum Ecclesiastici S. H. habet, plerumque signo isto illustrantur. — Denique

*) Vide Jansenium ad l. n.: „viae ipsius sapientiae sunt mandata aeterna, hoc est rationes et modi, iuxta quos sapientia in creaturis gubernandis procedit, sunt fixae et perpetuae Dei constitutiones“. — Minus apte quidam verba πορεῖαι αὐτῆς de viis interpretantur, quibus incedere nos iubet sapientia vel genitivum αὐτῆς sensu obiectivo accipiunt atque sic exponunt: viae, quae ad ipsam ducunt. Quibus aperte repugnat contextus: 5a πηγὴ σοφίας; 6a ῥίζα σοφίας; 6b τὰ πανουργεύματα αὐτῆς, quibus terminis continetur genitivus subiectivus.

versum nostrum agnoscunt et translationes Copticae, qua in re ne neglexeris, ipsas fere praetermittere, quae apud quosdam libri nostri testes praeter editionem Sixtinam adiecta deprehendimus.

Prae lectione αἱ πορεῖαι forsitan cuipiam Fritzschii verbis (pag. 12) inducto coniectura ἀπόρροιαι arrideat (quam tamen ille adoptare dubitavit), praesertim cum cod. 106 habeat vitiose καὶ ἀπορειαι*) atque lectio proposita optimum metaphorarum parallelismum (cf. πηγὴ σοφίας 5a) pariat. Sed genuinitatem articuli αἱ [πορεῖαι] firmant 6b τὰ [πανουργεύματα αὐτῆς], 7b τὴν [πολυπειρίαν αὐτῆς].

6. Post hunc versum V. L. adiungit (= v. 7):

„Disciplina sapientiae cui revelata est et manifestata?
et multiplicationem ingressus illius quis intellexit?“

Quibuscum compares, quae codd. 23, (55), 70, 106, 253, Fr. post v. 6 inserunt:

Ἐπιστήμη σοφίας τίνι ἐφανερώθη (106 ἀπεκαλύφθη; cf. V. L.), καὶ τὴν πολυπειρίαν αὐτῆς τίς συνῆκεν;

Jansenio teste comma nostrum, quod codices optimae notae α, γ, τ defendunt, a nonnullis manuscriptis Latinis, praesertim a codice quodam Atrebatensi**) abest, unde explanator ille ipsum glossema e margine postmodum in textum invectum iudicari posse conicit. At quomodo in codicibus istis Jansenii colon 6b sonat? Habentne ut manuscriptum α „intellexit“ pro „agnovit“, ita ut oculi librariorum a 6b facile ad 7b aberrare potuerint? — Pro genuinitate enunciati 1,7, quod etiam S. H. (non insignitum asterisco) et Boh. et Sah. afferunt, reputes tecum, quae modo ad 1, 5 statui.

Loco πολυπειρίαν V. L. legit πολυπορείαν vel πολυπορίαν, quae est depravatio vel emendatio ab eo profecta, cuius animo αἱ πορεῖαι (v. 5) obversabatur. Lectionem πολυπειρίαν defendit antithesis ἐπιστήμη σοφίας.

8. Εἷς ἐστι σοφός, φοβερὸς σφόδρα,
καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, Κύριος.
V. L. „Unus est altissimus creator omnipotens
et***) rex potens et metuendus nimis,
sedens super thronum illius et dominans Deus.“

---

*) Compara huc simile mendum codicis $\aleph^1$, qui Sap. 7,25 pro ἀπόρροια affert ἀποροια. — De vera manuscripti 253 loci nostri Siracidae lectione (Ho. ἀπόρειαι) consule E. Klostermann l. c. pag. 26 (αἱ πορεῖαι).

**) Atrebatae est urbs Flandriae, quae hodie vocatur „Arras“.

***) Omittas „et“ cum codd. α, γ, θ, κ^1, κ^2, τ, Brev. 231.

Cf. huc S. H. et codd. 55, 70, 106, 253:

εἷς ἐστι σοφὸς (70+καὶ) φοβερὸς σφόδρα,
καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ καὶ κυριεύων.
Κύριος αὐτὸς ἔκτισεν etc. (70 καὶ pro Κύριος).

κυριεύων („dominans") etsi a textu vulgari Graeco abest, nescio tamen, an huius vocis vestigium exstet in P 8b:

ܕܫܠܝܛ ܠܗ ܕܝ ܒܟܠ ܓܢܙܝ ܥܠܡܐ (ℓ 44)

= „(Deus), qui imperium habet in omnes thesauros illius (sc. sapientiae)".

P insuper (cf. ℓ 44) vocem Κύριος, quam codices 55, 106, 253 aeque ac S. H., Boh., Sah., Arm., Aeth. ad sequentia trahunt, genuine cum v. 8 connectendam esse probat (cf. V. L.), id quod et series cogitationum commendat. Auctor enim noster cum verbum Κύριος premeret ideoque in fine sententiae collocaret, ad vv. 6 et 7 respiciens admonere hic in animo habuit a Deo solo radicem sapientiae ipsamque plene esse perspectam*). E quo nexu orationis non intellecto processit etiam lectio emendata Arm. **մի է իմաստութիւն** = „una est sapientia"; sicque principio, ut videtur, etiam Aeth. **አሐዱ ፡ ጥበብ ፡** (correxit Dillmann in **አሐዱ ፡ ጠቢብ ፡**) — „Illius" (V. L.) non est, cur cum Bretschneiderio ad sapientiam referre debeamus (sic fecit P); videas enim vocis „illius" usum in (1, 19 V. L.) et (1, 21 V. L.); cf. etiam H. Rönsch: Collectanea philologica ed. C. Wagner, Bremae 1891, pag. 186 ad articulum „illorum".

9. Αὐτὸς ἔκτισεν αὐτὴν καὶ εἶδε καὶ ἐξηρίθμησεν αὐτήν.
V. L. „Ipse creavit illam in Spiritu sancto,
et vidit et dinumeravit et mensus est."

Missum faciunt „in" codices γ, κ¹, κ², τ Brev. 231.

Textus Latinus speciem Christianam gerere hic videtur, cum „(in) Spiritu sancto" olim Graece ἐν πνεύματι αὐτοῦ sonuisse verisimile sit.**) Hoc vero aliam lectionem recensionis *g* pro ἔκτισεν αὐτήν (= בְּרָאָהּ; ἐν πνεύματι αὐτοῦ = בְּרוּחוֹ)***) continet,

---

*) Bretschneider: „Κύριος non sine magna emphasi ultimo loco et sine articulo ponitur. Ille qui solus est sapiens, solus σοφίαν possedit cognovitque; ipse enim est summus omnium dominus eo, quod omnia sapientia sua creavit."

**) In Vigilii Tapsensis qui vocatur contra Arianos dialogo, Athanasio, Ario et Probo iudice interlocutoribus (lib. II., Migne L. 62, 177) colon nostrum sic legitur: „et ipse creavit eam per Spiritum suum."

***) Similem lectionis diversitatem 29, 17 deprehendimus, ubi pro ἐν διανοίᾳ (בְּרוּחוֹ) textus P habet ܒܒܪܝܗ („creatorem suum" = בְּרֹאוֹ). — F. Klasen: Die alt-

vel si hoc non admittitur, certe בְּרוּחוֹ post בְּרָאָה iam in quibusdam manuscriptis Hebraicis excidisse probabile est (Etiam P terminum istum ignorat).

Verbis „dinumeravit“ (ἐξηρίθμησεν) et „mensus est“ (ἐμέτρησεν) duplicem lectionem inesse suspicionem mihi movet Aethiops, qui pro ἐξηρίθμησεν αὐτὴν ponit „mensuravit eam“ (ሰፈራ፡), cum vocem ἐξαριθμεῖν verbo ኆሰፈ፡ reddat 1, 2; 18, 5 (De Aeth. 1, 19 vide inferius). Inter duas lectiones istas quae praeferatur, vulgaris Graeca digna videtur mihi praesertim contextum consideranti. Haesito enim, an ipsa respondeat formae cuidam Hebraici verbi סִפֵּר, quo et terminus ἐξαριθμήσει 1, 2 fortasse nititur. Eandem vocem Graecam usurpavit interpres G utroque loco, sed nostro ut videtur inepte, quo סִפֵּר ut Job 28, 27*) denotabat „enarrare“. Lectionem ἐξηρίθμησεν prae ἐμέτρησεν commendat et P (ܡܢܝܗ = „et enumeravit eam“); cf. enim 1, 2 P ܡܢܐ ܡܢܝܬ ܠܡܢܝܬ pro τίς ἐξαριθμήσει.

10. Μετὰ (עִם) πάσης σαρκὸς. V. L. „et super (עַל?) omnem carnem“. Lectionem priorem duco genuinam, cui adstipulatur P.

S. H. codd. 70, 253, Fr. in fine versus 10 addunt:

ἀγάπησις (ἀγάπωσις 253) Κυρίου ἔνδοξος σοφία,
οἷς (ὃς 70!) δ’ἂν ὀπτάνηται, μερίζει (στηρίξει Fr.) αὐτὴν
εἰς ὅρασιν αὐτοῦ.**)

Similiter V. L. paulo inferius inserit:

„Dilectio Dei honorabilis sapientia,
quibus autem apparuerit in visu (ὀπτάνηται), diligunt eam
in visione
et in agnitione (γ agnitionem) magnalium suorum.“

Recte Fritzsche effatum illud, de quo agimus, in V. L. male post (v. 13 V. L.) exstare admonet, cum ἀγάπησις Κυρίου aperte ad verba τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν v. 10 referatur; sed difficultas ista

---

testamentliche Weisheit und der Logos der jüdisch-alexandrinischen Philosophie, Friburgi i. Brisg. 1878, pag. 61 in dubium vocat, num loco nostro Siracidae (1, 9) Hebraice pro ἔκτισεν forma verbi בָּרָא exstiterit. Sed ipsi adversatur 1, 4: προτέρα πάντων ἔκτισται (נִבְרְאָה) σοφία, pro quibus P habet:

ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܗܠܝ ܣܓܝ ܚܟܡܬܐ (רַבָּה) ܕܡܬܒܪܝ

= „magis omnibus his abundat sapientia.“

*) אָז רָאָהּ וַיְסַפְּרָהּ = „tunc vidit illam (sc. sapientiam) et enarravit illam“. Non abest suspicio effatum illud loco nostro mente sua amplexum esse Siracidam.

**) In Mon. serm. 289 pag. 922 haec citantur: Ἀγάπησις Κυρίου ἔνδοξος σοφία, καὶ χορηγήσει αὐτὴν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

levabitur, cum quae in Latino inter versum nostrum et decimum interponuntur, extruserimus, quippe quae in eadem versione paulo inferius post (versum 17 V. L.) licet forma breviore iterentur. Posteriorem enim harum sententiarum translationem esse genuinam probant cum locus et forma illius, quae a G differunt, tum Veteris Interpretis dicendi mos, a quo terminum „in extremis“ (v. 13 V. L.) esse alienum egregie docet Thielmann IX 256, cum pro voce ἔσχατος fere verbum „novissimi“ vel „novissimorum“ in V. L. usurpetur. Cognosce insuper, quae praeterea l. c. vir ille eruditissimus disserat: vocem „defunctionis“ abhorrere a stilo Veteris Interpretis Latini libri nostri, cum „consummatio“ (1, 19 V. L.) pro Graeca voce τελευτή etiam 18, 24 occurrat; praeterea „in die“ (1, 13 V. L. = ἐν ἡμέρᾳ) et „suae“ (1, 13 V. L.) aperte esse ex emendatione instituta pro „in diebus“ (1, 19 V. L.) et „illius“ (= suae; ibd.).

13. Pro εὑρήσει χάριν cum V. L., S. H., Arm., Aeth. plurimisque testibus Graecis legas εὐλογηθήσεται (codex 253 habet ἐνευλογηθήσεται), quod suadet et P (ܒܪܟ̈ܝ). Non opus est amplecti opinionem Bretschneiderii verba εὑρήσει χάριν glossema Christianum iudicantis; cf. enim Gen. 6, 8; 18, 3; Eccli. 3, 18.

Pro εὑρήσει χάριν Boh. habet lectionem commemoratu dignam ⲉⲩⲁⲙⲟⲛⲓ ⲙⲙⲟϥ (= apprehendetur!) Doleo, quod codex Taurinensis Sahidicus literis loco nostro iniuria temporum paene exstinctis illam non explanat. Videtur tamen lectio eius Bohiricae similis fuisse,*) cum ⲟⲩⲟⲩϥ, quod ante ϩⲛ̄ ⲛⲉϩⲟⲟ[ⲩ] exstare se suspicari ait de Lagarde, fortasse ⲙⲙⲟϥ legi debeat. ⲥⲙⲟⲩ autem vox ab interprete Sahidico fere pro εὐλογεῖν adhibita hic non adfuisse videtur, quippe quae non cum genitivo (ⲛ, ⲙ, ⲙⲙⲟ-), sed cum directivo (ⲉ, ⲉⲣⲟ-) coniungatur.

14. Pro φοβεῖσθαι τὸν Θεόν ut legamus φοβεῖσθαι τὸν Κύριον suadent V. L., Arm., Boh., Sah., S. H., Aeth. plurimaque manuscripta Graeca.

15. Omittas καὶ[1] cum S. H., Arm., Boh., Sah. multoque maiore parte codicum Graecorum.

Pro verbis textus G:

(καὶ) μετὰ ἀνθρώπων θεμέλιον αἰῶνος ἐνόσσευσε,
καὶ μετὰ τοῦ σπέρματος αὐτῶν ἐμπιστευθήσεται

---

*) Suggerit mihi hoc etiam singularis consensus, qui aliis quibusdam locis inter utriusque dialecti versiones adest (Vide supra pag. 25).

in V. L. haecce habentur:

„Cum electis feminis graditur,
et cum iustis et fidelibus agnoscitur."

Magna lectionum varietas hic in codicibus Latinis enata est ex accommodatione textus ad Graecum vulgarem versus 15 (σπέρματος, ἐμπιστευθήσεται) instituta:

α, κ^1, κ^2, τ, cod. Carolinus Turicensis: „et cum electis feminis creditur."

γ „et cum electis seminis creditur."

Spec.^{2} 344, 2sq.,: „et cum electis seminibus creditur."

Thielmann VIII pag. 545 textum Graecum amplexus verba Latina sic legenda proposuit: „cum electis seminis credetur". Sed perperam ita a textu Vulgatae editionis disceditur. Terminus enim „cum electis seminis" omisso pronomine „eorum" insolita vel dura elocutio esset pro: cum iis, qui de semine illorum i. e. fidelium leecti sunt. Certe si lectio „seminis" esset genuina, interpres Latinus iam in manuscripto suo Graeco pronomen post vocem σπέρματος insertum reperisset vel de suo addidisset. Verba Latina tantopere a G discrepant, ut fieri nequeat, quin ipsa alia textus Hebraici lectione niti statuamus. — Sic enim verba Veteris Latinae Hebraice sonuisse suspicor:

עִם נְשֵׁי חֲסָדִים(* צֶאֱצָה
וְעִם תִּקִּינִים וְנֶאֱמָנִים יְדוּעָה׃

G**) vero hunc textum originalem efficere mihi videtur:

עִם אֲנָשִׁים יְסוֹד עַד קִנְיָנָהּ
וְעִם זֶרַע תַּאֲמִן׃

Cum vox νοσσεύειν quali usu hic, tali alibi non occurrat, atque ut Edersheimii verba mea faciam, hic adsit „a strange mixture of figures", iam pridem commentatores locum nostrum sollici-

---

*) Cf. 44, 10 ἄνδρες ἐλέους, *H* אנשי חסד. Delibero, an loco nostro Vetus Interpres legerit μετὰ γυναικῶν ἐκλεκτῶν, quod emendatione substitutum sit pro μετὰ γυναικῶν ἐλεῶν.

**) A textu G hic differt etiam P:

حكم انعا وب ومعمدا وبوب ع حكفا الاوفيا
وحكم زنحوه الاعمم معصوبة.

= „Cum hominibus veritatis (versatur) et ipsa a saeculis disposita est cumque eorum semine erecta est misericordia eius." — Ex his P verba Hebraica, quae vocibus θεμέλιον (*g* „electis") atque ἐμπιστευθήσεται (*g* „fidelibus") respondent, aliter et alio loco ac G (*g*) legisse colligo. معمدا enim Hebraice substantivum radicis אמן fuisse videtur; معصوبة = חֲסָדָה.

tandum iudicarunt. Quapropter iam Drusius interpretem nostrum pro ἐνόσσευσε (a radice קנן) rectius formam verbi קָנָה (= acquirere) lecturum fuisse arbitratur.*)

Difficultas ista a textu Latino abest, quia interpres *g* pro ἐνόσσευσε (קִנְּנָה) adiectivum radicis תקן legisse videtur (cf. תַּקִּין Chaldaeorum). Quod etsi in textu masoretico desideratur, tamen radix illa delabente aetate usitatior facta iam in Ecclesiaste adhibetur (cf. 1, 15; 7, 13; 12, 9). Vide praeterea *H* 47, 9. Eiusdem radicis est lectio versionis P ܐܬܩܢ, ita ut pro ἐνόσσευσε rectius hic formam verbi תִּקֵּן (= disponere) legi prae Drusii opinione supra allata statuere mihi praeplaceat.

Pro ἐμπιστευθήσεται, id quod obiter admonere mihi liceat, in Hebraico adfuisse formam verbi אמן supra satis fidem fecisse mihi videor. Male tamen interpres Graecus vocem ἐμπιστευθήσεται adhibuit, ita ut e. g. Bretschneider autumet, ipsam hic denotare posse etiam: (sapientia) fidei seminis illorum committetur, quo significatu radix אמן neque Hebraice neque Chaldaice viget (Similiter 7, 26 (25) perperam quidam testes habent καὶ μισουμένη μὴ ἐμπιστεύσῃς σεαυτόν; cf. enim P ibd. ܠܐ ܬܗܝܡܢ ܒܗ ܠܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܚܝܠ). Multo melius termini תַּאֲמַן sensum ita explanamus: „et cum semine illorum permanebit“ (cf. 2 chron. 20, 20; Is. 7, 9),**) vel „et cum semine illorum fide digna reperietur“ (cf. 36, 18 libri nostri: ἐμπιστευθήτωσαν V. L. „fideles inveniantur.“). Prior translatio parallelismo cogitationum conformior esse videtur (cf. 15 a θεμέλιον αἰῶνος).

15. + (= 17 V. L.) „Timor Domini scientiae religiositas“. Quod colon non modo quia repugnat parallelismo membrorum, sed vel etiam propter terminum „scientiae religiositas“ suspectum habeo;

---

*) Similem commutationem deprehendimus: a) Prov. 16, 16, ubi pro קְנֹה et קִנְיָן (= actus acquirendi, acquisitio) LXX νοσσιαί = קִנּוֹת legerunt (sic Jaeger et de Lagarde ad l. h.). b) In Epiphanii Constantiae in Cypro episcopi tractatu contra Ariomanitas (Migne Gr. 42, 241) ad Prov. 8, 22 haec adnotantur: Ἐν δὲ τῷ Ἑβραικῷ λέγει, „Ἀδωναί“, ὃ λέγεται Κύριος, „κανανί“, δύναται λέγεσθαι καὶ „ἐνόσσευσέ με“ καὶ „ἐκτήσατό με“. Τὸ δὲ ἀκριβέστατον λέγεται „ἐνόσσευσέ με“. Sed aperte hic errat auctor ille.

**) 2 chron. 20, 20: הַאֲמִינוּ בַּיהוָה אֱלֹהֵיכֶם וְתֵאָמֵנוּ (LXX ἐμπιστεύσατε ἐν Κυρίῳ Θεῷ ὑμῶν καὶ ἐμπιστευθήσεσθε!), quibus simillima sunt Is. 7, 9: אִם לֹא תַאֲמִינוּ כִּי לֹא תֵאָמֵנוּ. Ad quae optime Delitzsch in commentario ad Isaiam ed. 3., Lipsiae 1879, pag. 112 commemorat: „Wenn Juda nicht an seinem Gotte festhält, so wird es seinen festen Halt verlieren.“

de quo merito H. Lesètre*) sic iudicat: „Cette expression un peu vague est une addition du texte latin.“ Quare in cod. τ et manuscripto S Speculi[1] 116, 13 e correctura „scientia et religiositas“ exstat; item et infra (1, 26 V. L.) in S Speculi[1] 116, 20 et in codicibus κ[2], τ. Enatum vero est additamentum illud e nota marginis falso huc introducta, quae in codice per columnas scripto ad 1, 25 (= 1, 26 V. L.) exarata erat. De elocutione „scientiae religiositas“ mox infra plura disseram.

16. καὶ μεθύσκει αὐτοὺς sc. τοὺς φοβουμένους τὸν Κύριον (cf. G. B. Winer, Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms ed. 7 Lipsiae 1867, § 22, 3; ed. 8 cur. P. W. Schmiedel Gottingae 1897, § 22, 9b sq.). — μεθύσκει αὐτοὺς a radice רוה; cf. P ⲙⲉⲧⲣⲱⲙⲉ = מְרָוָה. — V. L. „et plenitudo (מַרְבֶּה) a fructibus illius.“ — Etiam textus Sah. et Boh. speciem alius Hebraicae lectionis atque eius, qua G nititur, prae se ferre videntur: ⲁⲩⲱ ⲟⲩⲟⲩⲛⲟⲩ ⲡⲉ ⲉⲃⲟⲗⲥⲛ ⲛⲉⲥⲕ[ⲁⲣⲡⲟⲥ] (Sah.) = ⲟⲩⲟⲥ ⲟⲩⲟⲛ ⲟⲩⲟⲩⲛⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲉⲙ (emenda in ⲉⲃⲟⲗϩⲉⲛ) ⲛⲉⲥⲕⲁⲣⲡⲟⲥ (Boh.) = „et laetitia est a fructibus illius.“

17. Πάντα τὸν οἶκον αὐτῆς ἐμπλήσει ἐπιθυμημάτων,
καὶ τὰ ἀποδοχεῖα ἀπὸ τῶν γεννημάτων αὐτῆς.
V. L. „Omnem domum illius implebit a generationibus,
et receptacula a thesauris illius.“

Ad quae Bengel haec admonet: „In Hebr. videtur fuisse מַמְעַמֶּיהָ „cupediae eius“, quod Graecus vertit ἐπιθυμημάτων αὐτῆς. Latinus vel legit vel perperam transtulit, quasi legisset מַטְמֻנֶיהָ „thesauris illius“. — Amplector viri illius doctissimi opinionem *g* verba Hebraica, quibus voces ἐπιθυμημάτων et γεννημάτων respondent, alio loco ac G i. e. in altero versus nostri membro legisse (cf. imprimis ἀπο τῶν γεννημάτων αὐτῆς et „a generationibus“), sed de textus originalis forma sic statuere mihi praeplacet:

(ἐμπλήσει) ἐπιθυμημάτων = **) חֲמוּדוֹת (תִּמְלָא)
„a thesauris illius“ = מַהֲמוּנֶיהָ (vel מַטְמֻנֶיהָ)
cf. huc P 17a: ܘܠ ܐܘܨܪ̈ܗ ܕܒܝܬܗ ܟܠ

= „omnes thesauros suos implebit sapientiâ“ (= חָכְמָה).***)

*) L'Ecclésiastique, introduction critique, traduction française et commentaires, Parisiis 1884.

**) Vel חֲמֻרוֹת.

***) Pro sententia nostra videas etiam *H* 41, 12 חכמה ibique in margine חמרה.

18. ἀναθάλλων (= part. Hiph. verbi פָּרַח) εἰρήνην καὶ ὑγίειαν ἰάσεως. Pro quibus.

V. L. „replens (= part. Hiph. verbi רָבָה; similiter P ܡܣܓܝ) pacem et salutis fructum.“ — καὶ ὑγιείας καρπόν, quam lectionem V. L. sequitur, principio καὶ ὑγίειαν καὶ καρπόν sonuisse suspicionem mihi ingerit P ܘܚܝܐ ܘܣܘܪܝ = „vitam et sanationem.“ ἰάσεως = מַרְפֵּא; καὶ καρπόν = וּפְרִי.

Boh. pro καὶ ὑγίειαν ἰάσεως habet ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲥⲙⲟⲧ ⲛ̀ⲧⲁⲗⲃⲟ = „et gratiam sanationis.“ Estne hoc emendatum vel depravatum ex ⲟⲩⲙⲟⲧⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲗⲃⲟ? Doleo hoc quoque loco, quod a codice Taurinensi lacuna hic infecto non adiuvamur iudicium ferentes de textu Bohirico.

19. V. L. post ἐξηρίθμησεν αὐτήν + „utraque autem sunt dona Dei“. Quibus verbis etsi in V. L. melius quam in textu Sixtino hic servatur parallelismus membrorum, tamen colon praecedens „et vidit et dinumeravit eam“ nihilominus exstirpandum est, quia seriem cogitationum male intercipit; pronomen enim illud „utraque“ arcto nexu sententiarum ad verba εἰρήνην καὶ ὑγίειαν (ἰάσεως)*) refertur. Etiam e textu recepto Graeco comma καὶ εἶδε καὶ ἐξηρίθμησεν αὐτήν auferendum esse bene iudicavit Bretschneider, quia, ut ipse ait, verba ista nude sunt posita neque cum antecedentibus cohaerent neque sequentibus commode iunguntur. Quodsi opinionem hanc impugnat Fritzsche, cum neget verborum sequentium ἐξώμβρησεν et ἀνύψωσεν subiectum aliud statuere licere ac vocem Κύριος ex εἶδεν et ἐξηρίθμησεν supplendam, colon „utraque autem sunt dona Dei“ assumat atque, ut salvus evadat parallelismus membrorum, recipiat quoque, quae S.H. et cod. 253 (codd. 70 et 248 eadem habent post ὑγίειαν ἰάσεως) subiungunt: πλατύνει δὲ καύχησις τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Vel si additamenta ista minus placent, verba ἐξώμβρησεν et ἀνύψωσεν ad timorem Domini ut subiectum referat, de quo in praeviis (vv. 16 et 18) et subsequentibus (v. 20) uberius disseritur. [Ad ἐξώμβρησεν cf. etiam 1, 16: πλησμονὴ σοφίας φοβεῖσθαι τὸν Κύριον]. — V. L. et (mea sententia absque Hebraico fonte) S.H., codd. 70, 106, 248, 253, 308 verbo ἐξώμβρησεν ut subiectum adnectunt terminum σοφία, id quod Fritzschio iudice vixdum tolerari potest, cum iam ἐπιστήμην et γνῶσιν συνέσεως

*) *g* εἰρήνην καὶ ὑγίειαν καὶ καρπόν, sed praeferendum videtur G εἰρήνην καὶ ὑγίειαν ἰάσεως.

ipsam σοφίαν denotare dicat. At ipsi eiusmodi sententiae qualis 1, 25 [ἐν θησαυροῖς σοφίας παραβολὴ (V. L. „intellectus") ἐπιστήμης] in mentem non venisse videtur. — De genuinitate commatis καὶ εἶδε καὶ ἐξηρίθμησεν αὐτήν vel ideo dubitatio mihi infertur, quod S.H., codd. 248, 253 illud loco nostro missum faciunt. Etiam in V. L. ipsum postea spurie additum esse mihi non abest suspicio; alioquin hic „et vidit et dinumeravit et mensus est eam" (cf. 1, 9 V. L.) vel „et vidit et mensus est eam" (sic Aeth.; vide et ad 1, 9) sonaret. Huc accedit codicis τ auctoritas, qui colon, de quo a nobis agitur, hic nonnisi altera manu habet. Denique illud hoc loco ignorasse videtur etiam auctor Speculi[1], qui laudatis verbis „corona sapientiae timor Domini"*) sic pergit (116, 18): „et post IV versus: Radix sapientiae est timere Deum". — Non ergo errare mihi videor, si statuo exemplaria, quae hic verba καὶ εἶδε καὶ ἐξηρίθμησεν αὐτήν exhibent, infecta esse mendo postea in textum Graecum illapso atque in uno codice enato, unde in tot alia manuscripta irrepserit. Verba enim ista in codice quodam per columnas scripto e versu 9 excidisse atque deinde in margine inter columnas adnotata esse videntur, ita ut exinde vitiose post 1, 18 in textum migrarint.

Enunciatum „utraque autem sunt dona Dei" in codd. 70, 248 (sic auctum: ἀμφότερα δέ ἐστι δῶρα Θεοῦ εἰς εἰρήνην) in clausula versus 17 occurrit, sed melius illud secuti V. L., S.H., cod. 253 post v. 18 relegamus.

ἐπιστήμην καὶ γνῶσιν συνέσεως ἐξώμβρησεν (a radice ירחש?). V. L. „scientiam et intellectum prudentiae sapientia compartietur" (= Hiphil radicis ירש?).

20. καὶ οἱ κλάδοι αὐτῆς μακροημέρευσις. — V. L. „et rami illius longaevi," sed vetuste „rami enim illius longaevi", ut habetur in codd. γ, κ[1], κ[2], Spec.[1] 116, 19. Particula „enim" adeo sensu causali hic destituitur, ut nonnisi transitum ad nova designet. Cf. Rönsch, Collectanea philologica, pag. 187, ubi tali usu coniunctionem istam in IV. libro Esdrae saepenumero occurrere commemoratur.

Post v. 20 (= 25 V. L.) in V. L. iam deprehenditur versus 25 textus vulgaris Graeci [Ἐν θησαυροῖς σοφίας παραβολὴ (מָשָׁל)**) ἐπιστήμης, βδέλυγμα δὲ ἁμαρτωλῷ θεοσέβεια]:

---

*) = (1, 22 V. L.).

**) παραβολαί habent S.H., Sah., Boh., codd. ℵ, 70, 253, Co, sed ita emen-

V. L. „In thesauris sapientiae intellectus (שֶׂכֶל) et scientiae religiositas,
exsecratio autem peccatoribus (item S.H. et cod. 253 ἁμαρτωλοῖς) sapientia."

Quae verba in V. L. hic suum locum obtinere vel hoc indicium est, quod alteram eorum translationem (1, 31 sq. V. L.)*) ignorant codices quidam [α, γ, Biblia Maurdramni abbatis, quae asservantur in bibliotheca urbis Ambiani, cod. Ambrosianae bibliothecae Mediolanensis E 26 inf., Spec.[1] 117, 2; primaque manu Parisinus 9380, Divodurensis 7, cod. 31 bibliothecae universitatis quae vocatur Centralis Madritensis**)]. Pro genuinitate prioris translationis etiam vox barbara „religiositas" dimicat, quae interpretem nostrum Latinum prodere videtur. Elocutio „et scientiae religiositas" (= καὶ ἐπιστήμης θεοσέβεια), in qua supra iam offendimus, inde haud dubie enata est, quod θεοσέβεια (1, 25b), cum in fine lineae nescio qua de causa paulo superius esset scriptum, in lineam praeviam post ἐπιστήμης (1, 25a) receptum est, ita ut exinde in altero hemistichio post ἁμαρτωλοῖς, ne deesset subiectum, σοφία a quodam lectore suppletum sit.

22. Οὐ δυνήσεται θυμὸς ἄδικος δικαιωθῆναι.
V. L. „Timor Domini expellit peccatum;
nam qui sine timore est, non poterit iustificari."

Veteri Latinae assentitur Clemens Alexandrinus (paedag. 1, 8; Migne Gr. 8, 332):

Φόβος γὰρ Κυρίου ἀπωθεῖται ἁμαρτήματα,
ἄφοβος δὲ οὐ δυνήσεται δικαιωθῆναι.

Eadem verba, ut egregie admonet Bendtsen, auctor synopsis sacrae Scripturae, quae Athanasii nomine fertur (Migne Gr. 28, 377), nosse videtur, qui initio libri nostri etiam περὶ ἀφοβίας tractari testatur.

Versum 20 cum 22 vixdum cohaerere ipse Edersheim fatetur pag. 42: „The transition here [i. e. to 22] from v. 20b is abrupt;" quae vero idem subiungit: „although v. 22 may possibly be intend-

---

date legitur; παραβολή singulari numero accipi debet sensu collectivo (compara huc 3, 29).

*) „In thesauris sapientiae significatio disciplinae,
exsecratio autem peccatori cultura Dei."

**) Bergerio teste (pag. 168 sq.) versus (31 et 32 V. L.) imprimis in exemplaribus recensionis Alcuinianae occurrunt.

ed as a demonstration and continuation of vv. 19e, 20b" (Fritzsche pag. 17: „Den Übergang vermittelte μακροημέρευσις") haud expediunt difficultatem. Quapropter totum comma, quod S.H. (※), codd. 70, 106, 248, 253 post v. 20 immiscent, recipiendum duco:

Φόβος Κυρίου ἀπωθεῖται ἁμαρτήματα,
παραμένων δὲ (S.H., 253+ἐν αὐτῷ) ἀποστρέφει (ἀποστρέψει 106; συντρίψει πᾶσαν S.H., 253) ὀργήν.

(In tanta textus varietate genuine legendum esse . . . . . παραμένων δὲ ἀποστρέφει ὀργήν crediderim).

Etiam in V. L. textus mutilatus hic adest, cum perfringatur parallelismus membrorum. Praeterea ἄφοβος videtur esse e correctura, qua quis verba θυμὸς ἄδικος magis cum praeviis cohaerere voluit. Item θυμὸς ἄδικος mihi praeplacet prae verbis θυμώδης ἀνὴρ (Boh., Sah., codd. 70, 106, 248; ἀνὴρ θυμώδης 253, S.H.), cuius lectionis facilioris ansam praebuisse videtur sequens ἡ γὰρ ῥοπὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ, quod propter pronomen αὐτοῦ vixdum cum termino θυμὸς ἄδικος concordare posse quidam putaret, cum illud αὐτοῦ de viro iracundo intelligi debeat, qui elocutione θυμὸς ἄδικος ut abstracto pro concreto posito subauditur. Compara ad talem loquendi modum Rom. 2, 26: ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται;

23. Pro ἀνθέξεται S.H., Boh., Sah., codd. 23, 248, 253, Mon. serm. 93 pag. 310, Arm. exhibent ἀνέξεται, cui lectioni favent et V. L. atque, ut videtur, Aeth. (እስከ ፡ ትዕልፍ ፡ ጊዜሃ ፡ ተዐግሣ ፡ ለመዐት ፤ = „donec transierit tempus, sustine iram"); sed debetur haec lectio emendationi ideo obviae, quia verbum ἀντέχεσθαι vulgo „tenere aliquid, adhaerere alicui rei" significat ac perraro sensu verbi activi ἀντέχειν (= obsistere, reniti)*) occurrit.

23. καὶ ὕστερον αὐτῷ ἀναδώσει εὐφροσύνη. V. L. „et postea redditio iucunditatis" = καὶ ὕστερον ἀνάδοσις εὐφροσύνης; sed interpres vocem ἀνάδοσις, quae hic germinationem, pullulationem designat, male transtulit.**) Item perperam intellexerunt

*) Contra Fritzschium sensum hunc a verbo mediali ἀντέχεσθαι abiudicantem licet afferre Pollucis onomasticon 5, 134, ubi haec κωλυμάτων synonyma recensentur: κωλύσας, ἀντιλαβόμενος, διαγαγών, ἀντισχόμενος, κατασχών, βραδυτῆτα ἐνειργασμένος. — Vide et Diodor. 19, 16: οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄτταλον πολὺ λειπόμενοι τοῖς πλήθεσι διὰ τὰς ἀρετὰς ἀντείχοντο καὶ καθ' ἡμέραν ἀγωνιζόμενοι διεκαρτέρουν.

**) Similiter Arm. (αὐτῷ ἀναδώσει εὐφροσύνη) վերստին տացէ նմա ուրախութիւն = „reddet illi exsultatio."

terminum αὐτῷ ἀναδώσει εὐφροσύνη (= illi enascetur exsultatio = αὐτῷ ἀναθαλεῖ εὐφροσύνη), qui εὐφροσύνην (= illi procreabit exsultationem) ponendum esse existimarunt (= codd. א¹, A, C, 23, 157, 253 Vind. I); sic et Aeth. ወደኅረ ፡ ታስተፈሥሕከ ። „et postea afficiet te laetitiâ".

24. V. L. huic versui praefigit terminum „bonus sensus", qui fortasse debetur dittographiae vocis εὐφροσύνης, quam versum praevium textus Graeci, e quo V. L. emanavit, clausisse modo animadvertimus. εὐφροσύνης², cum textus ille Graecus continuo scriptus esset, postea in εὐφρόνησις*) emendatum esse videtur. (Ad elocutionem „bonus sensus" cf. Eccli 29, 28 ἀνθρώπῳ ἔχοντι φρόνησιν, V. L. „homini habenti sensum"). Quae si ita se habent, pronomen „illius" (= αὐτοῦ?) non sensu stricte reflexivo (cf. εὐφρόνησις) usurpari videtur, quo illud accipiunt Jansenius et Thielmann IX 256, etsi istam εὐφρόνησιν homini patienti inesse statuere debemus.

Pro πιστῶν cum V. L., S.H., Boh., Sah., Arm., Aeth. plurimisque codicibus Graecis scribas πολλῶν; cf. et 39, 9.

26. Vox „fili", a qua versus noster in Veteris Latinae (= 33 V. L.) editione Vulgata exorditur, est spuria, ut probant testes iidem, quos versus (31 et 32 V. L.) praetermittere supra commemoravimus; desideratur etiam vox illa in Brev. 561.

Pro ἐπεθύμησας habent ἐπιθυμήσας V. L., S.H., codd. א, A, B, C, 248, 253, Ald., Eusebius (in psalmorum inscriptiones interpretatio quarundam compendii more descripta, Migne Gr. 23, 66); sed ita ex emendandi studio. Quod Bretschneider ἐπεθύμησας duriorem loquendi modum esse neque nepotem particulas neglexisse dicit, ipse de 21, 1 (ἥμαρτες) cogitasse non videtur. Videas etiam 23, 12 (ἔστι) et (9, 15 V. L.).

ἐντολὰς V. L. „iustitiam". Utrum pro פִּקּוּדִים (ἐντολὰς) *g* צֶדֶק legisse statuemus, an sequemur Bengelium opinantem G et *g* utrumque vocem מִשְׁפָּט Hebraice legisse, ita ut voci „iustitiae" hic legis notionem attribuamus? Cf. enim:

15, 1 „iustitiae" (V. L.) = νόμου G,
21, 11 (12 V. L.) „iustitiam" = νόμον G,

*) Vox εὐφρόνησις Heracleota teste in Catena Patrum Graecorum in Pss. (vol. 2 pag. 630) ab Aquila Ps. 78 (77), 72 adhibita est (εὐφρονήσει, M.T.: בְּתָבוּנוֹת), ubi quidam (Schleusner, Field etc.) emendatione ἐν φρονήσει substituunt. Alibi vox ista non deprehenditur. Sed significat verbum εὐφρονέω (Il. Homeri A 73) prudentem esse, prudentia valere.

33, 2 (al. 36, 2) „mandata et iustitias“,
pro quibus G νόμον habet.

Deutn. 4, 5 וּמִשְׁפָּטִים, Vulg. „atque iustitias“. Flori epitome rerum Romanarum 1, 24, 1: „ordinataque erat in duodecim tabulis tota iustitia“. Vide ad locum nostrum etiam Thielmann IX 272.

27. (= 35 V. L.) V. L. + „et adimplebit thesauros illius“, quae verba e versu 17 (= 21 V. L.), ad quem in margine codicis per columnas scripti exstabant, huc irrepsisse iudico.

29. ἐν στόμασιν ἀνθρώπων (sed genuine ἐν στόματι ἀνθρώπων codd. א, 106, 307). — V. L. „in conspectu hominum“, sic etiam S.H., cod. 253 (ἐνώπιον), Boh. (ⲘⲠⲈⲘⲑⲞ ⲚⲒⲢⲰⲘⲈ), Sah. (ⲘⲠⲈⲘⲦⲞ-ⲈⲂⲞⲖ ⲚⲚⲢⲰⲘⲈ); P ܩܕܡ ܒܢܝ ܐܢܫܐ sicque melius, cum G fortasse mendose לְפִי אָדָם pro לְאַפֵּי אָדָם legerit. Fritzsche hic confusionem elocutionum בְּפִי et בְּפִנֵי statuit, pro qua opinione licet affere Prov. 15, 14, ubi pro וּפִנֵי Keri habet וּפִי (LXX στόμα); Neh. 2, 13 אֶל־פְּנֵי עֵין LXX πρὸς στόμα πηγῆς (= אֶל־פִּי עֵין).

29. πρόσεχε V. L. „non scandalizeris“.

30. μὴ ἐξύψου σεαυτόν V. L. „attende in illis“.

Bengel πρόσεχε Hebraice תַּשְׂכִּיל sonuisse suspicatur, quod V. L. („non scandalizeris“) אַל תִּכָּשֵׁל legerit. Multo facilior vero mihi videtur coniectura *g* in textu Hebraico continuo scripto ordinem verborum sic immutatum reperisse, ut πρόσεχε secundo loco deprehenderit, pro μὴ ἐξύψου σεαυτόν [= אַל תְּנַשֵּׂא; P ܠܐ ܬܬܥܠ „ne oderis“ = אַל תִּשָּׂנֵא] autem אַל תְּנַשֵּׂא*) (a radice נָשָׂא) legerit.

30. ὅτι οὐ προσῆλθες (+ἐν ἀληθείᾳ S.H., codd. 248, 253) φόβῳ Κυρίου; V. L. „quoniam accessisti maligne ad Dominum.“ Particula negativa οὐ abest ut a V. L. ita etiam a P:

ܡܛܠ ܕܐܬܩܪܒܬ ܒܕܚܠܬܐ ܠܡܕܚܠ

(= „quia vocatus es in timore Dei“; pro קָרַבְתָּ προσῆλθες ergo P legit נִקְרֵאתָ בְּ vel נִקְרֵית בְּ).

II.

1. Τέκνον, εἰ προσέρχῃ δουλεύειν Κυρίῳ Θεῷ. — Abest Θεῷ ab S.H., Arm., Boh., Sah., codd. א, A, C, 23, 55, 70, 157, 253, 254, 296; Aeth. tantum ለእግዚአብሔር፡; V. L. nil nisi „Dei“. — Sat ergo apparet omittendum esse Θεῷ. Quae vox videtur esse glossema ideo textui Graeco intrusum, ut primo intuitu

*) = „non scandalizeris.“

claresceret hic de officio Deo, nec vero cuipiam Domino praestando agi.

3. κολλήθητι αὐτῷ. V. L. „sustine sustentationes Dei; coniungere Deo". Camerarius in Ecclesiastici editione Graeca Lipsiae 1568 pag. 160 testatur se alicubi deprehendisse verba haec: μεῖνον τὴν ἀναμονὴν καὶ κολλήθητι αὐτῷ. Equidem reperi illa in Mon. serm. 93 pag. 310.

4. καὶ ἐν ἀλλάγμασι ταπεινώσεώς σου μακροθύμησον.

V. L. „et in dolore sustine,
et in humilitate tua patientiam habe."

Quibuscum aliquam similitudinem habent, quae in 4b P legimus:

ܘܒܡܟܝܟ ܘܒܡܫܟܝܢܘܬܟ ܐܟ ܗܘ ܣܒܪ

„et in morbo et in paupertate longanimis sis."

Ad V. L. etiam prope accedunt, quae S.H., codd. א², 55, 253, 254 in fine versus 5 adiungunt: ἐν νόσοις καὶ πενίᾳ (S.H. παιδείᾳ; cod. 253 παιδείαις) ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς γίνου*).

Cum 4b G mea suspicione hunc textum Hebraicum efficiat:

וּבַחֲלִיפוּת עָנְיְךָ הַאֲרֵךְ רוּחֶךָ

P vero Hebraice

וּבַחֲלִי וּבְעָנְיִי הַאֲרֵךְ רוּחֶךָ

sonuisse videatur, verisimile duco in codd. א², 55, 254, quos supra commemoravi, duplicem adesse commatis 4b lectionem; ἐν νόσοις καὶ πενίᾳ**) (ἐπ' αὐτῷ) πεποιθὼς γίνου = בַּחֲלָיִים וּבְעָנְיִי קַוֵּה. Omnes autem textus, quos modo sermone Hebraico reddidi, quodammodo coniungit V. L. = וּבַחֲלִי קַוֵּה וּבְעָנְיִי הַאֲרֵךְ רוּחֶךָ, ita ut hanc formam ab Hebraico fonte ortum ducere ex iis, quae modo exhibui, patefieri opiner. Cumque etiam versus 1—3 Veteris Latinae recensione G ampliores unusquisque sint trimembres, qua re optime retinetur parallelismus membrorum, illorum quoque formam ex Hebraico fonte derivari autumo. V. L. hic ut textum uberiorem ita fortasse etiam vetustiorem servasse videtur, quem postea variis modis in Hebraico contractum esse opinionem movet et P, ubi initio capitis nostri pauciora adhuc verba habentur quam in G.

---

*) Apud Chrys. adv. Judaeos VIII (Migne Gr. 48, 936) haec verba occurrunt: Τέκνον, ἐὰν προσέρχῃ δουλεύειν Κυρίῳ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμὸν, εὔθυνον τὴν καρδίαν σου καὶ καρτέρησον· ἐν νόσῳ καὶ πενίᾳ ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς γίνου· ὡσπερ γὰρ ἐν πυρὶ δοκιμάζεται χρυσίον, οὕτως ἄνθρωπος δεκτὸς ἐν καμίνῳ ταπεινώσεως.

**) De lectionibus S.H. (παιδείᾳ) et cod. 253 (παιδείαις) sentio id, quod in pag. 22 sub c exposui.

Non mirari denique te oportet, quod enunciatum ἐν νόσοις καὶ πενίᾳ ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς γίνου, cum aperte ad v. 4 pertineat, in codicibus Graecis initio sexti exstat, cum versum 6 in quibusdam textibus proximum a versu 4 fuisse admoneat P, ubi versus sextus quintum antecedit.

5. χρυσίον. V. L. + „argentum", quod additamentum etiam (8, 3 et 30, 15 V. L.) occurrit.

6. πίστευσον αὐτῷ. S.H. et cod. 253 πίστευσον Κυρίῳ. V. L. „crede Deo" = P ܗܝܡܢ ܠܐܠܗܐ.

εὔθυνον τὰς ὁδούς σου καὶ ἔλπισον ἐπ' αὐτόν. — S.H., cod. 253: καὶ ἔλπιζε ἐπ' αὐτὸν*) καὶ εὐθυνεῖ τὰς ὁδούς σου; sic et P: ܘܫܪ ܠܗ ܘܢܫܪ ܠܟ ܐܘܪܚܬܟ.

9. Ἐλπίσατε εἰς ἀγαθὰ καὶ εἰς εὐφροσύνην αἰῶνος καὶ ἐλέους. Verba ultima Hebraice sic conscripta fuisse coniecto: וּלְחֶדְוַת עוֹלָם וְחֶמְלָה. — V. L. „Sperate in illum et in oblectationem**) veniet vobis misericordia" (= לָכֶם חֶמְלָה). Ad significationem vocis „veniet" (= et oblectatio fiet vobis misericordia) cf. 8, 7 (8 V. L.): „et in gaudium nolumus venire"; 42, 11 „ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis;" vide etiam Archiv VIII pag. 535.

Aliam fortasse commatis 9b versionem efficiunt, quae in S.H., codd. א², 55, 70, 106, 253, 254 post ἐλέους adiunguntur: ὅτι (∧ S.H., 70, 106, 253) δόσις αἰωνία μετὰ χαρᾶς τὸ ἀνταπόδομα αὐτοῦ.***) (= וּגְמוּלָתוֹ). Quam opinionem subicit 9b P: ܘܠܚܕܘܬܐ ܕܥܠܡ ܘܠܚܝܐ ܕܥܠܡ (= „in gaudium sempiternum et in salutem"), ubi ܘܠܚܝܐ (sic etiam cod. Ambros. Peschittonianus) ut in ܘܠܚܝܐ emendemus suadet S.H.

Pro καὶ ἐλέους Arm. habet և յողորմածութիւն = καὶ (εἰς) ἔλεος, quod est ex emendatione textus Graeci licet menti Hebraici auctoris conformi; G enim וְחֶמְלָה ista ratione vertere debebat.

V. L. + (= 10 V. L.) „Qui timetis Dominum, diligite illum et illuminabuntur corda vestra", quem versum Jansenius a quodam glossatore adiectum suspicatur, qui hic fidei (v. 8 πιστεύσατε) et spei (v. 9 ἐλπίσατε) tertium genus virtutum theologicarum addere in animo habuerit.

10. ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς (בְּדוֹרוֹת קֶדֶם). V. L. „respicite, filii, nationes hominum" (בְּדוֹרוֹת אָדָם).

---

*) cod. 253 vitiose ἐπ' αὐτῶν.

**) γ, ϑ, κ¹, κ², Brev. 246 et 707, Spec.¹ 118 1 „in oblectatione"

***) cod. 70 αὐτῆς.

Pro „quia nullus speravit“ cum codd. γ, τ, Spec.[1] 118, 3 Brev. 246 et 707 legas „quis speravit“; ab iisdem perinde atque a codd. α, ϑ, κ[2] genuine abest sequens „quis enim.“

Sah. ἢ τίς ἐνέμεινε ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ καὶ ἐγκατέλιπεν αὐτόν, quibuscum componas Chrys. ad viduam Iuniorem (Migne Gr. 48, 608): ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς καὶ ἴδετε· τίς ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον καὶ κατησχύνϑη; ἢ τίς ἐπεκαλέσατο αὐτὸν καὶ ὑπερεῖδεν αὐτόν; ἢ τίς ἐνέμεινε ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ καὶ ἐγκατέλιπεν αὐτόν; Aeque ac Sah. et Chrys. pro τῷ φόβῳ αὐτοῦ habet ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ etiam V. L. („in mandatis eius“),*) quae et cum hoc pro ἐνεπίστευσεν legit ἤλπισεν („speravit“).**)

11. καὶ ἀφίησιν ἁμαρτίας,
καὶ σώζει ἐν καιρῷ ϑλίψεως.
V. L. „et remittet (sed „remittit“ γ, τ Spec.[1] 118, 6) in die tribulationis peccata,
et protector est omnibus exquirentibus se in veritate.“

Vetuste pro „in die tribulationis“ exstabat hic „in tempore tribulationis“ (codd. α, γ, κ[2], τ, Brev. 246 et 707, Spec.[1] 118, 6), quod magis cum G et P (vide infra) congruit. Comma „omnibus exquirentibus se in veritate“ abest a G, sed ipsius genuinitati favere opinor P, ubi 11b sic legitur:

„et exaudit et salvat omni tempore afflictionis,
et exaudit vocem operantium voluntatem suam.“

„et protector est“ omittas cum codd. α, γ, κ[2], τ, Brev. 246 et 707, Spec.[1] 118, 7, praesertim cum sic optime in V. L. retineatur parallelismus membrorum. Qui in S.H. et codd. ℵ[2], 70,

---

*) Similis lectionis varietas inter G et V. L. intercedit 28, 7 (8 V. L.) et 37, 12 (15 V. L.); vide infra ad locos istos.

**) Allegare lubet etiam haec e Chrysostomi operibus excerpta:

a) expositio in psalmum IX (Migne Gr. 55, 129): ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς καὶ ἴδετε· τίς ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον καὶ κατησχύνϑη; ἢ τίς ἐπεκαλέσατο αὐτὸν καὶ ἐγκατέλιπεν αὐτόν;

b) hom. 3 in Phil. 1 (Migne Gr. 62, 199): ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς καὶ ἴδετε· τίς ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον καὶ κατησχύνϑη;

c) hom. 2 in Phil. 1 (Migne Gr. 62, 197): ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς καὶ ἴδετε· τίς ἐπίστευσε τῷ Κυρίῳ καὶ ἐγκατελείφϑη; ἢ τίς ἤλπισεν ἐπ' αὐτὸν καὶ κατησχύνϑη; Hoc igitur loco auctor noster lectiones variantes (ἐν)επίστευσεν et ἤλπισεν consociavit.

Etiam in Mon. serm. 260 pag. 852 pro ἐνεπίστευσε Κυρίῳ habetur ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον.

106, 248, 253 servatur insertis post vocem Κύριος (70 post ἐλεήμων) verbis μακρόθυμος καί πολυέλεος.

12. Οὐαὶ καρδίαις δειλαῖς καὶ χερσὶ παρειμέναις (וּלְיָדַיִם מְרָפוֹת; cf. P ܘܠܝܕ̈ܝܢ ܡܫܦܠ̈ܬ). — V. L. „vae duplici corde et labiis scelestis et manibus malefacientibus“ (וּלְיָדַיִם מְרֵעוֹת). Alibi reperiri οὐαὶ καρδίαις διπλαῖς (pro δειλαῖς) testatur Camerarius l. c. pag. 157. „Et labiis scelestis“ iis, quae ad v. (10 V. L.) commemoravi, inductus facile quispiam ideo adiectum existimarit, ut peccatis, quae theologi vocant cordis et operis, tertium genus i. e. oris adderetur, quam opinionem idem Iansenius amplexus est.

13. διὰ τοῦτο V. L. „et ideo“; sed ∧ „et“ codd. α, γ, κ¹, κ², τ, Brev. 246 et 707, Spec.¹ 118, 10.

14. καὶ τί ποιήσετε; V. L. „et quid facient“; sed scribas „et quid facietis“, ut habetur in Brev. 246 et 707, Spec.¹ 118, 10, codd. α, γ (primaque manu) κ².

ἐπισκέπτηται V. L. „inspicere coeperit“ (= ἐπισκέψηται?). Ad hunc loquendi modum, quo saepenumero vox μέλλειν Latine redditur, cf. e. g. Sap. 14, 1 „iter facere incipiens (μέλλων); ibd. 18, 4 „per quos incipiebat . . . dari“ (δι' ὧν ἤμελλε . . . δίδοσθαι). Sed occurrit etiam absque tali voce in Graeco (cf. Sap. 14, 15 „colere coepit“ ἐτίμησεν), ita ut teste Thielmannio Archiv II 86 nonnumquam mera paraphrasis temporis futuri verbi cuiusdam Graeci evaserit.

17. V. L. + „Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius,
et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius.“

Quae verba a codicibus Graecis, quos novimus, absunt, sed eorum vestigium in Mon. serm. 93 pag. 310 superest, ubi citatis verbis: οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον ἑτοιμάσουσι . . . . . ταπεινώσουσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν sic pergitur: καὶ μακροθυμήσουσιν ἕως ἐπισκοπῆς αὐτοῦ. Quod hic reliqua textus Latini additamenta omittuntur, mirari non debemus, cum et alia Siracidae effata in opere isto forma breviore laudentur.

Versui 18 V. L., S.H., cod. 253 praefigunt λέγοντες.

18. ἐμπεσούμεθα εἰς χεῖρας Κυρίου καὶ οὐκ εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.

V. L. „Si poenitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini*) et non in manus hominum.“

---

*) rectius „Dei“, quod habent α, γ, κ², τ, Spec.¹ 118, 20; etiam in cod. 248 legitur Θεοῦ pro Κυρίου.

Verba Latina enucleanda atque cum v. 18b (23 V. L.) concordanda multas molestias interpretibus procreant, quapropter Fritzsche de commate: „si poenitentiam non egerimus“ sic iudicat: „Letzteres Supplement ist falsch“. Jansenius, qui versum (22 V. L.) cum Hebr. 10, 31 („Horrendum est incidere in manus Dei viventis“) comparat ipsumque hunc sensum efficere ait: Si poenitentiam non egerimus, multo afflictiore condicione erimus, quia in manus Domini hominibus longe rigidioris incidemus: ipse tamen fatetur cum tali explicatione vixdum consentire videri versus (23 V. L.) sensum. Qua de causa verba (23 V. L.) a versu (22 V. L.) ita seiungit, ut illa non effatum metuentium Domini, sed dictum auctoris declaret, quod spectet ad comma „et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius“ (21 V. L.) atque rationem reddat, cur ita se gerant homines pii. Sed eiusmodi explanationi ne contextus non faveat vereor. Quare hanc meam sententiam aperire audeo: verba „si poenitentiam non egerimus“ e fonte Hebraico emanasse, sed vitio interpretis *g* esse obnoxia, qui אִם (εἰ) hic indicare alterum membrum interrogationis disiunctivae, sed quae vocatur ellipticae, minime intellexerit. Quae si ita se habent, hunc fuisse sensum sincerum enunciati nostri opinor: „An poenitentiam non agemus? (Utique agemus. Tunc enim) incidemus in manus Dei, et non in manus hominum (quod praestat); secundum enim magnitudinem ispsius sic et misericordia illius cum ipso est.“

III.

V. L. absque reliquis libri nostri testibus, quorum notitiam habemus, capiti huic praefigit haecce:

„Filii sapientiae ecclesia*) iustorum,
et natio illorum oboedientia et dilectio“,

quae verba satis Hebraea esse ipse Bretschneider concedit. Haesito, an pro „natio“ lectionem „nati“ (γ, Spec.[1] 118, 23) recipiam.

1. Ἐμοῦ τοῦ πατρὸς ἀκούσατε, τέκνα.

V. L. „Iudicium patris audite, filii (+dilecti“ α, γ, ϑ, κ[1], κ[2], τ, Spec.[1] 118, 24, Miss. 392).

Cum V. L. conspirant S.H. et cod. 253:

Ἀκούσατε τέκνα κρίσιν πατρός.

Denique sic principio habuisse etiam P ingeniose comprobavit

*) α „ϑ, κ[1] „ecclesiae“; vide et not. ad Spec.[2] 347, 6.

Nestle (Marginalien etc. pag. 49)*), ubi حتا بى لاحقا معدحه in معدحه (vel لاحقا بى) لاحقا بلا حتا corrigendum esse admonet.

Effici inde mihi videtur P, V. L., S.H., cod. 253 hic aliam textus Hebraici lectionem („iudicium" = דִּין) atque G (ἐμοῦ = אֲנִי) sequi. Est vero melioris notae textus P et Veteris Latinae (S.H., 253), quippe quem et sequens καὶ οὕτως ποιήσατε et 2b (κρίσιν μητρὸς) commendent (quare e. g. cod. 70 utramque lectionem coniungit sic: ἐμοῦ τοῦ πατρὸς ἀκούσατε, τέκνα, κρίσιν). — Similiter senserunt, qui ἐμοῦ mendum Graecorum librariorum esse falso opinati pro isto pronomine coniecturâ κρίμα substituerunt. Legitur haec vox

in Bibliis Argentorati anno 1526 curatis,
in editione Basileensi anni 1545,
in Bibliis a R. Stephano Parisiis anno 1555 impressis,
in Bibliis typis H. Commelini anno 1587 confectis.

2. καὶ κρίσιν μητρὸς ἐστερέωσεν ἐφ' υἱοῖς.
V. L. „et iudicium matris exquirens firmavit in filios".

De quo loco Lesètre hoc iudicium fert: „exquirens n'est pas dans le grec et ne fait qu'embarasser en latin." Neque ipse tamen nec de Lagarde (Mitteilungen I pag. 288) coniectura assecuti sunt terminum „exquirens (= דָּרַשׁ) in filios" (עַל יְלָדִים) aliam lectionem textus Hebraici recensioni *g* propriam continere pro ἐστερέωσεν (שׁוֹרֵר) ἐφ' υἱοῖς (עַל יְלָדִים). Roborat opinionem nostram auctoritas codicum α, γ, ϑ, τ, quibus accedit Miss. 392; a quibus textibus vox „firmavit" abest. Pro nostra de textus Hebraici forma opinione consideres P 2b, quod colon sic sonat:

ەبىل بامحا حلا تحبه هذا (= שׁוֹרֵר)

= „et iudicium matris super filios ipsius firmavit".

3. Ὁ τιμῶν πατέρα ἐξιλάσεται ἁμαρτίας.
V. L. „Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis,
et continebit se ab illis,
et in oratione dierum exaudietur".

---

*) Hac in re ipsum quodammodo praecessit Houbigant, qui ad versum nostrum haec adnotat: „..... Itaque pro ἐμοῦ legendum vel κρίμα vel κρίσιν „iudicium", ut habetur in pluribus exemplaribus" [Ipse hanc annotatiunculam debet fortasse notis Romanis Bibliis adiectis; vide enim Hoeschelii editionem ad l. h. Absque dubio inter illos libros est etiam cod. 253 = cod. Vaticanus 336]; deinde ille partim mendose sic pergit: „imo etiam in Syro, qui convertit דין לאבהא „iudicium patris". Melius Gabriel Sionita convertisset דין „iudicium" quam „porro".

Verba Veteris Latinae priora infecta sunt emendatione male ab eo huc introducta, cui minus apte dici videretur oboedientiâ patris nos assequi veniam peccatorum. Sed videas, quae Siracida versibus 14 et 15 capitis nostri exponat. Verba „et in oratione dierum exaudietur" ad v. 5 pertinentia in exemplari Graeco, quod interpres Latinus ad manus habuit, falso loco nostro in textum introierunt e margine, in quo erant adnotata, cum infra in v. 5 (= 6 V. L.) incuria quadam essent praetermissa. Animadvertas enim comma „et in die orationis suae exaudietur" ignorari in versu 5 (= 6 V. L.) a codd. γ, τ, Speculo[1] 119, 3, Missali 392.

Pro ἐξιλάσεται Arm. ἐξιλάσκεται cum codd. ℵ[2], A, C, 106, 157, 253, 254, 296, 307 Co; vide etiam lectionum discrepantiam, quae adest in 3, 30, ubi pro ἐξιλάσεται ponitur ἐξιλάσκεται ab Arm., S.H., codd. C, 106, 157, 254, 296. Utroque loco lectionem sinceram esse ἐξιλάσκεται probabilitatem conciliat P, cum pro verbo finito participium adhibeat.

5. πατέρα V. L. „patrem suum"; sed abest „suum" a codd. α, γ, κ[1], κ[2], τ, Spec.[1] 119, 3, Miss. 392.

εὐφρανθήσεται ὑπὸ τέκνων V. L. „iucundabitur in filiis" = ἐπὶ τέκνοις (codd. 248, 307); sed habetur ita ex emendatione, cum lectionem Sixtinam sustentet et P ܒܢܘܗܝ ܥܠ ܚܕܐ = „laetitiam capiet ex filio suo". Cf. etiam Prov. 5, 18 וּשְׂמַח מֵאֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ = „et gaudium percipias ex muliere iuventutis tuae".

6. Pro ὁ εἰσακούων Κυρίου male V. L. „qui oboedit patri".

Versui septimo S.H., cod. 253, Co, Hoeschel praemittunt haec: ὁ φοβούμενος (Hoeschel + τὸν) Κύριον τιμήσει πατέρα [V. L. „qui timet Dominum*) honorat parentes"], quod comma ut in textum recipiamus flagitat parallelismus membrorum. Iam in codicibus Hebraicis locum nostrum varie mutilatum exstitisse suspicionem infert P, ubi totus versus 7 desideratur.

7. ἐν τοῖς γεννήσασιν αὐτόν. — ∧ ἐν V. L., S.H., Sah., Arm., codd. ℵ[2], 23, 70, 106, 157, 248, 253; ita et Aeth., qui versum nostrum sic exhibet: ወከመ ፡ አግብርቲሁ ፡ (cod. F አግብርት ፡ sed prima manu**) ዘለአግብርቲሁ ፡ cod. B አጋእዝቲሁ ፡) ይትቀነይ ፡ ለዘወለደ ፡፡ = „et quasi servi (F[2] item; sed F[1] „servis"; B „domini") ministrabit ei, qui ipsum genuit".

Absque dubio particula ἐν in Graeco hic est genuina, quam-

*) α, τ, Spec.[1] 119, 5, Miss. 392 „Deum".

**) Notam F[1] e meo huius codicis apographo hausi.

quam „alicui servire“ Hebraice non dicitur עָבַד בְּ, quemadmodum nec Chaldaice פְּלַח בְּ, sed utrumque designat aliquem ad laborandum adigere. Reperitur in LXX Jer. 25, 11: δουλεύσουσιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἑβδομήκοντα ἔτη atque in 2 Macc. 1, 27: ἐλευθέρωσον τοὺς δουλεύοντας ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Sed particula ἐν hic non stricte denotat eum, cui officium praestatur, sed locum ubi servitur, ita ut ἐν τοῖς ἔθνεσιν (בַּגּוֹיִם) significet ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν i. e. διασκορπισθέντες ἐν τοῖς ἔθνεσιν*) servitutem subeunt vel subibunt. Est igitur verbum δουλεύειν locis modo allegatis sensu qui vocatur absoluto accipiendum. Cum autem non aeque commode atque illud ἐν τοῖς ἔθνεσιν nostro Siracidae loco dicatur ἐν τοῖς γεννήσασιν αὐτόν neque probabile sit interpretem Graecum praepositionem ἐν adhibiturum fuisse, nisi in Hebraico particulam בְּ deprehendisset, non reiecerim Gaabii (I pag. 9) coniecturam interpretem Graecum hic mendum contraxisse, cum vertere deberet: „et quasi domini liberos suos ad laborandum adiget i. e. in obsequio suo continebit.“

(יַעֲבֹד בְּיִלְדָיו pro יַעֲבֹד בִּילָדָיו)

Quae verba sensum non ineptum efficiunt, cum iis, qui erga parentes oboedientiam praestiterunt, Dei beneficio ac praemio tribui soleat, ut et liberi ipsorum ipsis obtemperent. Pro huiusmodi mente consideres etiam, quae versibus 8 et 9 ab auctore libri nostri exponuntur.

10. οὐ γάρ ἐστί σοι δόξα πατρὸς ἀτιμία. Quidam codices pro πατρὸς ἀτιμία habent πρὸς ἀτιμίαν mendosa compendii $\overline{\text{πρ}}\overline{\text{ς}}$ (= πατρὸς) interpretatione.**) Dubitaveris fortasse, num interpres Graecus hic collocaverit vocem πατρός, cum codex 155, ut testatur Hatch pag. 259, qui ipsum consuluit (vide ibd. pag. 247) nonnisi .... δόξα ἀτιμίαν exhibeat; sed hic particulam πρὸς errore praetermissam esse probabilitatem conciliat casus accusativus vocis ἀτιμία. — Vox πατρὸς casu genitivo occurrens hic non, ut vulgo existimatur, a substantivo ἀτιμία pendet, sed mente interpretis Graeci ad vocem δόξα pertinet, etsi talis nexus verborum sensum

*) cf. 2 Macc. l. c. quae ibi praecedunt: τὴν διασποράν ἡμῶν. — Opponitur verbis e Jer. allatis ibidem: καὶ ἔσται πᾶσα ἡ γῆ (sc. τῶν Ἰουδαίων) εἰς ἀφανισμόν. — Non explicant locum nostrum Ecclesiastici Os. 12, 13 (12) vel Ez. 29, 20, ubi praepositio בְּ praecedente verbo עבר designat mercedem, quam Israel vel rex Babylonis meruerunt (errat Bretschneider).

**) Simili vitio in manuscriptis Graecis nonnumquam Προκλῆς scriptum est pro Πατροκλῆς atque πρικιος pro πατρίκιος.

aptum hic non parit. Nepos enim Iesu Siracidae post vocem, quae Hebraice δόξαν denotabat, perperam legit אָב. Melius hic *g* (= V. L.) = „Non enim est tibi gloria, sed (כִּי) confusio“*) sc. ἀτιμία πατρός σου. — In S.H. et cod. 253 οὐ γάρ ἐστί (253 ἔσται) σοι δόξα ὡς (= כָּ) ἀτιμία, quibuscum componas Chrys. hom. 2 in 2 Tim. 1 (Migne Gr. 62, 612): μὴ δοξάζου ἐν ἀτιμίᾳ πατρός σου· οὐ γάρ ἐστί σοι δόξα ὡς ὄνειδος.

11. Pro „filii“ (v. 13 V. L.) cum codd. γ, κ², τ Miss. 392 scribas „filiis“; est in Graeco τέκνοις.

μήτηρ ἐν ἀδοξίᾳ — V. L. „pater sine honore“.**) P cum Graeco consentit. Pro ⲙ̄ⲛ̄ⲣ (= μήτηρ) V. L. vitiose legit ⲡ̄ⲛ̄ⲣ (= πατήρ). Similem errorem ad v. 14 adnotatum reperies. Vide et Swete, qui codicem C in versu 16 pro ⲡ̄ⲣⲁ habere ⲙ̄ⲣⲁ adnotat.

13. Pro συγγνώμην ἔχε S.H. ܣܒܘܢ ܗܘܐ ܠܟ = συγγνώμην ἐχέτω, ut legitur in Mon. serm. 203 pag. 691.

14. καὶ ἀντὶ ἁμαρτιῶν προσανοικοδομηθήσεταί σοι.

V. L. „Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, et in iustitia aedificabitur tibi“

(= προσανοικοδομηθήσεταί σοι).

Duae associatae sunt hic in V. L. lectiones, quarum prior mendosa textus Graeci interpretatione laborat: „matris restituetur tibi“ = ⲙ̄ⲣ̄ⲥ ⲁⲛⲁⲕⲟⲙⲓⲥⲑⲏⲥⲉⲧⲁⲓ ⲥⲟⲓ (pro προσανοικοδομηθήσεταί σοι). — In Hoeschelii editione reperi e Bibliis e typographeio Wechelorum (Francofurti ad Moenum 1597) hanc lectionem adnotatam: καὶ ἀντὶ ἁμαρτιῶν μητρὸς ἂν οἰκοδομηθήσεταί σοι.

„In iustitia“ ut corrigatur in „pro iniustitia“ itaque ad terminum ἀντὶ ἁμαρτιῶν conformetur, suaderem, modo talis lectionis vestigium alicubi deprehendissem. Cornelius a Lapide „in iustitia“ esse translationem particulae ἀνὰ verbi προσανοικοδομηθήσεται autumat.***) Sed equidem una cum προσανοικοδομηθήσεται

---

*) Pro „gloria eius confusio“, ut habetur in Veteris Latinae editione Vulgata, legendum esse „gloria sed confusio“ probant codd. α, ϑ, κ¹, κ², Spec.² 387, 9; Miss. 392.

**) Chrys. hom. 9 in Phil. 2 (Migne Gr. 62, 252): ἀδοξία πατρὸς ὄνειδος τέκνων.

***) Inter alia haec disserit: „Praepositio ἀνὰ notat analogiam iustitiae et mercedis, ut προσανοικοδομηθήσεται idem sit, quod: ex iusta quadam retributione et compensatione fiet tibi reaedificatio et restauratio iacturae per peccatum factae, q. d.: Ex peccato et cholera matris subiisti iniuriam, infamiam et tristitiam; sed Deus hanc tibi restaurabit faciendo, ut illa cedant et convertantur in tuum honorem, gloriam et laetitiam.“

etiam glossema quoddam ἐνδίκως vel aliud in textum Graecum tum insertum esse crediderim, cum iam adesset lectio hemistichii 14b ea, quae in V. L. locum priorem obtinet, cuius verba ἀντὶ ἁμαρτιῶν μητρὸς eo sensu intellecta, quo ea interpretatur Cornelius a Lapide, istius additamenti („in iustitia") ansam fortasse praebuerunt.

15. Omittas in V. L., „et" ante „in die" cum codd. α, γ, κ², τ. Item missum facias „et" ante „sicut"; ubi abest a codd. α, γ, κ², Miss. 392. Utroque loco etiam Graecus ignorat particulam καί.

ὡς εὐδία ἐπὶ παγετῷ, οὕτως ἀναλυθήσονταί σου αἱ ἁμαρτίαι.

Haec quae in Graeco disserendi dispositioni adversantur, cum dici oporteat οὕτως ἀναλύσει σου τὰς ἁμαρτίας vel ὡς ἐν εὐδίᾳ παγετός, οὕτως ἀναλυθήσονταί σου αἱ ἁμαρτίαι, a V. L. seriei cogitationum convenientius aut correctura mere Graeca aut translatione liberiore sic exhibentur: „Sicut in sereno glacies solventur peccata tua". — Aeth. comma nostrum sic libere vertit: „quemadmodum dissolvit sol glaciem, ita dissolventur peccata tua". — Arm. pro οὕτως ἀναλυθήσονταί σου αἱ ἁμαρτίαι habet: „sic peccata tua te dissolvent". — Melius omnibus reliquis testibus textum originalem reddere hic videtur P:

حمعط وحمكا وب ١١وخ لحر.

اس معط حلا ليحبا لحكلحه سلمتس.

= „Die afflictionis ipsa in memoriam revocabitur pro te, velut aestus super glaciem, ut deleat peccata tua".

16. ὡς βλάσφημος = כְּמְנַדָּף; cf. enim P معلا وضيف ع وعلم الحمعب (= „quia blasphemat, qui contemnit patrem suum"). V. L. „quam malae famae est" (= כְּמְנַדָּף; interpres adverbio ὡς hic falso vim exclamativam, qua Hebraice non viget כְּ, attribuit pro sensu comparativo).

κεκατηραμένος ὑπὸ Θεοῦ (pro ὑπὸ Κυρίου) S.H., cod. 253. V. L. „maledictus a Deo"; cod. 106 ἀπὸ Θεοῦ.

17. Cum S.H., Arm., codd. A, 55, 248, 253, 254 hunc ordinem verborum sequaris: τὰ ἔργα σου ἐν πραΰτητι (πραότητι). Habet etiam P ἐν πραΰτητι in clausula hemistichii, sed paulo aliter ac G legit sic: „fili in divitiis tuis cum mansuetudine vadas".

καὶ ὑπὸ ἀνθρώπου δεκτοῦ ἀγαπηθήσῃ. V. L. „et super hominum gloriam diligeris". Verba Graeca sic Hebraice conscripta fuisse videntur:

וּמִנָּבָר נחן תֵּאָהֵב

Quae coniectura firmatur versione P:

ܘܥܠ ܟܕ ܢܗܒ ܐܢܫ ܕܢܣܒ ܠܗ

(= „et magis quam hominem dantem dona diligent te“); unde P pro נתן legisse נתֵן concludo.*) Cum vero ex his, quae de textu originali versus nostri eruimus, parum patefiat, quomodo e fonte Hebraico explicanda sit diversitas textus Latini, huic inesse emendationem in Graecum absque Hebraica varietate invectam statuere malo. Cui coniecturae favere mihi videtur et ordo verborum (ὑπὲρ ἀνθρώπων δόξαν pro ὑπὲρ δόξαν ἀνθρώπων).

18. S.H. (※), codd. א², 70, 106, 248, 253, Fr.
+ Πολλοί εἰσιν ὑψηλοὶ καὶ (∧ καί 70) ἐπίδοξοι (70 ἔνδοξοι),
ἀλλὰ πραέσιν ἀποκαλύπτεται (ἀποκαλύπτει τὰ א²) μυστήρια (+αὐτοῦ S.H., א², 106, 253, Fr.).

Merito reiecit Fritzsche quorundam opinionem comma illud e Matth. 11, 25**) huc esse desumptum; sed cave etiam cum ipso Fritzschio censeas effatum illud seriem orationis turbare. Ipso enim accuratius illustratur, quanto honore ac beneficio (cf. 18b καὶ ἔναντι Κυρίου εὑρήσεις χάριν) humiles Deus afficiat. Versu deinde 20 ratio redditur, cur Dominus modestos tantam ad gloriam evehere queat; qui potentia sua et superbos detrudit et submissos ac sui colentes elevat. — Enunciatum, de quo agimus, nec fundamento Hebraico carere translatio P probabile reddit, quae post v. 18 sic pergit:

ܣܓܝܐ ܡܛܠ ܕܣܓܝܐ ܚܢܢ ܪܚܡܐ ܕܐܠܗܐ ܘܠܡܕܡܢ ܥܢܝܢ ܓܠܝܐ ܡܣܬܪܝܐ.

= „quia multae sunt misericordiae Dei, et mansuetis revelantur arcana“.

Quae secutus verba Graeca codicum discrepantia deformata sic legenda propono:

Πολλοί εἰσιν ὑψηλοὶ ἐπίδοξοι,
ἀλλὰ πραέσιν ἀποκαλύπτεται μυστήρια.

Pro nostra de fonte huius dicti opinione consideres etiam textus discrimen, quod inter Graecum ac P intercedit:

---

*) Similem confusionem reperis Prov. 10, 24, ubi pro M.T.: וְתַאֲוַת צַדִּקִים יִתֵּן LXX (ἐπιθυμία δὲ δικαίου δεκτή; Vulg. „dabitur“ = Targ. תתיהב = תִּתֵּן) legerunt תִּתַּן (Lagarde יִתֵּן, quamquam תַּאֲוַת est generis feminini.).

**) Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις.

ὑψηλοί = רָמִים. ἐπίδοξοι a radice הלל?

רַחֲמֵי אֱלֹהִים = ‏רחמי אלהים.

Praefero textum Graecum.

21. χαλεπώτερά σου; V. L. „altiora te"; S.H., codd. אˢ, 253 βαθύτερά σου; quam lectionum discrepantiam ex Hebraici textus varietate ortum ducere suspicio mihi subicitur hisce locis Talmudicis, ubi versus noster sic variis modis laudatur:

a) tractatus Babylon. Chagiga fol. 13a:

שכן כתוב בספר בן סירא — במופלא ממך אל תדרוש ובמכוסה ממך אל תחקור במה שהורשית התבונן אין לך עסק בנסתרות:

= „Sic enim scriptum est in libro Ben-Sira: Quod sublimius est te, ne inquisiveris, neve quod absconditum est a te, exploraveris. De re, quae tibi permissa est, mediteris; non est negotium tuum in arcanis".

b) tractatus Hierosolym. Chagiga fol. 77c:

ר' לעזר בשם בר סירה — פליאה ממך מה תדע עמוקה משאול מה תחקור במה שהורשיתה וכ'

= „Rabbinus Lezer in nomine Bar-Sira: Sublimius te cur cognosces, profundius inferis cur explorabis? De re ea, quae tibi permissa est, etc."

Addas huc ex Midrasch Bereschith rabba VIII:

ר' אלעזר בשם בן סירא — בגדול ממך אל תדרוש בחזק ממך בל תחקור במופלא ממך בל תדע במכוסה ממך אל תשאל במה שהורשית התבונן ואין לך עסק בנסתרות:

= „Rabbinus Eleazar in nomine Ben-Sira: Quod maius est te, ne inquisiveris, quod fortius est te, ne exploraveris, quod sublimius est te, ne cognoveris, quod absconditum est a te, ne sciscisteris. De re, quae tibi permissa est, mediteris, quia non est negotium tuum in arcanis."

Admittere licet opinionem Latinum interpretem legisse βαθύτερα, quod „altiora" reddat; equidem tamen eam recipere nolo. Occurrit lectio ὑψηλότερα apud Theodoretum (hist. eccl. l. 1 c. 3, Migne Gr. 82, 896): χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει καὶ ὑψηλότερά σου μὴ ἐξέταζε.

In V. L. versus nostri pro „quaesieris" (G ζήτει) et „scrutatus fueris" (G ἐξέταζε) vetustam lectionem fuisse „scrutaveris" et „exquisieris" codicibus optimae notae γ et τ fides mihi fit. — Latinus translator in 21b (= 22 V. L.) non sequitur lectionem μὴ ἐξέταζε, quam vocem Latine verbo „interrogandi" reddere solet [cf. enim 11, 7; 13, 11 (14 V. L.); 18, 20; 23, 10 (11 V. L.)], sed,

ut videtur, in exemplari suo Graeco hic reperit μὴ ἐρεύνα, quae lectio in codice 253 pro μὴ ἐξέταζε exstat.*)

22. οὐ γάρ ἐστί σοι χρεία τῶν κρυπτῶν (cod. 248 + βλέπειν ὀφθαλμοῖς). V. L. „non est enim tibi necessarium, ea quae abscondita sunt, videre oculis tuis."

23. Comma ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σου μὴ περιεργάζου in V. L. triplici translatione affertur:

(22 V. L.) „et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus" (exstat ante v. 22b textus Graeci).

(24 V. L.) „in supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, et in pluribus operibus eius non eris curiosus."

Cum versus (24 V. L.) a codice γ absit, haud errare mihi videor, si quae ex versu (22 V. L.) protuli, genuinam Veteris Latinae enunciati 23a lectionem atque interpretationem declaro. — Habet pro ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σου V. L., ut patet: „in pluribus operibus eius", qua in re consentit P: ܒܥܒܕܝ ܕܡܬܝܬܪܐ = „in reliquo operum eius." Iudicium hic de vera lectione ferendum pendet a voce περισσοῖς recte intellecta. Terminus τὰ περισσὰ τῶν ἔργων σου a maiore libri nostri enarratorum parte (cf. Edersheim, Bissell**), Ball, Zöckler etc.) sic accipitur: in rebus, quae opera tibi iniuncta excedunt, ne fueris curiosus. Sed huiusmodi explanationi repugnat P, unde τὰ περισσὰ τῶν ἔργων „opera, quae supersunt" significare edocemur. [Hebraice voci περισσοῖς שְׁאָר vel שְׁאֵרִית respondere videtur; verbum περισσός sensu isto rarissimo deprehendi in Xenophontis Ephesii de Anthia et Habrocome Ephesiacorum libro 1 c. 3 τὸ περιττὸν τῆς ἡμέρας = „quod reliquum erat diei"; ibd. l. 2 c. 14 εἴ τι αὐτοῖς ἔτι περιττὸν ἦ]. Ne autem τὰ περιττὰ τῶν ἔργων (σου) reliquum operum nobis ipsis iniunctorum interpretemur, prohibet contextus, quo de operibus, quae ad nos non pertineant, auctorem Hebraicum hic cogitasse

---

*) Orig. commentariorum in Joh. tom. XIII (Migne Gr. 14, 405): χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ἐρεύνα.

Greg. Nyss. de vita Moysis (Migne Gr. 44, 357): ἰσχυρότερά σου μὴ ἐρεύνα.

Chrys. ad populum Antiochenum hom. XII (Migne Gr. 49, 131): ἰσχυρότερά σου μὴ ζήτει καὶ βαθύτερά σου μὴ ἐρεύνα. — Cum his Sti Chrysostomi verbis etiam congruit versus noster laudatus in Mon. serm. 46 pag. 161.

**) E. Cone Bissell: The Apocrypha of the Old Testament, Neo-Eboraci 1880 (qui est tomus XIV operis, quod appellatur: Lange-Schaff: A commentary on the Holy Scriptures, critical, doctrinal and homiletical).

evincitur; qui enim istam interpretationem concordaveris cum verbis v. 22 ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ? Quare iure meritoque lectionem P ac Veteris Latinae praeferre mihi videor, quae de operibus Dei nobis non ostensis accipi debet. — Adnotare iuvat Armenium omittere σου; verba eius ա՛ւելորդ գործոց մի՛ լինիր քննօղ explicare nobis licet: „reliquum operum ne investigaveris."

24. πολλοὺς γὰρ ἐπλάνησεν ἡ ὑπόληψις αὐτῶν.

V. L. „multos quoque supplantavit suspicio illorum."

Pro „quoque" ut substituamus „enim", suadent codd. α, γ, ϑ, κ^1, κ^2, Spec.^{1} 119, 21; Brev. 456. Praeterea pro „supplantavit", etsi 13, 6 (7 V. L.) pro ἀποπλανήσει σε exhibetur „supplantabit te", veram ac genuinam loco nostro lectionem esse crediderim „implanavit" (sic γ et Spec.^{1} l. c.), quae vox barbarā magis illâ usitatiore interpretem Latinum prodere videtur (Respicias etiam, quae de verbo „implanandi" profert Thielmann VIII 506).

καὶ ὑπόνοια πονηρὰ ὠλίσθησε διανοίας αὐτῶν.

V. L. „et in vanitate (= κενοδοξίᾳ pro κενοδοξία?*) detinuit (κατέσχε vel κατεῖχε) sensus illorum."

ὑπόνοια πονηρά = דִּמּוּת רָעָה; cf. enim P حتعدا هكلحب !!ەزەلا (= „et species malae seducunt"; legit ergo numerum pluralem substantivi דִּמּוּת).

„vanitas" (κενοδοξία) = רֵקָה**) דִּמּוּת.

S.H. (※), codd. 70, 248, 253 post v. 24 addunt:

κόρας μὴ ἔχων ἀπορήσεις φωτός,

γνώσεως δὲ ἄμοιρος ὢν (Co. ἀμοιρῶν) μὴ ἐπαγγέλλου.

Quae verba ex Hebraico fonte hausta esse testis est P, ubi inter vv. 27 et 28 haec inseruntur:

في بحسا لحه حكحا بحنا سعصب ١٥٥ ١٥٥ ١٥٥

Ordinem amborum versus huius hemistichiorum ut invertamus docent cum V. L., S.H., codd. א², 248, 253, tum P, tum particula καί parti priori textus Graeci vulgaris praeposita. Approbata coniectura nostra etiam aptior evadit parallelismus membrorum. — Dispositio verborum textus vulgaris Graeci est in causa, cur colon 26b in Arm. aberratione oculorum librarii cuiusdam desideretur (cf. 27a καρδία σκληρὰ βαρυνθήσεται πόνοις). Eadem ratione in Sah. omittitur comma 27a.

Pro ἐμπεσεῖται scribamus ἀπολεῖται, admonet maior pars testium textus libri nostri (V. L., S.H., Arm., Aeth. plurimique codices Graeci).

V. L. + (= 28 V. L.) „Cor ingrediens duas vias non habebit successus,

et pravus corde*) in illis scandalizabitur."

Pro „successus" codd. α, ϑ, κ¹ aliaque exemplaria, quae enumerat Lucas Brugensis (pag. 238), habent „requiem". Sed retineas lectionem Vulgatae editionis, cui mea opinione (3, 32b V. L.) et (15, 8 V. L.) favent. Addas, quod lectio „successus" ad antithesin „scandalizabitur" magis quadrat.

27. καρδία σκληρά (לֵב קָשֶׁה; cf. P ܠܒܐ ܩܫܝܐ). V. L. „cor nequam" (לֵב עָקֹשׁ).

28. Pro ἐπαγωγῇ V. L. male „synagogae" (συναγωγῇ); 10, 13 (16 V. L.) interpres idem legit ἐπαγωγάς, sed voci huic sensum „conventus" (cf. ἐπάγειν = adducere) alibi non occurrentem assignavit.

Pro „erit" (in Graeco ἐστίν) in (30 V. L.) legas „est" (ita enim α, γ, ϑ, κ¹).

V. L. in fine versus 28 (= 30 V. L.) addit: „et non intelligetur"; ibd. S.H. et cod. 253 + καὶ οὐ γνωσθήσεται. Sed completur in S.H. et cod. 253 parallelismus membrorum admixtis post vocem ἴασις eiusdem versus verbis ὁδοιπορίαι (S.H. + δὲ) αὐτοῦ ἐκριζωθήσονται (quod enunciatum eodem loco exstat etiam in manuscriptis 70, 106, 248). Minime addubitare audeo, quin ista ex Hebraico fonte emanaverint, sed ipsa interpretantes in magnam difficultatem adducimur. Si enim terminus ὁδοιπορίαι de hominis superbi moribus atque agendi rationibus accipitur, nescio an tali explicationi adversetur contextus (καὶ οὐ γνωσθήσεται). Neque enim malae consuetudines exstirpari possunt nisi malo principio

*) Scribas „pravicordius" cum γ, ϑ, κ¹, κ², τ, Spec.¹ 120, 2; Spec.² 374, 14.

ipsarum intellecto. Neve ὁδοιπορίαι cum Calmetio*) ita de superbi hominis statu atque condicione intelligas, ut cum isto enarratore exponas: „Viae illius erunt avulsae, Deus ab hac vita illum avellet“; talem enim vim vocis אֹרַח (= ὁδοιπορίας) exemplis aliunde allatis comprobare nequimus. Quare verbis istis vitiosam lectionem Hebraicam subesse suspicari audeo, ita ut pro אֹרְחָתְיו legi debuerit בְּאַחֲרִית = postremo (evelletur ipse sc. superbus homo). Cum enim principium peccandi, quod superbo inest, tam difficile sit cognitu, ut auferri vix queat, evenit, ut calamitas a Deo ipsi inflicta adeo non ei sit remedium, ut in ipsius perniciem atque interitum vertatur.

Vestigium hemistichii ὁδοιπορίαι αὐτοῦ ἐκριζωθήσονται in V. L. fortasse est lectio codicum α, γ, ϑ, κ¹ „eradicabitur“ pro vulgari „radicabitur (Sixtina habet ἐρρίζωκεν). Sed licet illa, ut probabile est, in V. L. sit genuina, tamen ad contextum non convenit.

29. καρδία συνετοῦ διανοηθήσεται παραβολήν.

V. L. „cor sapientis intelligitur in sapientia.“

Interpres noster perinde ac 16, 20 διανοηθήσεται vitiose sensu passivo sumpsit. Illud „sapientia“ in G desideratur, sed exstat in P, ubi lectiones G et Veteris Latinae associantur:

ܠܒܐ ܣܟܝܠܐ ܢܨܐܠ ܡܬܠܐ ܘܡܬܒܢ

= „cor sapiens proverbia sapientium intelliget.“ — Pro παραβολήν S.H. et codd. א¹ et 253 habent ἐν παραβολῇ.

καὶ οὖς ἀκροατοῦ ἐπιθυμία σοφοῦ.

V. L. „et auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam.“

Verba Veteris Latinae, etsi a textu Graeco longe recedunt, tamen minus abesse videntur a sensu, quem commati nostro subiectum esse voluit Hebraicus auctor. G enim textum hunc Hebraicum legisse fingo:

וְאֹזֶן שֹׁמַעַ חָכְמַת חָכָם׃

Ut vero P (ܘܐܕܢ ܫܡܥܐ ܠܚܟܡܬ ܚܟܝܡ = „et auris audiens laetabitur sapientibus“) probabile reddit, ista erant mendum pro hisce: וְאֹזֶן שֹׁמַעַת חָכְמַת חָכָם = καὶ οὖς ἀκροατοῦ (vel εὐήκοον; cf. Prov. 25, 12 M.T. אֹזֶן שֹׁמַעַת, LXX εὐήκοον οὖς) εὐδοκεῖ ἐν σοφῷ.

---

*) Vide eius „Commentarium literale in omnes ac singulos tum Veteris tum Novi Testamenti libros e Gallico in Latinum sermonem translatum“ Augustae Vindelicorum 1734 (tom. 5, pag. 269).

31. Ὁ ἀνταποδιδοὺς χάριτας μέμνηται εἰς τὰ μετὰ ταῦτα, καὶ ἐν καιρῷ πτώσεως εὑρήσει στήριγμα.
V. L. „Et Deus prospector est eius, qui reddit gratiam; meminit eius in posterum, et in tempore casus sui inveniet firmamentum."

Verba „est eius" extrudas, cum absint a codd. γ, τ, Spec.[2] 406, 3.*) Item expungas „eius"[2], quod ignorant α, γ, ϑ, κ[1], κ[2], Spec.[1] 120, 9; Spec.[2] 406, 3. Pars ergo prior textus Latini sic genuine legitur: „Et Deus conspector,**) qui reddit gratiam, meminit in posterum". — Clausula autem versus nostri in V. L. principio sic sonuit: „et in tempore casus tui invenies firmamentum" (α, γ, ϑ, Spec.[1] 120, 10, Spec.[2] 406, 4; εὑρήσεις στήριγμα male lectum est pro εὑρήσει στήριγμα).

Cum V. L. comparare te velim codd. 70, 106, 248, qui textum Sixtinum forma hac ampliore afferunt:

καὶ (106+ὁ) Κύριος (70+ὁ) ἀνταποδιδοὺς χάριτας μέμνηται εἰς τὰ μετὰ ταῦτα etc.

Quae testes hi praeter editionem Sixtinam addunt, ideo aperte inserta sunt, ut omne offendiculum interpretationis a textu Graeco abesset. Sed male ita actum est, cum sic repente atque inopinato in duobus hemistichiis versus nostri varietur subiectum.***) Melius illi textum Graecum emendassent secuti Syrum, quem hic formam genuinam enunciati nostri servasse opinione auguror:

ܒܚܟܡ ܐܥܒܪ ܚܠܦ (עָתִיד) ܚܠܘܬܗ

= „Qui facit honestum, paratus est in via sua" (legit ergo G לְאָחוֹר pro בְּאָרְחוֹ).

IV.

2. καὶ μὴ παροργίσῃς ἄνδρα (אִישׁ) ἐν ἀπορίᾳ αὐτοῦ.
V. L. „et non exasperes pauperem (= רָשׁ vel רָאשׁ) in inopia sua."

cf. Mon. serm. 238 pag. 784: μὴ παροργίσῃς πτωχὸν ἐν ἀπορίᾳ αὐτοῦ.

3. καρδίαν παροργισμένην μὴ προσταράξῃς.
V. L., cui adstipulatur P (ܠܒܐ ܕܡܬܪܓܙ ܘܠܐ ܬܙܥܙܥ): „cor

*) „est" desideratur etiam in α, κ[2], Spec.[1] 120, 9.

**) „conspector" pro „prospector" habent α, γ, κ[2], τ, Spec.[2] 406, 3.

***) Cf. Edersheim: „As man is the subject in the second clause, it seems natural to supplement also the same word in the first clause."

inopis ne afflixeris". — Mon. l. c. καρδίαν ἐπιδεομένου μὴ προστα-
πεινώσῃς.

καὶ μὴ παρελκύσῃς δόσιν προσδεομένου (= *) מַתַּן צָרִיךְ).

V. L. „et non protrahas datum angustianti" (= מַתַּן מְצָרוּר).
P hic partim cum G, partim cum *g* convenit: ܘܠܐ ܬܐܚܪ ܡܬܢܬܐ ܠܡܣܟܝܢܐ
= „neve prohibeas datum ab egeno" (מֵעָנִיךְ).

4. ἱκέτην θλιβόμενον. V. L. „rogationem contribulati"; similiter P ܒܥܝܬ ܡܣܟܝܢܐ (= „rogationem pauperis").**)

ἱκέτην θλιβόμενον, Aeth. **ነባሪሁ : ዘይትኬይ : ለከ :** = „servum (οἰκέτην) ministrantem tibi"; praestatne **ዘይትኬይ : ለከ :** (cf. Aeth. ad 7, 20) emendare in **ዘይትጋይ : ለከ :** (= „qui tibi supplicat")?

5. V. L., S.H. (※), cod. 253 post ὀφθαλμόν adiciunt χάριν ὀργῆς; sed in V. L. illud additamentum ignorat cod. τ.

καὶ μὴ δῷς τόπον ἀνθρώπῳ καταράσασθαί σε.

V. L. „et non relinquas quaerentibus tibi retro maledicere."

G = וְאַל תִּתֵּן תְּאֲנָה לְאֶחָד לְאָרֵךְ

V. L. (*g*) = וְאַל תִּתֵּן לְמִתְאַנִּים(***) לְךָ אָחוֹר לְאֹר

Pronomen „tibi" ad verbum „maledicere" referre non licet, cum translator Latinus hoc verbum nonnisi cum accusativo alibi coniungat. Etiam in 4, 6 pro „tibi" reponere debemus „te" secuti codicem γ et manuscriptum S Speculi² 406, 10.

7. καὶ μεγιστᾶνι ταπείνου τὴν κεφαλήν σου.

V. L. „et presbytero humilia animam tuam (= נַפְשְׁךָ?),

et (∧ „et" cod. γ) magnato humilia caput tuum" (= רֹאשְׁךָ).

Ex his duabus hemistichii 7b recensionibus prior partim cum cod. ℵ² convenit, ubi pro μεγιστᾶνι (ℵ) substituitur πρεσβυτέρῳ.

8. κλῖνον πτωχῷ τὸ οὖς σου.

S.H., cod. 253 + ἀλύπως. cod 248 κλῖνον τὸ οὖς σου πτωχῷ ἀλύπως.†) V. L. „declina pauperi sine tristitia aurem tuam";

---

*) Radix צרך etsi in textu masoretico nonnisi 2 chron. 2, 15 (צֹרֶךְ = „indigentia, necessitas") occurrit, tamen in Hebraismo seriore est usitatior. Usurpatur etiam saepenumero in fragmentis Ecclesiastici Hebraicis (cf. apud Cowley-Neubauer l. c. pag. XXXIV). Imprimis videas vocem צָרִיךְ (= „indigens, necesse habens") in *H* 42, 21 adhibitam.

Terminus „angustianti" Veteris Latinae loci nostri in Graeco fortasse sonuit στενοχωροῦντι, quod transferri debebat: „in angustiis versanti".

**) ita et Arm. *զպաղատանս նեղելոյն.*

***) cf. 2 (4) regg. 5, 7.

†) Chrys. de sacerdotio III (Migne Gr. 48, 655): κλῖνον πτωχῷ ἀλύπως τὸ οὖς σου.

sed verba „sine tristitia“ antiquitus a V. L. afuisse docent codd. α, γ, τ, Spec.[1] 120, 21.

καὶ ἀποκρίθητι αὐτῷ εἰρηνικὰ ἐν πραύτητι.

V. L. „et redde debitum tuum et responde illi (∧ „illi“ codd. α, γ, κ[1], τ) pacifica in mansuetudine.“

Cum textus Latinus parallelismo membrorum repugnet, non sine ratione coniectare mihi videor commata „redde debitum tuum“ et „responde (illi) pacifica“ fortasse continere duas consociatas lectiones, quarum prior e g sit:

„et redde debitum tuum“*) וְהָשֵׁב שַׁלֶּתְךָ; cf. 1 Sam. 1, 17,

„et responde pacifica“ = וְהָשֵׁב שְׁלֻמוֹת.

10. ὀρφανοῖς ὡς πατήρ. V. L. „pupillis misericors ut pater“ („misericors“ in cod. τ altera manu est additum).

καὶ ἔσῃ, V. L. „et eris tu“; sed omittunt „tu“ codd. α, γ, τ, Spec.[1] 121, 2; Spec.[2] 641, 10.

καὶ ἀγαπήσει σε μᾶλλον ἢ μήτηρ σου.

V. L. „et miserebitur tui magis quam mater.“

Ut docet P (ܘܢܪܚܡ ܠܟ = „et miserebitur tui“), in textu originali adfuit forma radicis רחם, quae in coniugatione Kal „diligendi“ (cf. G), in coniugatione Piel „miserendi“ (cf. g = V. L.) notionem continet.

11. Ἡ σοφία υἱοὺς ἑαυτῇ ἀνύψωσεν.

V. L. „Sapientia filiis suis vitam inspirat“

Compara huc Clem. Alex. strom. 7, 16 (Migne Gr. 9, 544): ἡ σοφία, φησὶν ὁ Σολομών, ἐνεφυσίωσε τὰ ἑαυτῆς τέκνα.**)

Quare in V. L. pro „inspirat“ cum cod. γ et Spec.[1] 121, 3 „inspiravit“ (τ vitiose „inspirabit“) ponas. Vocis ἐνεφυσίωσεν perrarae notioni lumen affundit 3 Esdr. 9, 48: καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἀνεγίνωσκον τὸν νόμον τοῦ Κυρίου ἐμφυσιοῦντες ἅμα τὴν ἀνάγνωσιν,***) quibuscum componas locum parallelum 2 Esdr. 8, 8: καὶ ἀνέγνωσαν ἐν βιβλίῳ νόμου τοῦ Θεοῦ .... καὶ συνῆκεν ὁ λαὸς ἐν τῇ ἀναγνώσει, ubi συνῆκεν (M.T. וַיָּבִינוּ de audiente po-

---

Chrys. in inscriptionem Actorum II (Migne Gr. 51, 85): κλῖνον ... πτωχῷ ἁλύπως τὸ οὖς σου. — Item in Mon. serm. 76 pag. 269.

*) cf. 1 Sam. 2, 20, ubi שְׁאֵלָה designat rem precibus obtentam, quae datori reddi debetur (LXX χρέος).

**) cf. Bendtsen pag. 20: „Solenne est patribus etiam sententias Sirachidis sub nomine Salomonis afferre.“

***) V. L. manuscripti Colbertini (vide Sabatier ad h. l.): „inspirantes singuli intelligentibus lectionem.“

pulo dictum) τῷ „ἐμφυσιοῦντες“ (de legentibus praedicato) respondet. Item inspicias 3 Esdr. 9, 55: ὅτι γὰρ ἐνεφυσιώθησαν ἐν τοῖς ῥήμασιν, οἷς ἐδιδάχθησαν; quibus apud 2 Esdr. 8, 12 haecce respondent: ὅτι συνῆκαν (M.T. = הֵבִינוּ) ἐν τοῖς λόγοις, οἷς ἐγνώρισεν αὐτοῖς. Ex omnibus his me non errare conicio, si verbo ἐμφυσιοῦν „docendi“ vim vindico.*) Cui opinioni accrescit probabilitas vel ex versione P, quae nostrum Siracidae effatum sic reddit:

ܚܟܡܬܐ ܚܢܬ ܠܒܢܝܗ

= „Sapientia filios suos erudit“.

Verba Veteris Latinae (= *g*) textu Hebraico hoc niti mihi videntur:

חָכְמָה בָּנָיהָ לִמָּדָה

pro quibus G (ἡ σοφία υἱοὺς ἑαυτῇ ἀνύψωσεν) legit haecce:

חָכְמָה בָּנִים לָהּ הֵרִימָה׃

Patet ex hoc lectionum conspectu, quanta iniuria quidam pro ἑαυτῇ posuerint ἑαυτῆς vel αὐτῆς (S.H., Arm., Aeth., codd. א, A, C, 23, 55, 157, 248, 253, 254, 296, 307).**)

12. ἐμπλησθήσονται εὐφροσύνης, V.L. „complectentur placorem eius“. Formam vetustam Veteris Latinae hic esse „complectebuntur***) placorem eius“ ex codd. α, γ, κ[1], Spec.[1] 121, 5 sq. cognosco. Perperam hoc in codice R Speculi[1] in „complebuntur (dulcore eius)“ immutatum est, quam correcturam propter Graecum ἐμπλησθήσονται approbat etiam Thielmann VIII 552 (sub linea). Sed immerito ita agit, cum veritas lectionis „complecte-

*) Aliqua ratione pro hac sententia licet afferre ipsius Clementis loci nostri explanationem: οὐ δήπου γὰρ τῦφον ἐνεποίησεν ὁ Κύριος ταῖς μερικαῖς κατὰ τὴν διδασκαλίαν, ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τῇ ἀληθείᾳ πεποιθέναι καὶ εἶναι μεγαλόφρονα ἐν γνώσει τῇ διὰ τῶν γραφῶν παραδιδομένῃ, ὑπεροπτικὸν τῶν εἰς ἁμαρτίαν ὑποσυρέντων (quod Sylburg emendat in ὑποσυρόντων) παρασκευάζει· ὃ σημαίνει ἡ „ἐνεφυσίωσε“ λέξις, μεγαλοπρέπειαν τῆς σοφίας τοῖς κατὰ τὴν μάθησιν τέκνοις ἐμφυτευσάσης διδάσκει.

**) Fuerunt, qui ad locum nostrum (ἡ σοφία υἱοὺς ἑαυτῇ ἀνύψωσεν) etiam referrent Tertulliani adv. Gnosticos Scorpiaces c. 7 (Migne L. 2, 135): „voce Salomonis: Sophia, inquit, iugulavit filios suos“, ubi pro ἐνεφυσίωσε lectum esse ἐνεθυσίαζε suspicarentur. Sed merito his adversatus est Nobilius. Jac. Pamelius verba Tertulliani illa ad Prov. 9, 2 rettulit: ἡ σοφία ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα. Item factum est in editione Reifferscheid-Wissowa (corp. script. eccles. Lat. tom. XX pag. 158).

***) = „complectentur“; alia huiusmodi anomaliae exempla vide apud Roensch (Itala und Vulgata, ed. 2) pag. 291.

buntur placorem eius“ ex ipsius consensione cum P (ܢܬܚܫܒ ܒܗ = „adipiscentur beneplacitum“) evincatur. — „placorem“ = εὐδοκίαν; cf. enim (39, 23 V. L.), ubi in Graeco (= 39, 18) εὐδοκία.

13. Pro εὐλογήσει rectius cum S.H., Sah., codd. ℵ, A, C, 23, 55, 106, 157, 248, 253, 254, 307 εὐλογεῖ scribitur.

14. λειτουργήσουσιν ἁγίῳ לְקָדוֹשׁ יְשַׁמְּשׁוּ*) (cf. P ܡܫܬܡܫܝܢ ܩܕܝܫܐ = „ministri sanctitatis sunt“). V. L. „obsequentes erunt sancto“ = יִשְׁמְעוּ לְקָדוֹשׁ.

15. Pro ὁ προσελθὼν αὐτῇ emendes ὁ προσέχων αὐτῇ (V. L., S.H., Arm., Aeth. plurimique codices Graeci). Sic etiam in Sah., ubi post ⲡⲉⲧ (. . . . . ⲉⲣⲟⲥ . . .) de Lagarde se legere ⲕⲱ sibi visum esse ait; lacunam ergo istam sic compleas ⲡⲉⲧⲕⲱ ⲛ̄ⲥⲧⲏⲩ ⲉⲣⲟⲥ. Lectioni προσέχων favet praeterea antithesis ὑπακούων et P (ܫ ܘܢ).

κατασκηνώσει = יִשְׁכֹּן; V. L. „permanebit“ = יִכּוֹן; ad G cf. Prov. 1, 33.

16. Pro ἐμπιστεύσης et κατακληρονομήσεις tertia persona substitui debet cum V. L., S.H., Arm. plurimisque manuscriptis Graecis; sic etiam P; cf. praeterea sequens γενεαὶ αὐτοῦ.

καὶ ἐν κατασχέσει (בַּאֲחֻזָּה) ἔσονται αἱ γενεαὶ αὐτοῦ.

V. L. „et erunt in confirmatione (בְּחֻזְקָה) creaturae illius“. Pro „creaturae illius“ initio in V. L. adfuit „creaturae illorum“, quod demonstrant codd. α, γ, κ^1, Spec.^{1} 121, 11. Cf. (αἱ γενεαὶ) αὐτῶν = Arm., codd. 23, 248, quod ad omnes, qui oboediunt sapientiae (15a) vel ad ipsam attendunt (15b) eique credunt (16a), referri debet; qui in hemistichiis istis allegatis numero singulari (ὁ ὑπακούων, ὁ προσέχων, ἐὰν ἐμπιστεύσῃ) ut collectivo subaudiuntur. Similiter Graeci nonnumquam voces ἕκαστος, τις, πᾶς τις, οὐδείς, ὃς ἄν, ὅστις ἄν cum numero plurali connectunt; e. g. ἄν τι πάθωσι κακόν, λυποῦνται ἐπὶ τούτοις. Videas de his plura apud K. W. Krüger: Griechische Sprachlehre für Schulen I 2 ed. 5, Berolini 1873 § 58, 4, pag. 240 not. 5.

17. ὅτι διεστραμμένως πορεύεται μετ᾽ αὐτοῦ ἐν πρώτοις.

V. L. „quoniam in tentatione ambulat cum eo,
et in primis eligit eum.“

Cum V. L. etiam S.H. et cod. 253 pro διεστραμμένως habent ἐν πειρασμῷ, quam lectionem ex Hebraico fonte haustam esse cogi

*) quae vox, ut ita dicam, aramaizans in Hebraismo seriore usitatior evasit.

mihi videtur ex analogia eorum, quae mox de Vetere Latina versus nostri dicentur. Verborum „et . . . eligit eum", quae a G non agnoscuntur, vestigium superest in P:

ܡܛܠ ܕܐܢܐ ܐܬܢܣܝ ܒܗ ܘܒܪܫܝܬ ܐܬܒܚܢ ܒܗ

= „quia distorte ambulabo cum eo et primum experiar eum." Unde suspicio mihi incidit in textu Hebraico *g* formam radicis בחר (= seligere), P vero formam radicis בחן (= temptare) reperisse. Est autem interpretatio Syri contextui accommodatior quam Latini. — Videtur etiam Sah. aliquid huic simile exhibere, in quo ⲡⲉⲧⲛⲁⲥⲟⲧⲡⲟ̄ ⲛ̄ⲥⲱⲟⲣⲡ (= „qui eum primo eliget") deprehendere sibi visus est de Lagarde, licet ista lectio, si est recta, non sit liber mendo librarii.

In Graeco missum facias δὲ post φόβον cum V. L., S.H., Sah., Arm., codd. 23, 106, 155, 248, 253, 307.

φόβον καὶ δειλίαν V. L. + „et probationem."

καὶ βασανίσει αὐτὸν ἐν παιδείᾳ αὐτῆς V. L. „et cruciabit illum in tribulatione doctrinae suae."

„Et probationem", quod a G abest, reperitur in P, ubi pro ἐν παιδείᾳ αὐτῆς (בְּמוּסָרָהּ) occurrit ܒܢܣܝܢܬܝ (= „in temptationibus meis" בְּמַסּוֹתָי). Quare a vero non abesse mihi videtur suspicio voce „probationem" constitui aliam lectionem [*g*] pro ἐν παιδείᾳ αὐτῆς [G]*) atque verba Veteris Latinae „doctrinae suae" (= παιδείας αὐτῆς) e G postea esse adiecta. Quodsi ita res se habet, termino „in tribulatione" (בְּזָעָה(?)**) aliam lectionem pro δειλίαν (זְוָעָה; P ܕܚܠܬܐ) contineri crediderim.

His igitur effectis textum Latinum sic purgatum legere te velim:

„Timorem et probationem inducet super illum,
et cruciabit illum in tribulatione."

Verba in Graeco sequentia:

ἕως οὗ ἐμπιστεύσῃ τῇ ψυχῇ αὐτοῦ,
καὶ πειράσῃ αὐτὸν ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτῆς

V. L. inverso ordine sic legit:

„donec tentet eum in cogitationibus suis,
et credat animae illius."

---

*) Iam 1, 17 similem traiectionem verborum Hebraicorum deprehendimus (vide supra pag. 15 sub c).

**) Ad vocem זַעֲוָה castigationem, divexationem designantem compares M.T. Jer. 15, 4 Keri, ubi illa a LXX termino ἀνάγκαι redditur.

Pro „suis“ cum codd. α, γ, κ¹, τ, Spec.¹ 121, 15 substituas „illius“, quod ad hominem a sapientia temptatum referri debet.

ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτῆς = בְּמִשְׁפָּטָיהָ

V. L. „in cogitationibus illius“ = בְּמַחְשְׁבוֹתָיו.

18. καὶ πάλιν ἐπανήξει κατ᾽ εὐθεῖαν πρὸς αὐτὸν καὶ εὐφρανεῖ αὐτόν.

V. L. „et firmabit illum et iter adducet (= ἐπανάξει mendose) directum ad illum et laetificabit illum.“

Pro „iter“ cum cod. γ et Spec.¹ 121, 16 legas „iterum“. „Directum“ in „directim“ emendandum propono. Verba „et laetificabit illum“ expungas, quia destituuntur auctoritate codicum α, γ, et Speculi¹ 121, 16 (in τ manu altera adduntur). Subestne ipsorum alia lectio Hebraica commati, quod paulo ante in V. L. occurrit absque recensione G „et firmabit illum“ = וְתִסְמְכֵהוּ vel וְתִשְׁמְכֵהוּ [καὶ εὐφρανεῖ αὐτόν = וּתְשַׁמְּחֵהוּ vel וּתְסַמְּחֵהוּ*)]?

19. καὶ παραδώσει αὐτὸν εἰς χεῖρας πτώσεως αὐτοῦ [= שְׁרוֹ];

V. L. „et tradet eum in manus inimici sui“ [= שׁוּרוֹ**) vel שׁוֹרְרוֹ];

cf. P ܘܢܫܠܡܝܗ ܠܝܕ ܫܘܦܪܢܐ = „et tradam eum in manum rapacium“ [= שׁוֹדְדִים].

20. καὶ περὶ τῆς ψυχῆς σου μὴ αἰσχυνθῇς.

V. L. „Pro anima tua ne***) confundaris dicere verum.“ Quae versio Latina hic praeter Graecum addita habet, versum nostrum explicatu difficillimum clariorem reddendi causa absque Hebraico fonte perperam adiecta videntur, ideoque ea reprobo. Περὶ τῆς ψυχῆς σου, ut ex P elucet (ܠܓܒܝ ܠܐ ܕܢܗܘܐ ܒܥܝ), Hebraice fuit מִנַּפְשְׁךָ, qua elocutione id, quod pudere nos non licet, significabatur. Quapropter colon 20b sic interpretari debes: Te ipso ne erubescas, sc. ita ut eiusmodi pudore detrimentum patiaris. Quae sententia vel magis illustratur commate 22:

Μὴ λάβῃς πρόσωπον κατὰ τῆς ψυχῆς σου,
καὶ μὴ ἐντραπῇς εἰς πτῶσίν σου.

Bene enim dignoscas oportet inter pudorem laudabilem atque honestum vel necessarium et pudorem vitiosum ac pravum vel

---

*) Literas ס et ש delabente aetate in codicibus Hebraicis saepe alteram pro altera adhibitas esse constat; cf. e. g. 1 Esdr. 4, 5 סִכְרִים pro שִׁכְרִים; Eccl. 1, 17 שִׂכְלוּת pro סִכְלוּת; Jud. 4, 18 שְׁמִיכָה, ubi quidam codices סְמִיכָה habent.

**) cf. Ps. 92, 12 M.T.

***) Legas „non“ = α, γ, ϑ, τ; Spec.¹ 121, 20; Miss. 227; Brev. 709.

saltem vituperatione dignum, ut versus 21 nos docet, quem inter versus 20 ac 22 interpositum in parenthesi accipere debemus.

21. Boh. pro ἁμαρτίαν habet ⲙ̀ⲫⲙⲟⲩ = „mortem“. Afferre huc iuvat Hieron. in Ezech. 16 (Migne L. 25, 156): „Tale quid et illud Evangelii sonat: Est confusio, quae ducit ad mortem, et est confusio, quae ducit ad vitam.“ — Sed in scriptis Novi Testamenti canonicis eiusmodi effatum non occurrit.

22. καὶ μὴ ἐντραπῇς εἰς πτῶσίν σου. — V. L. „ne*) revereris proximum tuum in casu suo“ („in casum suum“ α, γ, κ¹, Brev. 709). At male tertia persona hic pro σου exstat; vide enim supra explicationem nostram versus 20.

23. Cum versus hic in textu vulgari Graeco nonnisi unius membri sit, ut compleatur parallelismus, recte maior pars commentatorum receperunt verba haec post σωτηρίας in S.H., codd. 106, 248, 253 sequentia:

καὶ μὴ κρύψῃς τὴν σοφίαν σου εἰς καλλονήν.

Cuius dicti originem Hebraicam testatur P 23b ܠܐ ܬܟܣܐ ܚܟܡܬܟ = „neve occultaveris sapientiam tuam.“

V. L. verba ista sic affert: „Non abscondas sapientiam tuam in decore suo“; „eius“ pro „suo“ exhibent α, ϑ, κ¹, τ; Spec.¹ 122, 1; Miss. 227; Brev. 709**). Sed male ita pronomen „eius“ vel „suo“ hic adiungitur, cum εἰς καλλονήν propter nexum orationis significare queat nihil nisi: „Ne cum praestet loqui, sapientiam tuam celaveris ea ratione, ut videaris modestus indeque gloriolam tibi compares.“ Additamenti „eius“ Veteris Latinae occasionem praebuit vocis καλλονήν ambiguitas, quae adeo enarratorum ingenia torsit, ut Drusius ipse dicat: „Mihi hic tenebrae adhuc: itaque sileo“.

24. Ἐν γὰρ λόγῳ γνωσθήσεται σοφία,
καὶ παιδεία ἐν ῥήματι γλώσσης.
V. L. „In lingua enim sapientia dignoscitur (sed α, γ, κ¹, Spec.¹ 122, 2 „agnoscitur sapientia“),
et sensus et scientia et doctrina in verbo sensati (sed scribas „in verbis veritatis“ = α, γ, τ; Spec.¹ 122, 3; Spec.² 468, 1; Brev. 709).
et firmamentum in operibus iustitiae.“

25. Μὴ ἀντίλεγε τῇ ἀληθείᾳ.
V. L. „non contradicas verbo veritatis ullo modo“.

*) Legas „non“ = α, γ, ϑ, κ¹, τ; Spec.¹ 121, 23; Miss. 227; Brev. 709.
**) cod. γ „in decorem eius“.

Sed pro „verbo veritatis“ nonnisi „veritati“ legas cum α, γ, ϑ, Spec.[1] 122, 4, Miss. 226, Brev. 709. Post ἀληϑείᾳ inseruerunt κατὰ μηδὲ ἕν S.H., codd. 70, 248, 253 (א[2] κατὰ μηδέν).

καὶ περὶ τῆς ἀπαιδευσίας σου ἐντράπηϑι.

V. L., S. H., codd. 106, 248, 253: καὶ περὶ ψεύσματος τῆς (∧ τῆς 253) ἀπαιδευσίας σου ἐντράπηϑι.

26. Μὴ αἰσχυνϑῇς ὁμολογῆσαι ἐφ' ἁμαρτίαις σου,
καὶ μὴ βιάζου ῥοῦν ποταμοῦ.

27. καὶ μὴ ὑποστρώσῃς σεαυτὸν ἀνϑρώπῳ μωρῷ (= לְאָדָם נָבָל?),

καὶ μὴ λάβῃς πρόσωπον δυνάστου.

V. L. „Non confundaris confiteri peccata tua,
et ne subicias te omni homini pro peccato (a substantivo אִוֶּלֶת?).

Noli resistere contra faciem potentis,
nec coneris*) contra ictum fluvii“.

„Omni“ ante „homini“ deleas cum α, γ, ϑ, κ[1], τ, Spec.[1] 122, 6.

Nexus primo aspectu haud facilis cognitu, qui inter 26a et 26b textus G intercedit, hic est: „Noli, cum peccata commiseris, praesertim si in illis convictus es, ipsa infitiari itaque adversus veritatem contra te repugnantem contendere; hoc esset contra impetum fluminis luctari, i. e. rem perficere studere, quae perpetrari nequit vel, ut ait Grotius, defendere, quae defendi non possunt.“ Qua explicatione admissa minime opus est amplecti opinionem Ballii lectionem G 26b e mendo textus Hebraici enatam esse, quia cum P נָבָל (= „stulti“) pro נַחַל (ποταμοῦ) legi debuerit. [Multo facilius adhuc hic statueretur commutatio quaedam verborum נָבָל et נָבָל]. Non modo non lectio 26b P ܠܐ ܬܬܚܙܐ ܥܡ ܓܒܪܐ ܓܒܪ ܚܛܝܬܐ ܕܥܒܪ ܠܟ (= „neve resistas contra insipientem“) intellectu longe commodior est, ita ut vel ideo correcturae speciem prae se ferat, sed etiam contrarium fere eius continere videtur, quod enuntiatur hemistichio 27a P (ܠܐ ܬܫܕܐ ܢܦܫܟ ܥܠ ܓܒܪ ܓܒܪ = „ne substernas fatuo animam tuam“). Etiam in V. L. perinde atque in P hoc loco adest correctura, cum 26b hemistichium 27b immutatum sequatur, unde antithesis non incongrua exoritur:

„Noli resistere contra faciem potentis,
nec coneris contra ictum fluvii“;

(a potente enim quasi vi atque impetu fluvii superaberis). Sed

*) Act. Apost. 27, 15 „conari in ventum“ = ἀντοφϑαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ.

cum colon prius seriei cogitationum per hanc partem capitis quarti dominanti minus sit concinna (tractatur enim in praeviis ac subsequentibus de veritate iustitiave servanda), emendationem, quam supra indicavi, male in *g* (V. L.) introductam esse luce est clarius. Itaque pro *g*:

„noli resistere*) contra faciem potentis"
legas cum G: וְאַל תִּשָּׂא פְּנֵי שַׁלִּיט
= καὶ μὴ λάβῃς πρόσωπον δυνάστου,

atque ordinem sententiarum retineas, quem in G deprehendimus.

Cum Arm., S.H., codd. א, A, C, 55, 106, 155, 157, 248, 253, 254, 296, 307 verba 27a sic disponas: μὴ ὑποστρώσῃς ἀνθρώπῳ μωρῷ σεαυτόν, quem ordinem commendat etiam P.

28. Ἕως τοῦ θανάτου ἀγώνισαι περὶ τῆς ἀληθείας.
V. L. „Pro iustitia agonizare pro anima tua,
et usque ad mortem certa pro iustitia."

V. L. ergo duplici commatis 28a translatione infecta est. Prior prae posteriore genuina mihi videtur cum propter eius discrepantiam a G tum propter verbum „agonizare", quod stilum Veteris Interpretis Graecarum vocum amantis sapere videtur.

29. Μὴ γίνου ταχὺς ἐν γλώσσῃ σου. — Pro ταχύς habent ταχύς: V. L. („citatus"), S.H. (مسرع), Boh. (ⲣⲉϥⲭⲱⲗⲉⲙ), Arm. (յանդուգն). — Aeth. ዘሰፈ፡; utrum θρασύς an ταχύς legit? (30, 8 eadem vox Aethiopica = προαλής; 19, 3 pro τολμηρά, 22, 5 pro θρασεῖα usurpatur). — ταχύς, quod loco nostro habent codd. א¹, A, 155, 307, 308, Fr., etsi effato 5, 11 commendari videtur, tamen absque dubio debetur correcturae, qua quis enunciatum 29a ad 29b magis adaptare voluit. Itidem de lectione θρασύς (= codd. א², 23, 55, 106, 157, 248, 254) statuendum duco. Retineamus ergo textum receptum, cum ταχύς non solum propter antithesin νωθρὸς καὶ παρειμένος sit lectio prae ceteris (ταχύς et θρασύς) difficilior, verum etiam quoad speciem procreatrix earum esse videatur.

---

*) Pro „resistere" *g* eandem radicem Hebraice legisse videtur quam LXX, cum pro

1 (3) regg.	11, 34	נָשִׂיא אֲשַׁתֵּנוּ	ponerent	ἀντιτασσόμενος ἀντιτάξομαι αὐτῷ,
Prov.	3, 15	לֹא יְשׁוֹרָבֶהָ	„	οὐκ ἀντιτάξεται αὐτῇ,
Os.	1, 6	נָשֹׂא אֶשָּׂא לָהֶם	„	ἀντιτασσόμενος ἀντιτάξομαι αὐτοῖς,
Abd.	7	הִשִּׁיאוּךָ	„	ἀντέστησάν σοι.

30. καὶ φαντασιοκοπῶν ἐν τοῖς οἰκέταις σου.

V. L. „evertens domesticos tuos et opprimens subiectos tibi".

Vox φαντασιοκοπῶν (= „vanis imaginationibus indulgens") Hebraice respondet formae cuidam radicis שׁעף, de qua substantivum שַׁעֲפִים (= „cogitationes" Job 4, 13; 20, 2) derivatur; melius hic P ⲙⲁⲣⲓⲥⲟⲩ (= „indignabundus") a radice זעף. Similiter ut P pro φαντασιοκοπῶν S.H. habet ⲙⲁⲣⲓⲥⲟⲩ ⲉⲡⲥⲁⲗⲉ = „iratus inspirate". — Qua lectione Hebraica V. L. „evertens" nitatur, equidem pro certo eruere non possum; sed recensioni *g* attribuere hic velim lectionem Hebraicam similem ei, quam sequuntur LXX Is. 10, 33 [ἰδοὺ ὁ δεσπότης Κύριος Σαβαὼθ] συνταράσσει [τοὺς ἐνδόξους κτλ.], ubi in M.T. habentur haec: [הִנֵּה הָאָדוֹן יְהוָה צְבָאוֹת] מְסָעֵף [פָּארָה*)]. Ad colon Veteris Latinae „et opprimens subiectos tibi", quod a reliquis libri nostri testibus abest, conferas Mon. serm. 176 pag. 602, ubi allegato versu nostro haec in fine subiunguntur: καὶ ταπεινῶν τοὺς ὑποχειρίους σου.

Sah. (φαντασιοκοπῶν) apud Lagarde ⲉⲕⲉⲧⲣⲁⲍ, sed ipse hoc incertum esse ait; cod. bibliothecae (olim) Regiae Lutetiae Parisiorum No. 44 fol. 118 Peyronio teste habet ⲁⲧⲁⲣⲁⲍ; La-Croze, Lexicon Aegyptiaco-Latinum, Oxonii 1775 pag. 102 affert ⲧⲁⲣⲁⲍ, cui favere nunc videmus Boh. (Bouriant) ⲉⲕⲟⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲣⲁⲍ (= φαντασιοκοπῶν).

V.

1. Μὴ ἔπεχε ἐπὶ τοῖς χρήμασί σου,
καὶ μὴ εἴπῃς· αὐτάρκη μοί ἐστιν.
V. L. „Noli attendere ad possessiones iniquas,
et ne dixeris: Est mihi sufficiens vita;
nihil enim proderit in tempore vindictae et obductionis."

Verba Veteris Latinae, quae literis latius dispositis conspicua reddidi, genuine non ad locum nostrum, sed ad 5, 8 (10 V. L.) pertinent, ubi pro recepta lectione ἐν ἡμέρᾳ cod. 106 habet ἐν καιρῷ (cf. V. L. supra), sed hoc spurie; ibi enim etiam P حسمط.

Ad verba „est mihi sufficiens + vita" compara S.H., Sah., Boh.,

*) = „ramum"; LXX (ἐνδόξους) rationem habuerunt etymologiae a פָּאַר „glorificare".

codd. 70, 106, 248, 253, 308: αὐτάρκη μοί ἐστιν+εἰς ζωήν (308 εἰς ζωήν ἐστιν; 106 ἡ ζωή), sed videtur illud additamentum auctoritate Hebraica carere; P quoque illud ignorat.

Sequitur Aeth. in 1a lectionem ideo memoratu dignam (licet falsam), quia non in ullo codice Graeco, sed tantum in quibusdam textus Graeci editionibus eam deprehendi: ወኢትክዐው ፡ ንዋየከ ፡ በከንቱ ፣ = „neve effundas possessiones tuas sine causa". Fortasse igitur pro ἔπεχε legit ἀπόχεε vel ἀπεχεε, ut pro ἔπεχε vitiose habent in versu 8 capitis nostri Aldina editionesque Argentoratensis anni 1526 ac Basileensis maior anni 1545 (Basileensis minor anni 1551 ἄπεχε teste Bretschneiderio).

2. Μὴ ἐξακολούθει τῇ ψυχῇ σου καὶ τῇ ἰσχύι σου,
τοῦ πορεύεσθαι ἐν ἐπιθυμίαις καρδίας σου.

Versum hunc ex antiquis interpretibus alium aliter legisse probetur tibi hoc conspectu:

V. L. „Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui". Sed haec primo sonuisse tantum:

„Non sequaris concupiscentiam cordis"

ex codd. α, γ, Spec.[1] 122, 15sq., Brev. 530 colligo; sic etiam codd. κ[1] et τ, sed+„tui" in fine.

Sah. versus 2 et 3 sic exhibet:

Μὴ ἐξακολούθει τῇ ψυχῇ σου καὶ τῇ ἰσχύι σου,
καὶ μὴ εἴπῃς· τίς με δυναστεύσει,
τοῦ πορεύεσθαι ἐν ἐπιθυμίαις καρδίας σου (sic!)·
ὁ γὰρ Κύριος ἐκδικῶν ἐκδικήσει σε.

Cum verba 2b textus Sixtini in quibusdam manuscriptis Graecis defuerint (∧ enim in Aeth. et codd. A, C, 23, 155; vide et Mon. serm. 292 pag. 926), non abest suspicio, cur in Sah. alieno loco legantur; in quem, cum in margine postea essent adnotata, falso deinde irrepserunt.

Arm. nonnisi haec agnoscit: Μὴ ἐξακολούθει τῇ ψυχῇ καὶ ἰσχύι σου.

S.H. (= cod. 253): Μὴ ἐξακολούθει τῇ ψυχῇ σου πορεύεσθαι ἐν ἐπιθυμίᾳ καρδίας σου (ἐν ἐπιθυμίᾳ habent etiam codd. ℵ[4], 55, 106, 254; sed ex correctura numerum singularem esse admonet P).

Sed quamvis varietur versus nostri forma, tamen eum totum, uti in Sixtina exstat, genuinum existimarim, qua in opinione confirmor praecipue versione P:

لا تذهب حلا سلطانك لشهواتك حرشت لحبر

= „Ne fidas robori tuo, ut incedas secundum voluntates cordis tui".

3. τίς με δυναστεύσει; V. L., S.H., codd. 70, 106, 248, 253 + διὰ τὰ ἔργα μου.

σε post ἐκδικήσει praetermittas cum V. L., Aeth., codd. א, A, 55, 155, 157, 254, 296, 307, 308.

4. καὶ τί μοι ἐγένετο; V. L., codd. 70, 106, 248 + λυπηρόν. ὁ γὰρ Κύριός ἐστι μακρόθυμος. — V. L. „Altissimus enim (etiam S.H. et cod. 253 ὁ γὰρ ὕψιστος) est patiens redditor"; codd. 70, 106, 248 post μακρόθυμος addunt οὐ μή σε ἀνῇ.

5. Περὶ ἐξιλασμοῦ μὴ ἄφοβος γίνου.

V. L. „De propitiato peccato noli esse sine metu". Sed scribas „de propitiat*u* peccat*orum*"; ita enim codd. α, γ, τ, Spec.[1] 122, 19. „Propitiatu" = „propitiatione"; quare in quibusdam scriptis Latinis teste Jansenio legitur „de propitiatione peccatorum".

6. ὁ οἰκτιρμὸς αὐτοῦ πολύς. — V. L. „miseratio Domini („Dei" codd. α, γ, Spec.[1] 122, 21; sic et cod. 106) magna est". Aeth. quoque pro αὐτοῦ ponit ፌግዚአብሔር፡; P: „ne dicas: misericors est Dominus". — Ad αὐτοῦ cognoscas, quae Gaab I pag. 15 sub linea ad alium locum disserit: „Orientales nomen eius, de quo aliquid dicitur et Dei maxime, frequentissime non nominant, id quod vivido eorum ingenio et consuetudini inde enatae in omnibus rebus gestibus utendi tribuimus." Compara huc 24, 18 λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ. Est ergo pronomen αὐτοῦ hic genuinum. Etiam in libro, qui inscribitur ספר מעשיות, rabbini Nissim, ubi versus noster Hebraice sub nomine Ben-Sira fertur, ut testatur Schechter (The Jewish Quarterly Review III pag. 695), exstat רחמיו; item in libro, qui vocatur ספר הגלוי, rabbini Saadia Gaon (cf. The Jewish Quarterly Review IV pag. 163).

παρ' αὐτοῦ. — V. L., „ab illo cito proximant"*); codd. 157, 248 παρ' αὐτοῦ ταχυνεῖ; cod. Hoeschelii παρ' αὐτῷ ταχινή (ex α, ϑ, κ[1], τ, Spec.[1] 122, 22 patet „proximant" olim sonuisse „proximat"). Sed procul dubio verba Graeca ita sine Hebraico fonte aucta sunt, cum pro παρ' αὐτῷ (sic scribas cum S.H., codd. א, A, C, 55, 70, 106, 155, 253, 254, 296, 307, Vind. II.) Hebraice exstitisse עמו testentur P et loci, quos modo e scriptis rabbinorum citavimus.

7. ὀργὴ Κυρίου. — V. L. „ira illius"; ita etiam S.H. et codd. א[1], 253, (א[2] vero ὀργὴ Κυρίου). Aeth. et cod. 23 tantummodo

*) Cod. γ verba „cito proximant" omittit.

ὀργή, quae lectio consentiente versione P absque dubio est sincera.

ὀργὴ Κυρίου. — S.H. et cod. 253+καὶ ὡς μέλλεις ἐκτριβήσῃ, quod depravatum vel emendatum codd. ℵ², 23, 248 sic afferunt: καὶ ὡς μέλλει (ℵ² μελισσαι!!, 248 ἀμελήσεις) ἐκτριβήσῃ. Cf. huc Chrys. adv. oppugnatores vitae monasticae lib. III (Migne Gr. 47, 378): μὴ ἀνάμενε ἐπιστρέψαι πρὸς Κύριον, μηδὲ ἀναβάλλου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, μή ποτε, ὡς μέλλεις, ἐκτριβήσῃ. Itidem Chrys. de diabolo tentatore hom. II (Migne Gr. 49, 263), nisi quod hic habetur forma ἐκτριβῇς.

ἐξολῇ. — V. L. „disperdet te"; cf. S.H. et cod. 253 ἐξολοθρεύσει σε.

8. οὐδὲν γὰρ ὠφελήσεις. — V. L. „non enim proderunt tibi"; sed pro „non" scribas „nihil" cum codd. α, γ, ϑ, κ¹, τ, Spec.¹ 122, 26; Spec.² (μ) 391, 26; Brev. 530. — Legas ὠφελήσει σε cum V. L., S.H., Sah., Arm., Aeth., codd. ℵ², A, 106, 155, 157, 253, 254; consideres enim P ܢܦܥ.

ἐν ἡμέρᾳ ἐπαγωγῆς. — V. L. „in die obductionis et vindictae". Suntne hic duae lectiones coniunctae, cum S.H. et cod. 253 exhibeant ἐκδικήσεως pro ἐπαγωγῆς?

9. Μὴ λίκμα ἐν παντὶ ἀνέμῳ.

V. L. „Non ventiles te in omnem ventum."

Pro „non ventiles te", quo sensu tropico*) ab enarratoribus μὴ λίκμα vulgo accipitur, quamquam activum tali notione caret, rectius quaedam scripta Latina (teste Jansenio) habent tantum: „non ventiles". Enunciatum enim hoc perinde ac sequens καὶ μὴ πορεύου ἐν πάσῃ ἀτραπῷ sensu proprio intelligi debet, quia utroque commate continetur similitudo, qua auctor libri nostri ad describendam hominis bilinguis agendi rationem utitur. Haec enim est recta versus nostri interpretatio: Noli esse homo bilinguis, alioquin enim eodem modo te geres, ac si ad quemlibet ventum frumentum ventiles vel omni via semitave incedas.

In P pro ܠܐ ܬܥܪܘ ‖ (= „ne veharis") ut substituamus ܠܐ ܬܕܪܘ ‖ (= „ne ventiles") suadet S.H. ܠܐ ܕ ‖.

ἐν πάσῃ ἀτραπῷ. — V. L. „in omnem viam"; sed rectius codd. γ, κ¹, Spec.¹ 122, 28 „in omni via."

---

*) = μὴ περιφέρου παντὶ ἀνέμῳ, ne pro diversa rerum atque hominum condicione sis prava inconstantia aut levitate animi.

οὕτως ὁ ἁμαρτωλὸς ὁ δίγλωσσος.

V. L. „Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.“ Aptissime atque genuine codd. α, γ, ϑ, κ¹, τ, Spec.¹ 122, 28, Brev. 530 praetermittunt „omnis“; neque enim quivis peccator probatur duplici lingua, sed tantum bilinguis, i. e. qui turpi ambiguitate ingenii nunc hoc nunc illud loquitur. Verba, quae extruso illo additamento supersunt Latine, sic bene exponit Jansenius: sic cognosci aliquem esse peccatorem eo, quod deprehendatur loqui duplici lingua. Nihilominus tamen persuasum mihi habeo ipsa mendo cuidam nescio qui exorto*) esse obnoxia, cum sensus illorum genuinus nonnisi hic esse queat: sic peccator probatus vel qui probatur duplici lingua.

Sah. ⩕ οὕτως ὁ ἁμαρτωλὸς ὁ δίγλωσσος. — Bretschneiderio iudicanti verba illa Graeca ex 6, 1 huc desumpta esse**) non audeo accedere, quamquam praeter Sah. etiam P eius opinioni favere videtur. Dehortatur enim me commatis nostri forma a vulgari Graeca diversa, quae in V. L. occurrit. Praeterea ab omnibus reliquis textus Graeci testibus colon illud defenditur; Sah. vero etiam aliis locis quaedam praetermittit, a quibus sinceritas abiudicari nequit***). Quod si in textu Sixtino parallelismus membrorum hic interrumpitur, noscas versus sequentis formam in Vetere Latina quaeque ad eam adnotabo.

10. Ἴσθι ἐστηριγμένος ἐν συνέσει σου,
καὶ εἷς ἔστω σου ὁ λόγος (= וְאֶחָד יְהִי דְבָרֶךָ).
V. L. „Esto firmus in via Domini†) et in veritate sensus tui et scientia,
et prosequatur te verbum (= וְאַחֲרֶיךָ יְהִי דָבַר(?)) pacis et iustitiae“.

ἐν συνέσει σου+ἐν ἀσφαλεῖ (cod. 253), sed secundum S.H. emendes in ἐν συνέσει σου ἐν ἀσφαλείᾳ.

11. γίνου ταχύς [a radice חוּשׁ††)] ἐν ἀκροάσει σου. — V. L. „esto mansuetus (חשֶׁה) ad audiendum verbum, ut intelligas.“ Cf.

---

*) Putasne ex Hebraico, cum omissum esset pronomen relativum אֲשֶׁר?

**) Multo minus eadem verba e loco nostro in 6, 1 transposita esse cum Houbigantio statuere licet, cum ibi genuinitas commatis οὕτως ὁ ἁμαρτωλὸς ὁ δίγλωσσος vel versione P evincatur.

***) Vide supra pagg. 26 sq.

†) „Dei“ (pro „Domini“) α, γ, τ, Spec.¹ 122, 29; Brev. 530.

††) Cf. Num. 32, 17 חָשִׁים = „celeres, festini“.

Ps. 90 (89), 10, ubi LXX (πραΰτης) pro M.T. חִישׁ (= „cito“) formam radicis חשׁה legisse videntur. — Hemistichium nostrum fere, uti in V. L. sonat, laudatur in Mon. serm. 138 pag. 401: γίνου πρᾷος ἐν ἀποκρίσει λόγου, ἵνα συνήσῃς.

καὶ ἐν μακροθυμίᾳ φθέγγου ἀπόκρισιν (+ὀρθήν S.H., codd. 248, 253).

V. L. „et cum sapientia proferas responsum verum.“ Scribas „fers“*) (pro forma „proferas“) cum α, γ, Spec.[1] 123, 1. — Adnotare iuvat pro ἐν μακροθυμίᾳ etiam Sah. habere ἐν σοφίᾳ (ϩⲙ ⲟⲩⲙⲛⲧⲣⲙⲛϩⲏⲧ). Estne haec differentia lectionis (saltem in V. L.) ex Hebraico fonte, cui etiam varietas antitheseos in G et V. L. (ταχύς—πρᾷος) deberi videatur?

14. καὶ τῇ γλώσσῃ σου μὴ ἐνέδρευε.

V. L. „et lingua tua ne (sed ∧ „ne“ in α, γ, ϑ, κ[1], Spec.[1] 123, 5, Spec.[2] 519, 9) capiaris et confundaris.“

μὴ ἐνέδρευε = אַל־תֻּנַקֵּשׁ

„capiaris“ = תֻּנַקֵּשׁ

Cum V. L. („capiaris“) compara P ܢܬܬܘ ∦ = „ne offendas“.**) Habet etiam 31 (al. 34), 7 P ܢܬܬܘ pro ἀλώσεται textus Graeci.

15. Ἐν μεγάλῳ καὶ ἐν μικρῷ μὴ ἀγνόει.

V. L. „Justifica pusillum et magnum similiter.“ Pristinam commatis nostri formam Veteris Latinae cod. γ servasse mihi videtur: „Justifica pusillo et magno similiter.“ Eodem enim modo versus noster Graece allegatur in Mon. serm. 155 pag. 546: δικαίωσον μικρῷ καὶ μεγάλῳ ὁμοίως. — Legitne P (ܢܬܬܘ ∦ = „ne delinquas“, μὴ ἀγνόει) in Hebraico formam quandam radicis סרח? In mentem mihi hic venit Exodi 5, 21 Targum Hierosolymitani אסרחתון ית ריחנא: M.T. הִבְאַשְׁתֶּם אֶת־רֵיחֵנוּ = „odorem nostrum i. e. famam nostram foetidam, odiosam reddidistis“. Cf. et *H* 42, 11b (marg.) שם סרח: P ܫܡ ܣܪܚ. — Quod si loco nostro Ecclesiastici haec fuerit auctoris Hebraici sententia: Noli susurrando sive in levi, sive in gravi re putidum i. e. abominabilem quemquam reddere, sensus procedit cum praeviis, tum subsequentibus (6, 1) optime accommodatus. Versum enim primum capitis sequentis ad 5, 15 adiungendum esse bene intellexerunt Linde, Bretschneider,

---

*) = „fer“; cf. Rönsch: Itala und Vulgata, ed. 2 pag. 294.

**) Cf. huc Is. 8, 21 Targum Jonathan (וְיַעֲדֵי תַּקְלָא בְּאַרְעָא = „et transibit corruens in terra“), cuius auctor cum Symmacho ibd. (ἐσκανδαλισμένος) pro נְקֻשָׁה („induratus“) videtur legisse נוקש vel נָקֹשׁ.

Fritzsche, Edersheim etc. Quod ut faciamus, cum parallelismus membrorum, tum particula καί admonet, quae initio versus 1 quasi nude legitur, tum res suadet, de qua Siracida in 6, 1 tractat; exorditur enim novam materiem in 6, 2.

VI.

1. ὄνομα γὰρ πονηρὸν αἰσχύνην καὶ ὄνειδος κληρονομήσει, οὕτως ὁ ἁμαρτωλὸς ὁ δίγλωσσος.

   V. L. „Improperium enim et contumeliam malus haereditabit,

   et omnis peccator invidus et bilinguis."

Verba Veteris Latinae aeque ac G non sine offendiculo esse mihi videntur, sed iis textum libri nostri originalem corruptum vel male interpunctum subesse probabile est. Quare etiam varie, qui librum nostrum critice castigarunt, versui huic mederi studuerunt.

codd. B, 55, 308: ὄνομα γὰρ πονηρὸν αἰσχύνη, καὶ ὄνειδος κληρονομήσει.

cod. 253 et S.H.: ὄνομα γὰρ πονηρὸν καὶ αἰσχύνην καὶ (S.H. ﻭ) ὄνειδος κληρονομήσεις (S.H. κληρονομήσει).

Drusius hanc emendationem proponit: ὄνομα γὰρ πονηρὸν αἰσχύνη καὶ ὄνειδος κληρονομήσει σε.

Bretschneider atque Edersheim vocem οὕτως auferendam duxerunt.

Denique in codd. 106 et 248 verba, quae versum nostrum claudunt, absque Hebraico fonte, ut videtur, sic complentur: οὕτως ὁ ἁμαρτωλὸς ὁ δίγλωσσος ἀτιμίαν ἕξει.

Sed totam istam correcturarum farraginem deleas atque translationem P secutus, quae ad formam textus rectam ceteris propius accedere videtur, versum nostrum sic emendes:

ὄνομα γὰρ πονηρὸν καὶ αἰσχύνην κληρονομήσεις,
καὶ ὄνειδος (P+ﻭﻣﻌﻴﺮﺓ) ἐφ' ἁμαρτωλῷ διγλώσσῳ.

2. Μὴ ἐπάρῃς σεαυτὸν ἐν βουλῇ ψυχῆς σου,
ἵνα μὴ διαρπαγῇ ὡς ταῦρος ἡ ψυχή σου.

V. L. „Non te extollas in cogitatione animae tuae velut taurus,

ne forte elidatur virtus tua per stultitiam".

Pro διαρπαγῇ Hebraice adfuisse formam radicis בקע ex P coniecto, qui translator male legerit תבעה (ﻻ ﻳﺤﺪ ﺍﻭ ﻳﻮﻟﺪ ﺳﻜﺮ = „ne quaerat

(sc. anima tua) ut taurus robur tuum.“). Ad verbum בקע Graece διαρπαγῇ redditum cf. radicem טרף quandoque illi synonymam, quam Ps. 7, 3 (M.T. יִטְרֹף) LXX vertunt ἁρπάσῃ. Termino „elidatur“ aliam verbi בקע translationem inesse suspicor; compara huc 2 chron. 25, 12 נִבְקָעוּ. Ex Hebraico fonte derivatur quoque lectio „virtus tua“, quippe quam sola V. L. assentientibus Syro et Arabe tueatur. Tollitur in V. L. difficultas, in quam libri nostri tractatores deduxerunt verba aperte mendo cuidam obnoxia: ἵνα μὴ διαρπαγῇ ὡς ταῦρος ἡ ψυχή σου, ita ut, quotquot loci nostri commentationes exstiterunt, tot fere inter se diversas dilucidationes vel emendationes enumerare possis.*) Ut vero obiter meam de textu Sixtino opinionem expediam, maxime mihi arridet coniectura Böttcherii (Exegetisch-kritische Ährenlese zum Alten Testament, Lipsiae 1849, pag. 101) Graecum interpretem בְּשׁוֹר pro כְּבְשׁוֹר**) sumere ac sic vertere debuisse: „ne forte dilaceretur sicut a tauro . . . .“, vel si quis hoc minus probat, de meo hoc proponere malim: „ne tu dilaceres [תִּבְקַע***)] sicut taurus robur tuum [τὴν ἰσχύν σου].“ Pro emendatione „ne tu dilaceres“ pugnare mihi videtur secunda persona, quae in formis mox sequentibus καταφάγεσαι et ἀπολέσεις occurrit. Praeterea lectionem ἰσχύς σου (V. L. „virtus tua“), utcumque hemistichium 6, 2b sanetur, dignam esse, quae vulgari ψυχή σου ibi praeferatur, ostendit versus noster collatus cum Eccli. 9, 2: . . . . . τὴν ψυχήν σου . . . . . ἐπὶ τὴν ἰσχύν σου.

3. Pro „comedat, perdat, relinquaris“ cum codicibus α, γ, ϑ, κ^{1}, τ legas indicativum: „comedet, perdet, relinqueris“ (cf. Graecum). Nititur V. L. lectione vitiosa καταφάγεσει (quae forma verbi καταφαγεῖν est nulla; similiter Aeth.: ይበልዐከ፡) et ἀπολέσει.

5. καὶ γλῶσσα εὔλαλος πληθυνεῖ εὐπροσήγορα.

V. L. „et lingua eucharis in bono homine abundat.“

Fortasse textus recensionis *g* genuine sonuit: καὶ γλῶσσα εὔχαρις

---

*) Accuratum earum catalogum animadversiones Bretschneiderii ac Fritzschii ad locum nostrum perlustrans reperies.

**) Illustratur hic particulae כְּ usus verbis Zach. 9, 15 et 10, 7, ubi כְּמוֹ־יָיִן = כְּמוֹ־בַיָּיִן; Eccli. 33, 31 (al. 30, 39) interpres Graecus perperam transtulit ἡ ψυχή σου pro ὡς τῇ ψυχῇ σου: כְּלַנַּפְשֶׁךָ = כְּנַפְשֶׁךָ (vide infra in commentario critico ad l. h.).

***) Fortasse διαρπαγῇ in Hebraico fuit תבקע, cum substantivum נֶפֶשׁ fere genere feminino adhibeatur.

πληθυνεῖ ἐν ἀγαθῷ [= בשלם*) יירב], ita ut terminus „homine“ sit e glossemate. Pro „eucharis“ quaedam scripta Latina (ut e. g. cod. τ et Jansenius) habent „gratiosa“, quaedam utramque vocem coniungunt. Cum V. L. conferas Chrysostomi homiliam XL in Acta Apostolorum (Migne Gr. 60, 286), ubi (abrupta atque immutata) proferuntur haec: λάρυγξ γλυκὺς πληθύνει φίλους αὐτοῦ καὶ γλῶσσα εὐχάριστος.

6. οἱ δὲ σύμβουλοί σου. — V. L. „et consiliarius sit tibi“; sed recte in V. L. tuentur numerum pluralem („consiliarii“ et „sint“) codd. γ, τ et quidam Speculi[1] 123, 13 testes.

10. παραμείνῃ. — V. L. „permanebit“, antiquitus vero „permanet“ = α, γ, ϑ, τ, Spec.[1] 123, 19.

11. καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς σου ἔσται ὡς σύ.

V. L. „Amicus, si permanserit fixus, erit tibi quasi coaequalis“. Vocem „amicus“ additamentum spurium iudico, cum hic non de quovis amico agatur, sed de ficto et hypocrita, cuius iam antea mentio fiebat; cf. pro hac sententia et versum 12.

ἐν τοῖς ἀγαθοῖς σου = בְּטוֹבוֹתֶיךָ

„si permanserit fixus“ = בְּבָטְחוֹ בָךְ? — Compara huc Dan. 12, 12 (sec. cod. Chisianum): ὁ ἐμμένων, ubi in M.T. הַמְחַכֶּה exstat.

12. Ἐὰν ταπεινωθῇς, ἔσται κατά σου,
καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσεται.

V. L. „Si humiliaverit se contra te et a facie tua abscondet se, unanimem habebis amicitiam bonam.“

Verba ultima „unanimem habebis etc.“ e (v. 17 V. L.) falso huc inserta sunt, ergo deleantur, necesse est. Antiqua versus nostri Veteris Latinae forma nescio an sic habuerit:

„Si humiliaverit se contra te, et a facie tua abscondet se“ [= Spec.[1] 123, 21 sq.**)].

Interpres Latinus textum Graecum sic vitiose legit:

Ἐὰν ταπεινωθήσεται (ita et cod. C) κατά σου,
καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσεται.

15. φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα (מָחִיר).

V. L. „Amico fideli nulla est comparatio“ (דְּמוּת vel הַמָּה).

Minus apte Thielmann IX 254 voci „comparatio“ pretii notionem

*) Cf. 1 chron. 29, 19: לְבָב שָׁלֵם, LXX καρδίαν ἀγαθήν.

**) Similiter teste Luca Brugensi (pag. 239) codex monasterii Lobbiensis et Rabanus Maurus omissa tamen coniunctione „et“. [„Lobbes“ est pagus provinciae Belgicae, quae hodie vocatur „Hennegau“].

hic attribuit (quamquam „comparare“ etiam emendi significatione occurrit); ipsi enim rato Latinum interpretem legisse ἀντάλλαγμα repugnare videtur 26, 14 (18 V. L.), ubi ἀντάλλαγμα ab isto translatore „immutatio“ redditur. Syrus ܠܝܬ ܠܗ ܒܥܘܬܐ ܕܫܘܩ ܠܐ ܠܗ ܠܡܬܩܢܐ ܕܡܗܝܡܢ (= „amico fideli non est pretium“) suspicionem fortasse moveat ἀντάλλαγμα fuisse Hebraice דמים (cf. terminum Talmudicum דְּמִין = „pretium“); nihilominus huic coniecturae assensum praebere vereor. Non modo non vox ista in textu masoretico deprehenditur, sed ne a LXX quidem, quantum scio, usquam lecta esse videtur. Neque nobis obicere licet Eccli. 33, 31 (al. 30, 39), ubi quidam pro ἐν αἵματι interpretem Graecum ἀργυρίου (= בדמים „pretio“) legere ac vertere debuisse statuerunt; sequentem enim ibi vocem ἐκτήσω mendo laborare infra in commentario critico ad locum istum ex P comprobabimus. Fallitur Ludovicus Cappellus*) quoque, qui de LXX Is. 9, 5 (4)**) disserens ipsos דָּמִים sensu isto Talmudico interpretatos μετὰ καταλλαγῆς reddidisse existimat. Mea sententia vox haec Graeca substantivo cuidam radicis מור respondet, quod LXX illo Isaiae loco pro דָּמִים deprehendisse videntur.***)

17. ὅτι κατ᾽ αὐτὸν οὕτως καὶ ὁ πλησίον αὐτοῦ. — V. L. „quoniam secundum illum erit amicus illius“. Cum V. L. componas P, ubi pro ὁ πλησίον αὐτοῦ exstat ܒܥܘܬܗ.

18. ἐπίλεξαι (ΕΠΙΛΕΞΑΙ), rectius V. L. „excipe“ = ΕΠΙΔΕΞΑΙ; cf. enim P ܩܒܠ. Considera etiam 32 (al. 35), 14 ἐκδέξεται παιδείαν.†) — Cf. Prov. 19, 20 Symm. ἀκούων βουλῆς ἐπιδέξεται (M.T. habet וְקַבֵּל) παιδείαν (vide Boettcher, Exegetisch-kritische Ährenlese zum A. T., pag. 101). Similiter 1 Macc. 1, 63 pro ἐπελέξαντο ἀποθανεῖν cum maiore parte codicum legas ἐπεδέξαντο ἀποθανεῖν (2 Macc. 7, 29 enim dicitur ἐπίδεξαι τὸν θάνατον).

20. ὡς τραχεῖά ἐστι σφόδρα τοῖς ἀπαιδεύτοις. — V. L. „quam aspera est nimium sapientia indoctis hominibus“ (vocem ultimam cod. τ nonnisi altera manu habet). Item in P commati nostro ut subiectum inseritur vox ܚܟܡܬܐ.

---

*) Cf. J. Fr. Schleusner: Nov. thesaur. philologico-critic. sive lexicon in LXX, Lipsiae 1820—21 III pag. 225.

**) LXX καὶ ἱμάτιον μετὰ καταλλαγῆς ἀποτίσουσιν, M.T. וְשִׂמְלָה מְגוֹלָלָה בְּדָמִים (= „et vestimentum involutum in sanguinibus“).

***) ἱμάτιον ibi fuisse גְּלִימָה, ἀποτίσουσιν vero יְשַׁלְּמוּ sonuisse opinor.

†) 6, 23 pro vera lectione δέξαι (al. ἔκδεξαι) habent codd. 55, 248, 296 ἔκλεξαι (Nestle, Marginalien etc. pag. 49).

21. ὡς λίθος δοκιμασίας ἰσχυρὸς ἔσται ἐπ' αὐτῷ.

V. L. „quasi lapidis virtus probatio erit in illis."

Gravitatis notionem melius quam ad terminum λίθος δοκιμασίας ad vocem ἔσται assumi atque ad σοφίαν referri (= „sicut lapis illa ipsum premet"; cf. P ܐܝܟ ܕܐܒܢܐ ܕܒܚܢܐ ܗܘ ܕܡܫܩܠ) bene ostendit Nestle, Marginalien etc. pag. 49 sq.*) Nec tamen vox ἰσχυρός Graeco interpreti culpae danda est, cuius sincera lectio quae fuerit, codex Peschittonianus bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis indicare mihi videtur: ܐܝܟ ܕܐܒܢܐ ܕܒܚܢܐ ܗܘ ܕܡܫܩܠ, quae Graece dicuntur: ὡς λίθος ἰσχὺς ἐπ' αὐτῷ. Est ergo pro ἰσχυρός legendum ἰσχύς**) (sic cod. א[1]), quod commendat et V. L. (= ὡς λίθου ἰσχὺς δοκιμασία ἔσται ἐπ' αὐτοῖς; fortassis in V. L. adest emendatio Graeca pro ὡς λίθος ἰσχὺς δοκιμασίας ἔσται ἐπ' αὐτοῖς). — Suffragatur lectioni ἰσχύς etiam correctura ἰσχύος, quam exhibent Sah., Arm., codd. 23, 253.

22. σοφία γὰρ κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς ἐστιν.

„Sapientia enim doctrinae secundum nomen est eius."

In explorando loci nostri textu primigenio Hebraico, in quo paronomasiam exstitisse non est in occulto (cf. 43, 8a *H* secundum notam marginis et 46, 1), iam antiquitus se discruciarunt libri nostri commentatores,***) sed usque ad hoc tempus aenigma istud

---

*) Vide et Fritzsche ad l. n.: „Der Vergleichungspunkt liegt in dem Schweren, Lastenden;" idem sensit Aeth., cum 21a sic transferat: „Sicut lapis probationis, cum ipsum sustulerint, gravis erit illi."

**) ἰσχύς = „onus"; cf. ad hanc vocem Gen. 41, 31: ἰσχυρὸς (כָּבֵד) γὰρ ἔσται σφόδρα (sc. ὁ λιμός).

***) Quorum varias opiniones, ne longior sim, missas hic facio, praesertim cum optime eas recenseat Fritzsche in commentario suo pag. 39. Ubi addas coniecturas hasce:

a) Horowitz (Monatsschrift für Geschichte und Wissenschaft des Judentums vol. XIV pag. 197) suspicatur comma 22a sincere Hebraice ita sonuisse: ההכמה רק בְּשָׁמָה היא לו = „sapientia tantum nomine est illi", i. e. ipsam ὁ ἀκάρδιος nonnisi fama novit nec vero possidet.

b) Bickell (Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes VI pag. 89) pro κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς coniecturâ proponit legendum כְּשִׂמָּה [= כְּסִימָה (cf. marg. ad *H* 40, 18; 41, 12 et 14) = sicut thesaurus (absconditus)].

c) Ball: „according to her name". Heb. נֶעֱלָמָה Job 28, 21, which has been corrupted to כְּשָׁמָה „like her name".!!

d) N. Peters (Tübinger theologische Quartalschrift anni 1898 pagg. 94 sqq.) hanc loci nostri formam emendatam suadet: σοφία γὰρ κατὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ sc. Κυρίου ἐστίν (pro כְּשָׁמָה enim legi debuisse כְּשֵׁמָה, quod substitutum sit pro כשם יהוה).

etymologiae nondum enodarunt. Ingenue fatetur ipse Edersheim: „It seems impossible by any critical ingenuity to explain the first clause of this verse, since there is not any Hebrew or Greek word, which would admit of a play upon the word „wisdom". We must therefore suppose the Hebrew text to have been corrupted or misread." — P: ܫܡܗ ܐܝܟ ܡܠܦܢܘܬܗ (= „nomen eius" sc. sapientiae „est sicut disciplina eius" sc. sapientiae) parum nobis hic opitulatur, comprobat tamen elocutionem Veteris Latinae „sapientia doctrinae" ex Hebraico fonte ortum ducere. — Sola versio Latina omni molestia nos liberat, sed incertus sum, an pro termino „sapientia doctrinae" (= σοφία παιδείας) rectius legatur παιδεία σοφίας (cf. etiam P et Prov. 15, 33 M.T.), qui apud auctorem nostrum solet esse ordo verborum (23, 2 παιδεία σοφίας; 39, 8 παιδεία διδασκαλίας; 50, 27 παιδεία συνέσεως). Quae si conceduntur, hanc esse loci nostri veram lectionem atque explanationem iudico: παιδεία (מוּסָר) σοφίας κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς (sc. τῆς παιδείας) ἐστιν, i. e. ipsa est מוּזָר (a radice זור), „plurimis nova atque inaudita." Componas cum hoc זָר Is. 28, 21 (Vulg. „alienum") et מוּזָר Ps. 69 (68), 9 (LXX ἀπηλλοτριωμένος), ubi utraque vox verbo נָכְרִי parallelismo aequatur.

24. τοὺς πόδας σου. — Numerum singularem habent V. L. et Arm.

29. καὶ ἔσονταί σοι αἱ πέδαι εἰς σκέπην ἰσχύος.

V. L. „et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis et bases virtutis."

Verba ultima, quae a G absunt, quandam similitudinem habent cum P 29a:

ܘܢܗܘܝ ܠܟ ܡܪܬܝܗ ܡܫܪܝ ܚܝܠ

= „et erunt tibi retia illius sedes fortis", ita ut dubitatio facilis sit, an in V. L. duae lectiones associentur.

30. καὶ οἱ δεσμοὶ αὐτῆς κλῶσμα ὑακίνθινον.

V. L. „et vincula illius alligatura salutaris".

Magnopere ac mire hic in V. L. variatur lectio. Pro „alligatura salutaris" habent

a) „netura salutaris"*) codex α et manuscriptum E 26 inf. bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis,

---

*) Cod. Malmundariensis teste Luca Brugensi (pag. 239) habet „fila iacinthina, natura salutaris"; aperte „natura" est mendum pro „netura." Similis lectionum varietas adest in Pseudo-Cypr. de aleatoribus c. 2 ed. Hartel (Corp.

b) „nectura salutaris“ cod. ϑ et Rabanus Maurus. Quae vox cum a regula discedat,*) qua substantiva in „= ura“ desinentia a supino derivantur (cf. iactura, mixtura, tinctura etc.), quidam substituerunt:

c) „nexura salutaris“, ut legitur in cod. γ. — Denique duplici translatione habent:

d) „fila hyacinthina, netura salutaris“ codex Parisinus 9380 atque manuscriptum, quod asservatur in ecclesia urbis du Puy,

e) „fila hyacinthina, alligatura salutaris“ prima manu codices Parisini 11505 ac Divodurensis 7 etc. Quod in plurimis scriptis Latinis postmodum correctum est in „fila hyacinthina ac ligatura salutaris.“

E tanta textus varietate certe verba „fila hyacinthina“ (= κλῶσμα ὑακίνθινον) tanquam additamentum e G postea in V. L. illatum auferenda sunt. Lectio „alligatura salutaris“ vero occasione vocis insuitatioris atque alienioris „necturae“ enata esse videtur. Textum absque dubio germanum Veteris Interpretis Latini esse „et vincula illius netura salutaris“ persuasum mihi habeo. Termini enim „necturae“ (= nexurae) hic facilioris ansam praebuit vox praevia „vincula.“ Ut autem „*ne*tura salutaris“ [G vero κλῶσμα ὑακίνθινον] praeferatur lectioni „*nec*turae salutaris“, suadet antithesis „decor vitae“ [G vero κόσμος χρύσεος], in qua V. L. similiter nonnisi una voce a Graeco vulgari differre videmus.

32. καὶ ἐὰν δῷς τὴν ψυχήν σου. — V. L. „et si accommodaveris animum tuum“ (sed cum γ, ϑ, Spec.[1] 124, 23, Brev. 520 scribe „animam tuam“). V. L. lectioni procul dubio genuinae καὶ ἐὰν ἐπιδῷς τὴν ψυχήν σου (sic codices plurimi Graeci) adstipulari videtur; ad V. L. enim cf. 38, 34 (39 V. L.).

34. καὶ τίς σοφός, αὐτῷ προσκολλήθητι. — V. L. „et sapientiae illorum ex corde coniungere“ (vitiose καὶ τῇ σοφίᾳ αὐτῶν etc.).

35. παροιμίαι συνέσεως. — V. L. („proverbia laudis“) legit

---

script. eccl. Lat. III appendix) pag. 94, 11, ubi pro „*n*étorem“ codd. D, Q[1] habent „*ne*turam“; Q[2], T „*na*turam“ (vide Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik I Lipsiae 1884 pag. 70).

*) Ad vocem „necturae“ (= nexurae) cf.: „plectura“ [= plexura, in Magni Felicis Ennodii dictione I (Corp. script. eccl. Lat. VI 425, 3)] „flectura“ [= flexura; vide manuscripta ad Acronis commentarios in Horatii Flacci carmen I 25, 10 (ed. F. Hauthal, Berolini 1864 I pag. 99)].

varietate mere Graeca παροιμίαι αἰνέσεως. P cum Sixtina consentit: „parabolae sapientium."

37. μελέτα διὰ παντός = הֲגֵה תָמִיד?

V. L. „maxime assiduus esto" = לַעֲמֹד *) הַשְׁגֵּה?

στηριεῖ = יְתַכֵּן **) [P ܢܫܦ]; V. L. „dabit" = יִתֵּן. —

σου post σοφίας omittunt V. L., Sah., Arm., Aeth., S.H., codd. ℵ, A, C, 70, 106, 155, 157, Co., sed haud dubie falso, cum praetermisso illo pronomine lectio facilior videatur. Elocutionem ἡ ἐπιθυμία τῆς σοφίας σου Hebraismum esse interpretor pro id, quod Germanica lingua sic reddatur: „dein weises Verlangen", i. e. quidquid ut concupiscas, sapientiâ tuâ impelleris.

VII.

1. Μὴ ποίει κακά, καὶ οὐ μή σε καταλάβῃ κακόν.
2. Ἀπόστηθι ἀπὸ ἀδίκου, καὶ ἐκκλινεῖ ἀπό σου.

V. L. „Noli facere mala, et non te apprehendent.
Discede ab iniquo, et deficient mala abs te".

Latinum translatorem vocem κακόν (cod. 248 κακά) versus 1 in fine versus 2 deprehendisse apparet, nec legit in clausula versus 2 κακία cum manuscripto 106 (quod tamen ipsum quoque in fine versus 1 habet κακόν), cum vocem hanc Graecam Latinus interpres verbo „malitiae" vertere soleat.

3. Υἱέ, μὴ σπεῖρε ἐπ' αὔλακας ἀδικίας,
καὶ οὐ μὴ θερίσῃς αὐτὰς ἑπταπλασίως.

V. L. „Fili, non semines mala in sulcis iniustitiae,
et non metes ea in septuplum".

Vocem „fili" a V. L. initio afuisse docent codd. α, γ, ϑ, κ^{1}, τ, Spec.^{1} 125, 9, Brev. 235; etiam P et Aeth. illam ignorant.

Pro αὐτάς V. L. cum S.H. et codd. ℵ, A, C, 55, 106, 155, 157, 248, 253, 254 legit αὐτά (quod in V. L. ad additamentum praevium „mala" referri debet, quo ceteri testes carent). Sed ita a lectione recepta haud dubie genuina recessum est, quia elocutio θερίζειν αὐτάς (sc. αὔλακας) minime tolerari posse videbatur. At pro tali loquendi ratione consideres Job 24, 6a LXX ἀγρὸν πρὸ ὥρας οὐκ αὐτῶν ὄντα ἐθέρισαν et Job 24, 6b M.T. וְכֶרֶם

*) Cf. ad 41, 6 ἐνδελεχιεῖ, quod fuisse יַעֲמֹד infra probabimus.

**) Cf. Ps. 75 (74,) 4: תְּכוֹנְנְתִּי LXX ἐστερέωσα.

רָשָׁע יַלְקְשׁוּ = „et vineam impii vindemiant.“ Lectionem αὐτάς defendit et P: ܘܠܐ ܬܫܒܘܩ ܠܗ ܒܫܒܥ ܙܒܢ ܐܠܐ ܒܫܒܥ ܙܒܢ (= „ne severis in sulcum peccati, ne illum metas septies tantum“), ubi suffixum ـهـ nonnisi ad ܚܛܝܬܐ referri potest.

4. παρὰ Κυρίου (= מֵאֲדֹנָי); ita et P ܡܢ ܡܪܝܐ. V. L. „a domino“, sed fortasse sincera Latini interpretis translatio est lectio codicum α, γ, ϑ, κ¹, Speculi¹ 125, 10, Breviarii 235 (vide et Spec.² 568, 23) „ab homine“ = מֵאָדָם. Compara cum his 1 Sam. 17, 32, ubi pro M.T. לֵב־אָדָם a LXX (καρδία τοῦ κυρίου μου) lectum est לֵב־אֲדֹנִי.

6. μὴ οὐκ ἐξισχύσεις ἐξᾶραι ἀδικίας. — Meliorem sensum gignit V. L. „nisi*) valeas virtute irrumpere iniquitates“. Sic etiam P: ܐܠܐ ܐܢ ܐܝܬ ܒܟ ܚܝܠܐ ܕܬܫܒܘܩ ܠܗ (= „nisi inest tibi vis ad abolendam iniquitatem“). Similiter habet Chrys. hom. 2 in Tit. 1 (Migne Gr. 62, 673): μὴ ζήτει γενέσθαι κριτήν, εἰ μὴ ἰσχύεις ἐξᾶραι ἀδικίαν. Cf. etiam Mon. serm. 154 pag. 543 .... εἰ μὴ ἰσχύεις ἐξᾶραι ἀδικίας. Lectionem μὴ οὐκ emendatione enatam esse atque antiquitus καὶ οὐκ (= codd. 248, 296, 307, 308) sonuisse opinor, ita ut locus noster sic accipi debeat: „Ne studeas fieri iudex, cum non (וְלֹא) valeas ad auferendas iniquitates.“

8. Μὴ καταδεσμεύσῃς**) δὶς ἁμαρτίαν. — V. L. „neque alliges duplicia peccata“. Similiter correctura depravatus versus noster citatur in Mon. serm. 24 pag. 71: μὴ καταδεσμεύσῃς δισσὰς ἁμαρτίας.

9. V. L. et Arm. ordinem stichorum 9 et 10 invertunt, sed versus nonus aptius quam decimum sequitur octavum, quocum arcto nexu cogitationum coniungitur.

προσδέξεται. — V. L. „munera mea suscipiet“; genuine „suscipiet munera mea“ (= α, γ, ϑ, Spec.¹ 125, 20). Cf. codd. 70, 106, Fr. προσδέξεταί + μου τὰ δῶρα (S.H. et cod. 253 τὰ δῶρά μου).

---

*) vetuste fortasse „nisi si“ = α, ϑ, κ¹, Spec.¹ 125, 13.

**) Legitne G (καταδεσμεύσῃς) vitiose formam radicis חבשׁ pro radice חשׁב („ne excogitaveris“), an verbum καταδεσμεύσῃς explicabimus secundum Is. 5, 18: „vae trahentibus iniquitatem in funibus mendacii et quasi in fune plaustri peccatum“, i. e. vae iis, qui magno studio iniquitatem agentes se ipsos quasi alligant perversitati? Quibuscum componas verba haec Pseudo-Basilii in Isaiam prophetam (Migne Gr. 30, 400): Οἱ ἁμαρτάνοντες δεσμοὺς ἑαυτοῖς καὶ σχοινία οἷς δεδέμεθα κατασκευάζομεν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πλήθους ἢ μεγέθους τῶν ἁμαρτημάτων ἢ μείζονα ἢ μικρότερα ἑαυτοῖς τῶν ψυχῶν τὰ δεσμὰ πλέκοντες.

10. Μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῇ προσευχῇ σου. — V. L. „Noli esse pusillanimis in animo tuo“ (sed α, γ, ϑ, $κ^{1}$, τ, Spec.[1] 125, 18, Spec.[2] 406, 14, Brev. 235 „in anima tua“). Interpres noster pro προσευχῇ perperam legit ψυχῇ, quod mendum syllaba προσ- compendios scripta atque voce ὀλιγοψυχήσῃς praevia videtur fuisse facile.*)

καὶ ἐλεημοσύνην ποιῆσαι μὴ παρίδῃς.

V. L. „exorare et facere eleemosynam ne despicias“. Erronee libri nostri enarratores verbum „exorare“ translationem termini praecedentis ἐν προσευχῇ σου (10a) esse arbitrati sunt. At vocis illius, quam G ignorat, vestigium superesse in P 10b opinor, ubi hic textus amplior habetur:

ܘܠܐ ܬܒܛܠ ܠܐ ܒܥܠܬܐ ܘܠܐ ܒܥܠܬܐ ܕܚܒܪܟ ܘܥܡܝܪ:

= „neve cohibearis ab eleemosyna neve cuncteris exsequi mandatum“. — Unde *g* („exorare“ = ἐξιλάσασθαι) praeter G hic formam radicis כפר deprehendisse colligo, pro qua P legerit פקד.

13. ὁ γὰρ ἐνδελεχισμὸς αὐτοῦ οὐκ εἰς ἀγαθόν. — V. L. „Assiduitas enim illius non est bona“ (deleas „est“, cum desit in α, γ, Spec.[1] 125, 24, Spec.[2] 480, 2 sq.); etiam P ignorat εἰς.

15. ἐπίπονον ἐργασίαν. — V. L. „laboriosa opera“; rectius τ „laboriosam operam“. Vide etiam infra ad 9, 17 et 37, 16.

16. ἁμαρτωλῶν. — V. L. „indisciplinatorum“ (= ἀπαιδεύτων). Peccatoris et indisciplinati hominis notiones sacrorum auctorum mente ita inter se affines sunt, ut saepenumero a LXX altera pro altera usurpetur; cf.

אֱוִיל: LXX Prov. 1, 7 ἀσεβής,

כְּסִיל: LXX Prov. 1, 32 et 3, 35 et 13, 19 ἀσεβής,
Prov. 26, 3 παράνομος.

17. Verba μνήσθητι ὅτι ὀργὴ οὐ χρονιεῖ ut cum V. L., S.H., Sah., Arm., Aeth., codd. א, A, 23, 55, 106, 155, 157, 248, 253, 254, 296 commati ταπείνωσον σφόδρα τὴν ψυχήν σου praemittamus, cum multitudo testium, tum parallelismus vel series sententiarum admonet. Cum enunciatum 16a a verbis ΜΗΠΡΟΣΛΟΓΙΖΟΥ σεαυτόν incipiat, comma 16b (ΜΝΗCΘΗΤΙΟΤΙ ὀργὴ οὐ χρονιεῖ) in codice per stichos scripto facile oculis librariorum praeteriri potuisse videtur (verisimile hoc redditur manuscripto 70, quod ipsum

*) Adnotare iuvat contrarium vitium occurrere in Ps. 87 (88), 15 LXX, ubi pro נַפְשִׁי τὴν ψυχήν μου quidam testes habent τὴν προσευχήν μου, sed causa huius mendi hemistichium antecedens καὶ τὸ πρωὶ ἡ προσευχή μου προφθάσει σε fuisse videtur.

missum facit), ita ut postmodum in margine adnotatum alieno loco in textum inveheretur.

18. Μὴ ἀλλάξῃς φίλον ἕνεκεν ἀδιαφόρου,
μηδ' ἀδελφὸν γνήσιον ἐν χρυσίῳ Σουφείρ.
V. L. „Noli praevaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem charissimum auro spreveris".

In priore hemistichio Veteris Latinae cum codicibus α et ϑ sincere legitur: „pecuniâ differenti". Pro μὴ ἀλλάξῃς (אַל־תָּמַר a radice מור) *g* (V. L. „noli praevaricari") legit אַל־תָּמָר a radice מרה. — Verbis „pecuniâ differenti" inest duplex translatio, cum διάφορον idem hic valeat ac „pecunia". Videas enim pro huiusmodi vocis διάφορον usu 2 Macc. 1, 35: πολλὰ διάφορα ἐλάμβανε (cod. 55 χρήματα pro διάφορα); ibd. 3, 6: ὥστε τὸ πλῆϑος τῶν διαφόρων ἐναρίθμητον εἶναι (cod. 55 τῶν χρημάτων pro τῶν διαφόρων). Eadem vox sincere in textu Graeco Ecclesiastici legitur 27, 1; 31 (al. 34), 5; 42, 5; vide praeterea infra ad (10, 8 V. L.). Pro ἀδιαφόρου ergo Sixtinae loco nostro reponamus διαφόρου, quia et cum P 18a congruit (لا تشكك نفسك حمعمعط „ne permutaveris amicum divitiis") et ad parallelismum (ἐν χρυσίῳ Σουφείρ 18b) optime quadrat. Neque enim assentior Schleusnerio (Nov. thesaur. phil.-crit. I 51), qui voci ἀδιάφορον rem indifferentem atque apud philosophos Graecos quod nec bonum nec malum sit designanti inde facili cogitandi nexu significatum pecuniae ac divitiarum assignari posse coniectat; quod certis exemplis aliunde allatis comprobare nequit. — ἕνεκεν διαφόρου legit etiam Arm. atque optime transtulit („pro) pecunia" ընդ կարաւոյ. — Eadem lectione Graeca nititur textus Sah. ⲉⲧⲃⲉ ⲟⲩⲙⲛ̄ⲧⲙⲁⲓⲱⲱⲃⲉ (= „amore differentiae" seu „mutationis"!).

Ad verba „fratrem charissimum" (ἀδελφὸν γνήσιον) cf. Tit. 1, 4 (γνησίῳ τέκνῳ) Vulg. „dilecto filio." — („neque . . . .) spreveris" an ex alia lectione Hebraica = תְּחָרֵף (אַל־) processerit, quam *g* pro אוֹפִיר (אוֹפֶר, אוֹפִיר) repererit, incertus sum.

21. Οἰκέτην συνετὸν ἀγαπάτω σου ἡ ψυχή.
V. L. „Servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua" (verba „sit tibi" missa fac cum α, γ, Spec.[1] 126, 2).
g (= V. L.): οἰκέτης συνετὸς ἀγαπητὸς ὡς ἡ ψυχή σου (= נַעֲהָב כְּנַפְשֶׁךָ).
cf. P حِبْ عبدا عاقلا مثل نفسك
(= „servum sapientem sicut animam tuam dilige").

Praestat lectio *g* vel P; particulam enim comparativam בְּ literâ ב praeviâ facile excidere potuisse in promptu est.

23. καὶ κάμψον ἐκ νεότητος τὸν τράχηλον αὐτῶν. — V. L. „et curva illos a pueritia illorum." Cum V. L. conveniunt verba Clementis Alexandrini in paedag. 1, 9 (Migne Gr. 8, 340); hic quoque αὐτὰ habet pro τὸν τράχηλον αὐτῶν: „Τέκνα σοί ἐστι, παίδευσον αὐτὰ . . . καὶ κάμψον αὐτὰ ἐκ νεότητος αὐτῶν."

26. (= 28. V. L.). V. L. + „et odibili non credas te". Similiter et in quibusdam codicibus Graecis textus hic est auctior Sixtino; addunt enim post v. 26

cod. 23: καὶ μισούσῃ σε μὴ ἐμπιστεύσῃς σεαυτόν.
codd. 70 et 248: μισουμένῃ δὲ μὴ ἐκδῷς σεαυτόν.
codd. 106 et 307: μισουμένῃ δὲ (307 καὶ μισουμένῃ) μὴ ἐμπιστεύσῃς σεαυτόν.
S.H.: καὶ μισούσῃ σε μὴ ἐμπιστεύσῃς μηδέν.

Quod colon*) ut recipiamus, flagitat parallelismus membrorum in textu recepto male interruptus. Ad hoc Hebraicam eius originem probat P 26b: ܘܐܢ ܪܫܝܥܬ ܐܝܟ ܠܐ ܬܗܝܡܢ ܠܗ ܘܠܐ = „et si est impia, ne credideris ipsi".

Restat, ut de vera effati illius forma Graeca disseramus:

a) μισούσῃ σε (= S.H., codd. א², 23) aperte est correctura pro μισουμένῃ; quae elocutio illustrari videtur termino שְׂנוּאָה Prov. 30, 23 (Symm. γυνὴ μισουμένη, LXX μισητὴ γυνή), ubi denotari feminam, quae maritum non invenit (Hitzig „ein sitzen gebliebenes Frauenzimmer") probabilior sententia fert.

b) Pro μὴ ἐκδῷς sinceram lectionem esse μὴ ἐμπιστεύσῃς ex P sat apparet. Male quidam testes in fine addunt σεαυτὸν; considera enim, quae de voce ἐμπιστεύειν ad 1, 15 admonuimus (pag. 48). — Sic ergo textum Graecum versus 26b legas: καὶ μισουμένῃ μὴ ἐμπιστεύσῃς.

28. μνήσθητι, ὅτι δι' αὐτῶν ἐγενήθης.

V. L. „Memento, quoniam nisi per illos natus non fuisses." Vocem „natus" in V. L. postea esse additam docent codd. α, γ, κ¹, Spec.¹ 126, 11, a quibus non agnoscitur. Cum V. L. compara P:

*) Cod. א¹ in fine versus 25 adiungit: καὶ μισουμένῳ (א² μισούσῃ σε) μὴ ἐμπιστεύσῃς σεαυτόν, quae post v. 26 reici merito vult א². Etiam in textu Sahidico versui 25 similia quaedam adnectebantur; ⲟⲩⲙⲓⲥⲉ enim, quod Lagarde in codice lacunis scatente ibi deprehendit nec, quid sibi vellet, intellexit, ⲟⲩⲙⲓⲥⲉⲧⲉ completum sonat. Sic e. g. 20, 15 μισητός ab interprete Sahidico vertitur ⲟⲩⲙⲓⲥⲉⲧⲉ.

اليوم وانت لا يعني لا اسلم

(= „memento, nisi illi essent, te non fore"). — Similiter colon nostrum a Sahidico transfertur:

ⲁⲣⲓⲡⲙⲉⲉⲩⲉ ⲍⲉ ⲛ̄ⲥⲁ ⲃ̄ⲗ̄ⲗⲁⲩ ⲛⲉⲕⲛⲁⲱⲱⲡⲉ ⲁⲛ ⲡⲉ.

29. θαύμαζε [= וַיִּקַּר*); cf. P]; V. L. „sanctifica" (= קַדֵּשׁ).

30. ἐν ὅλῃ δυνάμει. — V. L. „in omni virtute tua"; sed ^ „tua" in γ, τ, Spec.[1] 126, 13.

31. Φοβοῦ τὸν Κύριον καὶ δόξασον ἱερέα,
καὶ δὸς τὴν μερίδα αὐτῷ καθὼς ἐντέταλταί σοι,
ἀπαρχὴν καὶ περὶ πλημμελείας καὶ δόσιν βραχιόνων
καὶ θυσίαν ἁγιασμοῦ καὶ ἀπαρχὴν ἁγίων.

V. L. „Honora Deum ex tota anima tua et honorifica sacerdotes et propurga te cum brachiis.

Da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum et purgationis, et de negligentia tua purga te cum paucis.

Datum brachiorum tuorum et sacrificium sanctificationis offeres Domino et initia sanctorum."

Ad hunc locum Latine iteratis translationibus valde deformatum haec commemorare lubet:

a) Pro „illis" scribas „illi" (= α, ϑ, κ[1], τ); „tua" post vocem „negligentia" omittas cum α, γ, ϑ, κ[1]; item inferius missum facias „Domino et" cum α, γ, τ; denique pro „offeres" initio exstitisse „offers" (= „offer"; vide ad 5, 11) docet cod. γ.

b) „Honora" pro φοβοῦ adest etiam in P ( ).

c) ἱερέας (= V. L., Sah., Arm.) esse correcturam pro ἱερέα admonet sequens αὐτῷ („illi", ⲛⲁϥ; Arm. vero habet „illis").

d) Commatis „et propurga te cum brachiis" iteratam lectionem continent verba mox sequentia „et purga te cum paucis", ubi βραχίοσιν falso a comparativo βραχίων derivatur, vel perperam βραχέσιν lectum est. Priorem translationem genuinam duco propter verbum „propurgare", quod de stilo Veteris Interpretis rariorum vocum amantis esse videtur; neque enim, quod sciam, usquam illud deprehendimus nisi loco hoc et in notis Tironianis 120 et in Pseudo-Cypriani de XII abusivis saeculi c. 5 (Corp. script. eccl. Lat. III appendix 158, 20; cf. Thielmann VIII 524 sub linea). Praeterea vel maxime de voce „propurgare" valere mihi videtur, quod Thielmann VIII 542 de usu verborum compositorum in Vetere

*) Compara huc Lev. 19, 15 M.T. לֹא תְהַדַּר, LXX μὴ θαυμάσῃς (Perles, Revue des Études juives XXXV pag. 53).

Latina libri Ecclesiastici disserte exponit. — Sat ergo liquet etiam comma „et datum brachiorum“, cui male additur „tuorum“, e Vetere Latina loci nostri infra eliminandum esse. — Difficultatem vero nobis facessunt verba „et propurga te cum brachiis“ eo, quod brachiorum (βραχιόνων שִׁלְמִים, זְרוֹעוֹת), quantum novi, nonnisi in sacrificiis pacificis (שִׁלְמִים) fit mentio; quae primario non purgant peccata, sed integritatis statum iam requirunt. Quare necesse videtur, statuamus hic mendum translatoris *g*, qui haud scio an legerit ב״ז vel ב״ש (*) הִתְבָּרַר pro ז״ vel ש״ (**) הִתְנַדֵּב = „et offer brachia“ (cf. in G καὶ δόσιν βραχιόνων).

d) V. L., cum post ἐντέταλταί σοι propter sequens καί legerit ἀπαρχῆς („primitiarum“), simili vitio laborat, quo omnes fere libri nostri textus (ἀπαρχήν). Interpretandum enim hic est καθὼς ἐντέταλταί σοι ἀπ᾽ ἀρχῆς (cf. Swete). Gratum atque acceptum mihi erat haecce Drusium ad terminum ἀπαρχὴν ἁγίων (vide clausulam versus nostri) commemorantem deprehendere: „Illud vero permirum mihi videtur, cur nunc dicat „primitias sanctorum“, cum ante dixerit „primitias“ simpliciter. An legendum „primitias, primitias“, inquam, „sanctorum“? Aut erant primitiae aliquae, quae usui sanctorum i. e. sacerdotum non cedebant? Juva me hic, lector, si aliquid legisti aut observasti, quod huc facit, iudicio tuo“.

e) Pro καὶ καθαρισμόν Latinus interpres mendose legit καὶ καθαρισμοῦ. Immerito Lesètre terminos „purgationis“ et „de negligentia“ eiusdem elocutionis (περὶ πλημμελείας) iteratam translationem Veteris Latinae declarat. Sed περὶ πλημμελείας in textu originali libri nostri אָשָׁם sonuisse, καθαρισμόν vero voci חַטָּאת respondere crediderim, quam *g* in Hebraico praeter G repererit.

f) „et sacrificium sanctificationis offers initia sanctorum.“ Si terminum sacrificii proprio sensu***) accipimus, „initia“ hic nonnisi de oblatione, cuius mentio fit Lev. 2, 14, et de manipulo spicarum die secundo Paschae offerendo (Lev. 23, 10sq.) et de duobus panibus primitiarum in festo Pentecostes consecrandis intelligi posse

---

*) a radice ברר.

**) a radice נדב, ita ut hic de sacrificiis pacificis sponte oblatis cogitare debeamus.

***) Cf. V. Thalhofer: Die unblutigen Opfer des mosaischen Cultes etc., Ratisbonae 1848 pagg. 19 et 186sqq.

videtur, cum רֵאשִׁית in sacris Scripturis sensu liturgico, quantum scio, non complectatur primogenita animalium, sed fere de primitiis eorum, quae humus procreat, usurpetur (P ܒܟܪܐ ܘܫܬܐ). Ne vero sensus loci nostri in angustias compellatur, praeplacet mihi lectionem vulgarem Graecam retinere: καὶ θυσίαν ἁγιασμοῦ καὶ ἀπαρχὴν ἁγίων. Θυσίαν ἁγιασμοῦ, quod Hebraice*) מִנְחַת מִקְדָּשׁ fuisse suspicor, sacrificium incruentum rerum Deo consecratarum, ἀπαρχὴν ἁγίων vero primitias frugum Domino sanctificandas interpretor [= קֳדָשִׁים**) רֵאשִׁית].

His igitur de loco nostro expositis Veterem Latinam, si quid valet iudicium meum, hic ita emendatam legendam propono:

„Honora Deum ex tota anima tua et honorifica sacerdotem
et offer brachia.
Da illi partem, sicut mandatum est tibi antiquitus,
purgationem et de negligentia
et sacrificium sanctificationis et initia sanctorum."

34. Μὴ ὑστέρει ἀπὸ κλαιόντων. V. L. +„in consolatione"; codd. vero α, γ, τ +„in rogatione"; Spec.[1] 126, 18 et Spec.[2] 636, 10 +„in conrogatione" [= cum te corrogaverint***)], quam vocem veram Veteris Interpretis lectionem hic esse probat (32, 3 V. L.), praesertim cum substantivum Latinum „corrogationis" usu rarissimum nonnisi in Vetere Latina libri Ecclesiastici deprehendi videatur.

πένθησον [= הִתְאַבֵּל; cf. P ܐܬܐܒܠ ܐܒܠ]; V. L. „ambula" [= הִתְהַלֵּךְ†) vel הִתְהַלָּךְ].

36. ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις σου (= בְּכָל־דְּבָרֶיךָ). V. L. „in omnibus operibus tuis" (= בְּכָל־עֲבָדֶיךָ). Cum V. L. cf. P ܒܟܠ ܥܒܕܟ.

VIII.

2. Μήποτε ἀντιστήσῃ (= יקביל?) σου τὴν ὁλκήν.
V. L. „ne forte contra te constituat litem tibi".

---

*) Cf. מִקְדָּשׁוֹ Num. 18, 29.

**) Cum hac elocutione compares 2 chron. 31, 6: מַעֲשַׂר קָדָשִׁים הַמְקֻדָּשִׁים לַיהוָה אֱלֹהֵיהֶם.

***) corrogare = ἐρανίζειν, συνερανίζειν, precibus colligere; cf. C. Plinii Caecilii Secundi ep. 2, 14, 9: „auditores corrogare".

†) Buhlio iudice („Kanon und Text des Alten Testamentes", Lipsiae 1891 pag. 207) etsi non certum, tamen verisimile est in codicibus Hebraicis, quos LXX ad manus habuerint, literas finales non esse usurpatas.

Vetustam Veteris Latinae formam codd. α, γ (primaque manu) κ^1, Spec.^{1} 126, 23sq. asservare opinor: „ne forte contra consistat litem tibi". P 2b: ܡܫܩܠ (יִשְׁקֹל =) ܢܫܩܠ ܕܠܡܐ (= „ne forte penset pondus tuum") probabilitatem conciliat pro σου τὴν ὁλκήν Hebraice scriptum fuisse מִשְׁקָלְךָ (cf. et Gen. 24, 22; Num. 7, 13. 19. 25. etc.). Discrimen vero, quod hic intercedit inter G et V. L., quae hoc loco vocem Graecam μάχην reddere videtur [cf. (28, 10 et 11 et 13 V. L.)], an ex Hebraica varietate ortum trahat, haereo (μάχη = *g* = מִשְׁפָּט?). — Verba Graeca vulgaria etsi accipi possunt sic: „ne forte tuum pondus opponat" sc. τῇ ἑαυτοῦ ὁλκῇ (Wahl),*) ita ut illius praeponderet tuo, tamen si, quantopere in versu nostro dilucidando offenderint enarratores acrius perpenderis,**) merito suspectam habebis lectionem G. Cui qui anteponatur, dignus est textus Veteris Latinae. Neque tamen ipsum neque P sinceram Siracidae lectionem hic exhibere existimo, quam hanc fuisse in suspicionem mihi venit:

פֶּן־יִקַּל בְּךָ מִשְׁקָלְךָ

= „ne penes te pondus tuum levius sit".

Quae tropologia optime illustratur iis, quae apud Dan. 5, 27 referuntur. Cf. etiam Ps. 62 (61), 10: בְּמֹאזְנַיִם לַעֲלוֹת (בְּנֵי־אִישׁ) = „(filii hominum) in statera in altum attolluntur."

καὶ καρδίας βασιλέων ἐξέκλινεν.

V. L. „et usque ad cor regum extendit et convertit". (Particula „ad" a V. L. genuine abesse videtur; ∧ enim in codd. α, γ, Brev. 701).

a) Ut P 2bβ ܘܥܕ ܠܒܐ ܕܡܠܟܐ ܐܦ ܡܫܓܐ ܗܘ (= „atque vel etiam cor regum stultum reddit") mihi subicit, *g* aeque ac P in textu Hebraico absque G legit עַד, quae particula cum „usque ad", tum „vel etiam" designat.

b) Verbis „extendit et convertit" duplex textus Hebraici lectio contineri videtur. Quod si enim ἐξέκλινεν forma quadam radicis שטה niti suspicari licet***), „extendit" Hebraice verbo שָׁטָה reddidum fuisse auguror.

*) Clavis librorum Veteris Testamenti apocryphorum philologica, Lipsiae 1853, pag. 47.

**) Baduellus (in „Criticis sacris"): „Ne forte attrahat contra pondus tuum". Bretschneider: „ne forte pondus tuum impugnet, infirmet".

Fritzsche: „dass er nicht etwa entgegenstellt gegen dich das Gewicht, nämlich das er an Geld hat."

Ball: „lest he makes thy weight to rise" etc. etc.

***) Cf. S.H. ܐܫܛܐ; 9, 9 P ܢܫܛܐ pro ἐκκλίνῃ.

Quare V. L. sic emendate legendam duco:

„et usque cor regum extendit“,

sed magis mihi arridet hoc:

„ac vel etiam cor regum convertit“.

S.H. habet καὶ ἕως καρδίας βασιλέων ἐξέκλινεν, ut censeo, varietate textus nonnisi in Graeco enata.

4. ἵνα μὴ ἀτιμάζωνται οἱ πρόγονοί σου.

V. L. „ne male de progenie tua loquatur“.

Latinus interpres sermonem Graecum imitatus vocem „progeniei“ sensu alieniore ac fere contrario notioni eius vulgari (= posteri, suboles) adhibuit. Vide Thielmann Archiv I 81, qui huc comparat Terent. Phormionis 3, 2 (al. 2, 3), 48:

„Primus esses memoriter

Progeniem vostram usque ab avo atque atavo proferens.“

Huiusmodi vocis „progeniei“ usus rarior illustratur etiam codice Cantabrigiensi (Evangeliorum et Actorum ed. Kipling, Cantabrigiae 1793) in Act. apost. 15, 21: „ex progeniebus antiquis“ (Graece: ἐκ γενεῶν ἀρχαίων; Vulgata: „a temporibus antiquis“).

5. μνήσθητι, ὅτι πάντες ἐσμὲν ἐν ἐπιτιμίοις.

V. L. „memento, quoniam omnes in correptione sumus“.

(Cod. γ, Spec.[1] 127, 4, Spec.[2] 624, 10, Brev. 702 retinent ordinem verborum, qui est in Graeco: „sumus in corr.“).

„in correptione“ = ἐν ἐπιτιμίᾳ; cf. Sap. 3, 10 ἕξουσιν ἐπιτιμίαν, V. L. „correptionem habebunt.“ Eadem vox Graeca occurrit in 2 Cor. 2, 6, ubi Vulg. vertit „obiurgatio“; sed apud L. Ziegler: Italafragmente der Paulinischen Briefe etc., Marburgi 1876 pag. 39 hanc translationem istius loci reperi: „Satis est huiuscemodi correptio haec, quae a multis“. Pro vocis ἐπιτιμία notione afferre iuvat haec, quae ad 2 Cor. 2, 6 adnotantur in commentario H. A. W. Meyerii (ed. VII curavit G. Heinrici, Gottingae 1890 pag. 53): „ἡ ἐπιτιμία (welches bei Classikern die freie Bürgerwürde bezeichnet, Dem. 230, 10 al.) in der Bedeutung poena wie τὸ ἐπιτίμιον (Dem. 915, 1; 939, 27 al.), ἡ ἐπιτίμησις (Sap. 12, 26) und τὸ ἐπιτίμημα (Inscr.) kommt im N. T. nur hier, sonst aber noch Sap. 3, 10, in den Kirchenschriftstellern und Concilienakten (nicht bei Philo) vor“.

Ex P 5b اذكر انا جميعنا خطاة (= „memento nos omnes esse peccatores“) ἐπιτιμίοις Hebraice substantivo radicis אשם (= אָשָׁם, vel אַשְׁמָה) redditum fuisse conicio, quae nonnunquam significat etiam „reatum luere poenâ ferendâ“ (cf. Ps. 34, 22 sq.; Is. 24, 6 etc.).

7. Μὴ ἐπίχαιρε ἐπὶ νεκρῷ. V. L. „Noli de mortuo inimico tuo gaudere"; similiter S.H., codd. 70, 248 habent ἐπὶ νεκρῷ τῷ ἐχθροτάτῳ σου. Sed verba „inimico tuo" serius in V. L. intrasse docent codd. γ, τ, Spec.[1] 127, 6, Brev. 702, ubi illa non agnoscuntur.

8. V. L. ante σοφῶν textui immiscet substantivum „presbyterorum", meo iudicio male, cum sic verba versus noni sequentis fere mera iteratio versus Sixtinae octavi videantur. Forsitan „presbyterorum" (πρεσβυτέρων) est alia lectio pro γερόντων (v. 9), quae in margine collocata vitiose inde in textum versus octavi migravit. Confirmat hanc opinionem Fr. v. 9, ubi pro γερόντων adnotatur πρεσβυτέρων.

παιδείαν, V. L. „sapientiam et doctrinam intellectus"; sed expungas verba „sapientiam et", quae desiderantur in codd. α, γ, ϑ, κ[1], τ, Spec.[1] 127, 9, Spec.[2] 385, 13 et 552, 10sq., Brev. 702. Habetur pro παιδείαν (cf. P ܐܠܦܢ) in codd. ℵ, 157, 307 spurie σοφίαν.

καὶ λειτουργῆσαι μεγιστᾶσιν, V. L. + „sine querela" = ἀμέμπτως vel ἀμώμως; cf. (18, 15 V. L.) et (41, 10 V. L.). Pro quo S.H. et codd. 106, 248 addunt εὐμαρῶς, unde ex depravatione vel correctura propter antecedens μαθήσῃ facili in manuscripto 70 enatum est εὐμαθῶς. Cod. 23 mutilate habet νευμα = (μεγιστᾶσι)ν εὐμα-.

9. δοῦναι (∧ cod. 70) a V. L. initio aberat, ut ostendunt codd. α, γ, τ, Spec.[1] 127, 12; est tamen genuinum in Graeco, ut ex P colligo: ܠܡܥܒܕ.

10. Μὴ ἔκκαιε ἄνθρακας ἁμαρτωλοῦ,
μὴ ἐμπυρισθῇς ἐν πυρὶ φλογὸς αὐτοῦ.
V. L. „Non incendas carbones peccatorum arguens eos,
et ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum".

Componas cum his Mon. serm. 67, pag. 251 sq.:

Μὴ ἐκκαίῃς ἄνθρακας ἁμαρτωλοὺς ἐλέγχων,
μὴ ἐμπυρισθῇς φλογὶ πυρὸς ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

In V. L. codd. α, ϑ „peccatoris" (ἁμαρτωλοῦ) habent pro „peccatorum"; τ (prima manu) ∧ „eos et"; α ∧ „illorum".

Videbitur comma nostrum forma recta laudari in Mon., cum ἁμαρτωλοὺς emendaveris in ἁμαρτωλοῦ.

Ad terminum „flamma ignis" (— Sixtina ἐν πυρὶ φλογός —) cf. P ܒܢܘܬ ܢܘܪܐ. In Bibliis typis H. Commelini anno 1587 expressis scriptum videmus ἐν φλοξὶ πυρὸς αὐτοῦ.

14. μετὰ κριτοῦ. V. L. „contra iudicem“ = κατὰ κριτοῦ Co. κατὰ γὰρ τὴν δόξαν αὐτοῦ κρινοῦσιν αὐτῷ.

V. L. „quoniam secundum, quod iustum est, iudicat.“ Fortasse pro „iustum“ cum codd. α, γ, ϑ, κ^{1} „dignum“ scribere debemus. Statuerit forsitan quispiam adesse hic textus Graeci varietatem absque Hebraica diversitate exortam (κατὰ τὴν ΑΞΙΑΝ pro κατὰ τὴν ΔΟΞΑΝ); sed talis opinionis veritatem adseverare non audeo. — Grotii sententiae δόξαν pro voto ac voluntate accipiendum esse (cf. etiam v. 15bα αὐτὸς γὰρ κατὰ τὸ ϑέλημα αὐτοῦ ποιήσει) suffragatur P 14:

لا تجلس حمر وبط حمالا حبيبا ولا امر رحمته لئلا حمدته.

= „ne sedeas cum iudice iniquo in iudicio, ne secundum voluntatem eius iudices cum eo“.

Cf. huc etiam Danielis (Theod.) 4, 14 et 22 et 29 ᾧ ἐὰν δόξῃ (לְמַן־דִּי יְצַבָּא) δώσει αὐτήν. Quare non abest coniectura pro δόξαν Hebraice exstitisse substantivum radicis אוה (cf. אַוָּה Os. 10, 10), pro quo *g* (= V. L. „quod dignum est“) נָאוָה [cf. πρέπει Ps. 33 (32), 1] legerit. — Utut vero res se habet, melius quam V. L. ad contextum hic quadrant P et textus Sixtinus. Ad Grotii loci nostri explicationem, quam amplexi sumus, considera, quae ait ipse vir ille doctissimus: „Solent collegae favere collegis et velut mutua dare iudicia. Sic Appio faverunt Decemviri.“

15. ἵνα μὴ βαρύνηται κατά σου. V. L. „ne forte gravet mala sua in te“ (= ἵνα μὴ βαρύνῃ τὰ κακὰ κατά σου). Duplici textus lectione (κακά, κατά) V. L. hic deformata videtur, sed pro κατά lectio vera est κακά (= cod. 23, S.H.); cf. P لحمل نفعل حمعلم = „ne durum reddat malum tuum“.

ποιήσει. V. L. „vadit“; item Sah. ⲉϥⲙⲟⲟⲩⲉ; P ولا.

17. οὐ γὰρ δυνήσεται λόγον στέξαι. V. L. „non enim poterunt diligere nisi quae eis placent“. V. L. hic textum Graecum depravatum (στέρξαι = codd. 55, 68, 155, 307, Ald.; pro στέξαι pugnant P et 18a) atque ob id ampliatum sequitur.

18. κρυπτόν, V. L. „consilium“. Utrumque speciem translationis vocis Hebraicae סוֹד gerit, quae et secreti et consilii imprimis arcani notione viget.

19. καὶ μὴ ἀναφερέτω*) σοι χάριν. V. L. „ne forte inferat

*) Ad terminum ἀναφέρειν . . . χάριν alibi, quantum novi, inusitatum (= gratias persolvere) ut analogon conferre velim 2 Macc. 10, 7 ὕμνους ἀνέφερον „hymnos offerebant“.

tibi gratiam falsam"; sed vox ultima antiquitus in V. L. desiderabatur (vide enim codd. α, γ, κ^1, τ, Brev. 520). — χάριν + ψευδῆ S.H., codd. 23, 70, 106, 248.

IX.

1. μηδὲ διδάξῃς ἐπὶ σεαυτὸν παιδείαν πονηράν.
cod. γ „ne ostend*as* (δείξῃς; Vulg. „ostend*at*") super te malitiam doctrinae nequam".

3. γυναικὶ ἑταιριζομένῃ, V. L. „mulierem multivolam". Jansenius translatorem Latinum legisse autumat ἑτεριζομένῃ „ab ἕτερος, quod alium significat".*) Sed vox ista ἑτεριζομένῃ est nulla. Neque etiam verbum Graecum πολύβουλος interpretem Latinum hic exprimere suspicari licet, cum illud nonnisi hominem persapientem (βουλή!) denotet ideoque minime hic ad contextum quadret. — Equidem dubito, num opus sit translatori Latino aliam lectionem Graecam hic assignare ac receptam. Elocutioni Veteris Latinae „multivolam" lumen adhibent haecce verba Catulli (68, 125 sqq.).

„Nec tantum niveo gavisa est ullo columbo
Compar, quae multo dicitur improbius
Oscula mordenti semper decerpere rostro
Quam quae praecipue multivola est mulier".

Cum ergo „multivola" hic de muliere praedicetur, quae multa oscula vel multos amplexus desiderat, elocutio ista („mulier multivola") nostro Siracidae loco facili cogitationis nexu ad feminam libidinosam ac meretricem referri potest.

4. μετὰ ψαλλούσης. V. L. „cum saltatrice"; sed ut scribamus „cum psaltrice", admonet textus pristinus codicis Divodurensis 7. Huic correcturae favet insuper lectio mendosa „cum saltrice" codicis α atque manuscripti S Speculi[2] 531, 3. — Vide etiam Archiv VII 267.

ἐν τοῖς ἐπιχειρήμασιν αὐτῆς. V. L. „in efficacia illius". Incidit mihi suspicio interpretem Latinum legisse ἐν τῇ ἐνεργείᾳ αὐτῆς vel ἐν τῷ ἐνεργήματι αὐτῆς; cf. Hebr. 4, 12: ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργής, Vulg.: „vivus est enim sermo Dei et efficax."

*) ἑτεριζομένην ergo interpretatur mulierem, quae alios et varios amat. ἑταιρίς, qua de voce derivatur ἑταιρίζεσθαι, designat scortum.

5. ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτῆς. V. L. „in decore illius“ (ita etiam Sah. ⲉⲛ ⲡⲉⲥⲥⲁ); non legit Latinus translator ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῆς*) [sic Aeth. ከመ ፡ ኢያስሕኒ ፡ ፈቃዳ ። = „ne te seducat desiderium illius“], quae lectio e recepta ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτῆς exorta esse videtur correcturâ absque Hebraico fundamento institutâ.

Verba textus Sixtini („mulctâ eius“) egregie illustrat versio P:

بحصا الاسنه حفنيلاه احصا

(= „ne duplici dote eius mulcteris“); lege enim Mosaica, qui virginem nondum desponsatam stupraverat, ipsam in matrimonium ducere ac dotare iubebatur; cf. Exod. 22, 15sq. Unde ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτῆς Hebraice**) במהרה sonuisse concludo; g vero (cf. V. L. et Sah.) בחמדה (= ἐν τῷ κάλλει αὐτῆς) in textu Hebraico legisse auguror.

6. Μὴ δῷς πόρναις τὴν ψυχήν σου, V. L.+„in ullo“; sed sincere legitur „in nullo“ (= codd. α, γ, ϑ, κ[1], Spec.[1] 127, 18; Spec.[2] 496, 9 etc.) = κατὰ μηδέν.

7. ἐν ταῖς ἐρήμοις αὐτῆς = בְּחָרְבוֹתֶיהָ
V. L. „in plateis illius“ = בְּרְחֹבוֹתֶיהָ

Vide Margoliouth: An essay on the place of Ecclesiasticus in Semitic literature, pag. 4. Cf. etiam Mon. serm. 13 pag. 51, ubi tamen quadam libertate versus noster laudatur sic:

Μὴ περιβλέπου ἐν πύλαις πόλεως,
καὶ ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς μὴ πλανῶ.

8. ὀφθαλμόν. V. L. „faciem tuam“; sic et P (اقنو).

ἀπὸ γυναικὸς εὐμόρφου. V. L. „a muliere compta“; sed dubitatio mihi ingeritur, an praeferri debeat lectio „composita“ (= cod. τ, Spec.[2] 531, 7, Miss. 348), quae vulgarem „compta“ procreasse videtur. Ad adiectivum a nobis substitutum cf. Incerti auctoris

---

*) Orig. in Matth. comment. ser. § 44 (Migne Gr. 13, 1663) haec habet: „Cum saltatrice noli assiduus esse, ne forte consumaris in desideriis eius.“

**) Quamquam فنيلا proprie significat dotem, quam affert mulier, tamen non deesse, qui فنيلا etiam idem valere ac مهرا dicant, ait Barhebraeus in scholiis ad librum nostrum; cf. e. g. G. Hoffmann: Opuscula Nestoriana Syriace, Kiliae 1880 pag. 87: فنيلا ٥ مهرا حصلا مع حصلا حصلا فنيلا. مهرا est donum, quod dat parentibus sponsae maritus eius. Barhebraeus, qui vocabulum فنيلا de dote mulieris intelligit, textum Peschittonianum 5b sic interpretatur: ne duplo maiorem pecuniam ipsi persolvere debeas, quam est dos, quam ipsa affert.

de ratione dicendi ad C. Herennium lib. 4, 59: „Neque equus indomitus, quamvis bene natura compositus sit, idoneus potest esse ad eas utilitates, quae desiderantur ab equo."

8. ἐν κάλλει γυναικὸς πολλοὶ ἐπλανήθησαν,
καὶ ἐκ τούτου φιλία ὡς πῦρ ἀνακαίεται.

Quae verba V. L. duplici translatione sic exhibet:

„Propter speciem mulieris multi perierunt,
et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit",

deinde interiectis verbis:

„Omnis mulier, quae est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur"*)

ita pergitur:

„Speciem mulieris alienae multi admirati reprobi facti sunt;
colloquium enim illius quasi ignis exardescit."

Ex his duabus translationibus utra genuina sit, disceptandum Oedipodi coniectori relinquo; utraque a textu Graeco differt. Ad terminum „perierunt" cf. P, ubi aeque pro ἐπλανήθησαν ponitur اجره; item in Talmude (Sanhedrin fol. 100b), ubi colon 5a sic profertur:

כי בתאר אשה יפה רבים הושחתו׃

= „specie enim mulieris pulchrae multi pessumdati sunt". — Ad alteram versionem versus 8, quae adest in (v. 11 V. L.), observare te velim etiam P in 8bβ omittere ἐκ τούτου (habet nonnisi واسعدله اسر = „et amor eius sicut ignis ardet"). Praeterea comma 10 Veteris Latinae melius eiusdem translationis versum octavum quam nonum sequi videtur.

9. Μετὰ ὑπάνδρου γυναικὸς μὴ κάθου τὸ σύνολον.

V. L. + „nec accumbas cum ea super cubitum" (ἐπ' ἀγκῶνα). Similiter etiam cod. 70 et Clemens Alex. (paedag. 2, 7, Migne Gr. 8, 457) hic addunt: καὶ μὴ κατακλιθῃς (Clem. συμμετακλιθῇς) ἐπ' ἀγκῶνα (cod. 248 ἐπ' ἀγκαλῶν) μετ' αὐτῆς. Quae verba in manuscripto 248 male versum octavum sequuntur. In cod. γ hic quaedam duplex translatio occurrit:

„Cum aliena muliere non accumbas super cubitum.
Cum aliena muliere ne sedeas omnino,
nec accumbas cum ea super cubitum."

---

*) Scribe „conculcatur" cum codd. α, γ, ϑ (primaque manu cod.) τ, Spec.² 531, 9. — Quosdam libros scriptos Latinos omittere „quasi stercus in via" admonet Jansenius.

Non renuerim suspicioni priorem versionem, licet sit forma breviore, esse genuinam Veteris Latinae, praesertim cum codex 31 bibliothecae universitatis Madritensis, quae vocatur Centralis, nonnisi ipsam agnoscat. Praeterea in Spec.[2] 531, 11 tantum haec verba deprehenduntur: „Cum aliena muliere non adcumbas supra cubitum", ibique statim transitur ad v. (13 V. L.): „et non alterceris cum illa in vino", etc.

Colon καὶ μὴ κατακλιθῇς ἐπ' ἀγκ. μ. αὐ. ex Hebraico textu emanasse testantur:

a) P, ubi verbis καὶ μὴ συμβολοκοπήσῃς etc. praefiguntur haec:

ܟܡ ܡܛܠ ܕܢܐܠ ܠ ܐܬܟܦܦ ܥܠܟ

= „cum hera domus ne fulcias cubitum tuum".

b) tractatus Talmudicus Sanhedrin l. c., quo haec allegantur:

אל תט אֵצֶל בַּעֲלָה למסוך עמו יין ושכר׃

= „ne inclinaveris te iuxta maritum eius (sc. mulieris pulchrae), ut misceas cum illo vinum et siceram." Sed in vetustioribus commentariorum Raschi editionibus habetur tantum אָצֶל pro אֵצֶל בַּעֲלָה*) itemque עִמּוֹ pro עִמּוֹ (= „ne declines te iuxta ipsam, ut misceas cum illa" etc.). — Pro אָצֶל tractatus Sanhedrin in G exstat ἐπ' ἀγκῶνα (quod lectioni ἐπ' ἀγκαλῶν praefero) = אַצִּילָה; P ܥܠܟ vero Hebraice sonuit אַצִּילֶךָ.

Ceterum in manuscriptis Hebraicis hic iam antiquitus textum perturbatum fuisse luculenter P demonstrare opinor, ubi versus noster iam ante octavum legitur sic:

„Cum hera domus ne fulcias cubitum tuum,
neve misceas cum ea vinum vetus (cf. 9aβ textus Graeci),
ne declinet post eam cor tuum (sic et V. L. et Clem. Alex. l. c. pro ἡ ψυχή σου),
et reus mortis descendas in infernum".

Deinde post versum octavum iteratur sic:

„Cum femina marita ne multiplices sermonem,**)
neve protrahas cum ipsa colloquia,
ne declinet post eam cor tuum,
et sanguine noxio descendas in infernum."

---

*) F. Perles (Revue des Études juives XXXV pag. 54) legendum proponit אֵצֶל בְּעָלָה „iuxta maritam."

**) Cf. 9aα textus Graeci: μὴ κάθου τὸ σύνολον. Compara huc et v. 4, ubi pro μὴ ἐνδελέχιζε P exhibet ܠ ܬܫܬܘܠ (= „ne colloquaris"), et 42, 12, ubi μὴ συνέδρευε in *H* exprimitur אל תסתויד (secundum marginem אל תסתיד).

Ex P quoque efficitur pro τῷ πνεύματί σου in v. 9 cum V. L. et Clem. Alex. l. c. legi oportere τῷ αἵματί σου. Est τῷ πνεύματί σου lectio facilior a quodam profecta, quem effugit auctorem nostrum hic de poena capitis cogitasse, quae moecho lege Mosaica (cf. Lev. 20, 10; Deutn. 22, 22) infligebatur. Forsitan diversitas ista non in Graeco, ut censet Bretschneider, sed iam in Hebraico enata est. Omnes enim quos novimus codices Graeci et absque V. L., quotquot e Graeco emanarunt versiones, lectionem Sixtinam propugnant. Praeterea בְּרוּחֲךָ facile in בְּרוּמְךָ abire potuisse probat Job 6, 4, ubi pro רוּחִי LXX legunt μου τὸ αἷμα (= דָּמִי).

Bendtsen pag. 26 Veterem Latinam („et non alterceris") cum Clemente Alexandrino lectionem μηδὲ συμβολὰς ποίει (pro καὶ μὴ συμβολοκοπήσῃς) sequi coniectat; sed tali suspicione opus non esse docet 18, 33: μὴ γίνου πτωχὸς συμβολοκοπῶν ἐκ δανεισμοῦ, V. L. „ne fueris mediocris in contentione ex foenore". Id autem viro illi eruditissimo concedamus necesse est Veterem Latinam voci συμβολο- (= συμβολή) hic falsum sensum attribuere, quemadmodum et in verbis modo ex 18, 33 citatis,*) cum συμβολοκοπεῖν (= συμβολὰς ποιεῖν) designet: convivia instituere, in quibus singuli suas quisque collationes pro rata conferunt.

11. Videtur pro ἔσται scribendum esse ἐστίν (= Sah., Arm., codd. 23, 106, 248, Ald.); tempus praesens commendat et P.

12. μὴ εὐδοκήσῃς ἐν εὐδοκίᾳ ἀσεβῶν; Sah. autem Arm., codd. א, C, 23, 106, 157, 248, 254, 296, 307, 308 [ἐν] εὐδοκίαις. Sed ut cum S.H. ἐν εὐοδίαις scribas, admonet P لا يحسد ... مع الشرير (= „ne invideas impio prospera fortuna uso"). — V. L. habet: „non placeat tibi iniuria (μὴ εὐδοκ. ἐν ἀδικίᾳ) iniustorum."

μνήσθητι, ὅτι ἕως ᾅδου οὐ μὴ δικαιωθῶσιν.

V. L. „sciens, quoniam usque ad inferos non placebit impius." δικαιωθῶσιν interpretem G pro Hebraico verbo יִשַּׁר posuisse crediderim, cui *g* placendi notionem hic attribuerit. Quod si quis obiciat verbum יִשַּׁר hoc significatu in Hebraismo sacrarum Scripturarum nonnisi cum elocutione בְּעֵינֵי פ׳ coniunctum valere, ipsum ad 20, 27 libri nostri remitto, ubi G (ἀρέσει μεγιστᾶσιν) יִשַּׁר בְּרַבִּים legisse opinor; cf. enim ibi P يسلك حسنا = יִשַּׁר בְּרַבִּים (= „dominabitur magnatibus").

13. ἐπὶ ἐπάλξεων πόλεων, V. L. „super dolentium arma".

---

*) Item συμβολή 18, 32 in V. L. inepte vertitur „commissio".

Vitiose interpres Latinus legit ἐπὶ ἐπαλγεόντων (= ἐπαλγούντων) ὅπλων.

14. Pro τοὺς πλησίον cum V. L., S.H., Sah., Arm. legas τοῦ πλησίον (= codd. C, 248); in V. L. („cave te a proximo tuo") omittas „tuo", quod ignorant codd. γ (primaque manu) τ, Spec.² 384, 4; 553, 1; Brev. 389.

15. In V. L. vv. 15 et 16 ordine inverso leguntur; item in Arm.

καὶ μετὰ συνετῶν ἔστω ὁ διαλογισμός σου. V. L. „et in sensu sit tibi cogitatus Dei"; sed omittas „Dei" cum codd. α, γ, τ.

17. ἐν χειρὶ τεχνιτῶν ἔργον ἐπαινεθήσεται. V. L. „in manu artificum opera laudabuntur"; rectius α, γ, ϑ, κ¹, τ, Spec.² 553, 5, Brev. 389: „in m. art. opera laudabitur." Vide supra ad 7, 15.

καὶ ὁ ἡγούμενος λαοῦ σοφὸς ἐν λόγῳ αὐτοῦ.

V. L. „et princeps populi in sapientia sermonis sui".

Textus Veteris Latinae laborat correctura, ut videtur, a quodam sciolo instituta, qua opus non erat. σοφὸς non est praedicatum cum termino ἐν λόγῳ αὐτοῦ coniungendum (= σοφός ἐστιν vel ἔσται), sed est attributum vocis ἡγούμενος (i. e. ὁ ἡγούμενος . . . σοφὸς ἐπαινεθήσεται ἐν λόγῳ αὐτοῦ). Considerandum est more loquendi Hebraico adiectivum pertinens ad substantivum, quod in statu constructo cum statu absoluto substantivi consequii connectitur, post statum absolutum collocari; cf. e. g. עֲטֶרֶת זָהָב גְּדוֹלָה = „magna corona auri".

X.

1. παιδεύσει. V. L. „iudicabit"; sed fortasse sincere scribitur „vindicabit" (= codd. γ, ϑ, Brev. 389. — α „vindicat").

τεταγμένη ἔσται, V. L. „stabilis erit". Utraque lectio forma quadam radicis כון niti videtur [cf. etiam Ps. 141 (140), 2 תִּכּוֹן: Ἄλλος·*) ταχθήτω], vel si hoc minus arridet, τεταγμένη ἔσται Hebraice radice תכן redditum fuisse conicere malim. Versioni P (ܘܚܟܝܡ ܪܫܝܐ ܢܬܬܒ ܒܡܕܝܢܬܗ = „et princeps sapiens habitari faciet urbem suam") formam radicis שכן subesse crediderim. Vide et supra ad 4, 15.

*) ut videtur Symmachus (vide Field, Origenis Hexaplorum quae supersunt sive veterum interpretum Graecorum in totum Vetus Testamentum fragmenta, Oxonii 1875 II pag. 296).

2. V. L., S.H., Sah., Arm., Aeth., codd. א², 70, 106, 157, 248, 254 omittunt αὐτοῦ post λαοῦ, quamquam initio iam in G adfuit. Interpres Graecus Hebraicas literas male seiunxit, cum pro עַמּוֹ כֵּן (= λαοῦ αὐτοῦ οὕτως) legere deberet עַם וְכֵן (= λαοῦ οὕτως). Simile mendum ad 35 (al. 32), 26 deprehendemus.

πάντες (כֹּל) οἱ κατοικοῦντες αὐτήν.

V. L. „tales (כֵּן) et inhabitantes (γ, Brev. 352 „habitantes") in ea";

sed antiquitus in V. L. ignorabatur „in ea", cum desit in cod. α (primaque manu in) τ et in Brev. 352. Ad V. L. cf. P ܗܟܢܐ ܕܚܕܪܝܗ = „ita incolae eius".

3. πόλις οἰκισθήσεται, V. L. „civitates inhabitabuntur"; Hoeschel in margine adnotat lectionem variantem πόλεις οἰκισθήσονται.

4. τὸν χρήσιμον; Fritzsche: „Vet. Lat. giebt τὸν χρήσιμον dem Sinne nach richtig: „utilem rectorem". Equidem substantivum „rectorem" in textum recipere non dubitaverim, quo clarior fiat sensus enunciati nostri. χρήσιμον in textu originali כָּשֵׁר fuisse fidem facit P (ܟܫܪ), unde si terminum „rectorem" hic Hebraica voce שַׁר niti augurari licet, quomodo ille iam a translatore G ignorari potuerit, non est in abscondito.

5. εὐοδία ἀνδρός. V. L. „prosperitas hominis"; sed est lectio germana Veteris Interpretis = „potestas hom." (= codd. α, γ, ϑ, κ¹, Brev. 352). Compara huc P ܫܘܠܛܢ ܟܠ (= „potestas omnis rei"). Iam ergo in quibusdam scriptis Hebraicis comma 5a ad 4a adaptatum erat, cum sinceram formam recensio G hic servasse videatur. Correctura „potestas" vel ideo in promptu fuisse videtur, quia εὐοδία Hebraice fortasse erat כִּשְׁרוֹן. — „potestas" = שִׁלְטוֹן.

6. ἐπὶ παντὶ ἀδικήματι μὴ μνιάσῃς τῷ πλησίον.

V. L. „Omnis iniuriae proximi ne memineris".

V. L. lectionem in Graeco corruptam ac dein emendatam (μνήσῃ pro μνιάσῃς) sequi videtur, cui opinioni inde accedit probabilitas, quod e. g. cod. A lectionem vitiosam μνήσῃς prae se fert (cod. 307 μνῃς!).

7. Omittas in V. L. cum codd. α, τ, Spec.² 458, 5 „est" (vide Graecum).

καὶ ἐξ ἀμφοτέρων πλημμελήσει ἄδικα.

V. L. „et exsecrabilis omnis iniquitas gentium".*)

*) Eadem verba perperam in codd. α, γ, ϑ, κ¹, τ etiam post 4a exhibentur, ubi sonant sic: „et exclamabilis (ϑ, κ¹ exsecrabilis) omnis iniquitas gentium".

Verbis Graecis, quae magnum negotium facessant, peridoneis medendi rationes hae potissimum mihi se probant:

a) Interpres Graecus*) וּמִשְׁנֵיהֶם יֶאְשַׁם זָדוֹן legere ac sic vertere debebat: et ab utrisque punietur arrogantia; cf. Gaab I pag. 21, qui tamen textum originalem sic restituendum proponit:

וּמִשְׁנֵיהֶם יֶאְשַׁם רָשָׁע (,,malus") :

[Pro ἄδικα, ut obiter commemorem, scribi debet ἀδικία; sic Sah., Arm., codd. א, A, 23, 55, 106, 155, 157, 254, 296, 307, 308].

b) Vel praepositio מִן hic eos designabat, in quos delinquitur: = καὶ εἰς ἀμφοτέρους πλημμελήσει ἀδικία; cf. huc elocutiones, quas vocant praegnantes, e. g. רָשַׁע מִן = improbe se gerere contra aliquem (= improbe agendo se avertere ab aliquo); זָנָה מִן aliquem deserere scortando cum aliquo.

c) Vel particula מִן Hebraice denotabat eos, quorum sententia aliquis noxius atque sons iudicatur: = et utrique superbia noxa obstringi videbitur (יֶאְשַׁם). Cf. Num. 32, 22: נְקִיִּם מֵיְהוָה וּמִיִּשְׂרָאֵל, Vulg.: „inculpabiles apud Dominum et apud Israel"; Job. 4, 17: הֲאֱנוֹשׁ מֵאֱלוֹהַּ יִצְדָּק = „numquid homo coram Domino iustificabitur?" Vide Ball ad locum nostrum.

Ultimam coniecturam, quae recipiatur, digniorem ceteris existimabit, qui in animo consideraverit sensum commatis 7a (μισητὴ ἔναντι Κυρίου καὶ ἀνθρώπων ὑπερηφανία).

Peropportune etiam accidit, quod V. L. aliam textus Hebraici lectionem servasse videtur, cum pro ἐξ ἀμφοτέρων afferat „exsecrabilis" (= βδελυκτή vel βδελυρά). Istam enim de ortu textus Latini suspicionem movet mihi 10, 13, ubi inter G et P similis lectionis discrepantia intercedit: καὶ ὁ κρατῶν αὐτῆς ἐξομβρήσει (יַבִּיעַ) βδέλυγμα — P ܘܢܫܩܐ (מַבּוּעַ) ܡܪܚܩܐ ܘܡܪܓܙܐ = „et scortatio est fons amborum (sc. peccati et superbiae)". Quae vero vox utroque loco Hebraice exstiterit, pro certo affirmare nequeo. Aliquid auxilii a voce Chaldaica שְׁנוּ sperabam, quae in Targum Jonathan usurpatur pro terminis שַׁעֲרוּרָה (Jer. 5, 30) et שַׁעֲרוּרִית (Jer. 18, 13; uterque designat rem detestabilem atque abominandam), sed ipsam Hebraice nusquam reperi.

V. L. „iniquitas" = אֶשַׁם; πλημμελήσει = יֶאְשַׁם

V. L. „gentium" = **)זָרִים; ἀδικία = זָדוֹן.

---

*) Quae pro πλημμελήσει in S.H. (πλημμέλεια = cod. 248) et cod. א² (πλημμέλια) occurrunt, nituntur correctura Graeca.

**) nec vero גּוֹיִם, cum ὑπερηφανία 7a Hebraice fuisse גֵּאוּת verisimile reddat P (ܓܐܘܬ).

8. καὶ χρήματα, V. L. „et diversos dolos.“ Legit Latinus καὶ διάφορα δόλια nec tamen intellexit διάφορον esse substantivum pecuniam vel opes designans (vide ad 7, 18). Habent hoc loco καὶ χρήματα+δόλια S.H., cod. 248, Mon. serm. 150 pag. 520.

9. Τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδός;
ὅτι ἐν ζωῇ ἔρριψα τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ.
V. L. „Avaro autem nihil est scelestius.
Quid superbit terra et cinis?
Nihil est iniquius quam amare pecuniam (φιλαργυρίας);
hic enim et animam suam venalem habet,
quoniam in vita sua proiecit (ἔρριψε) intima sua.“

Ex his Veteris Latinae hemistichiis aperte primum et tertium duplicem translationem efficiunt. Genuinam vero posteriorem duco, quia cum ipsa arcto nexu cohaeret comma „hic enim et animam suam venalem habet“. Eiusmodi additamentum, quale in V. L. occurrit, etiam in S.H. (※) et cod. 106 post versum 8, in codicibus 70 et 248 post 9a textui inseritur:

φιλαργύρου (106 φιλαργυρίας) γὰρ (S.H., 70, 248 μὲν γὰρ) οὐδὲν (S.H. οὐδὲ ἓν) ἀνομώτερον·
οὗτος γὰρ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἔκπρακτον ποιεῖ.*)

Lectio φιλαργυρίας (= „amare pecuniam“ V. L.) num debeatur correcturae, dubitare licet; nonnunquam enim abstractum pro concreto in sacris Scripturis collocari iam ad 1, 22 animadvertimus, nec talis enallage generis, qualem hic habemus (φιλαργυρίας — οὗτος), a ratione loquendi sacrorum auctorum abhorrere videtur (cf. Winer, Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms § 21, 2). Cum S.H. et cod. 106 effata illa post 8b relegare debemus, cum φιλαργυρίας aperte ad terminum χρήματα v. 8 respiciat. Ordo stichorum, qui in V. L. et codd. 70, 248 occurrit, ab homine Christiano ortus esse videtur, qui cum verba ista post 9a textui interponeret, propter enunciatum 9b ὅτι ἐν ζωῇ αὐτοῦ ἔρριψε (cod. 248 ἔρριψαν) τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ auctorem nostrum animo praesagiente hic de iis cogitasse putaret, quae in Act. apost 1, 18 de Juda Iscariote referuntur. In hanc opinionem adduxit me Nestle (Marginalien etc., pag. 50), nec tamen ipsi concedo illud Judae e nostro Siracidae loco desumptum esse.

Pro ἔρριψε (= V. L., Arm., cod. 106) vera lectio est ἔρριψα,

*) Chrys. hom. 80 (al. 81) in Matth. 26 (Migne Gr. 58, 728): φιλαργύρου μὲν οὐδὲν ἀνομώτερον· ὁ γὰρ τοιοῦτος καὶ ἑαυτὸν ἀποδίδοται.

quae tamen Graeco interpreti vitio dari debet, qui perperam רִמְיָתִי legit pro רִמּוֹת (= „vermes"; vide Nestle l. c.), ita ut mens Siracidae loco nostro haec fuerit: ὅτι ἐν ζωῇ σκώληκες τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ. Cum hac loquendi ratione Hebraica compares e. g. Ps. 45 (44), 9 M. T.: „Myrrha et aloe, casia omnia vestimenta tua"; ad quae egregie adnotat Delitzsch in commentario suo Psalmorum (ed. IV Lipsiae 1883 pag. 366): „Da sind des Königs Kleider von den köstlichsten Aromen durchduftet, dass sie ganz und gar daraus gewoben zu sein scheinen." Opinioni nostrae de vera textus Siracidae forma suffragatur P, quae versio sic reddit colon 9b:

ܕܚܝ ܘܕܡܝܬ ܠܐ ܢܫܥ ܘܕܐܟܠ ܠܗ ܘܕܫܬ ;

= „Cuius latera ac viscera, dum vivit, vermes perrepunt." Sileant ergo, qui versum 9b de morte foeda Antiochi Epiphanis (2 Macc. 9, 9) interpretantur ideoque glossema serius declarant (Bretschneider, Ball). Rettulitne eo ipsum et Aethiops, qui 9b sic transtulit: ዘእንዘ ፡ ሕያው ፡ ውእቱ ፡ ይጸይእ ፡ ነፍሰቱ ። = „cuius corpus, dum vivit, putrescit"?

S.H. τί δὲ ὑπερηφανεύεται γῇ καὶ σποδός;
ὅτι καὶ ἐν ζωῇ αὐτοῦ ἐξουδένωσε τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ.

Sed ἐξουδένωσε aperte est lectio Graece emendata pro ἔρριψε, quia hoc minus apte dici videbatur. Pergrate mihi evenit, quod apud Bendtsenium pag. 28 haec reperi: „Suidas ad glossam ψυχικὸς ἄνθρωπος haec habet: Homo vocari solet γῇ καὶ σποδός, adiungit: ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἐξουδένωται τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ. Clarum est Suidam Sirachidis locum ante oculos habuisse. Nullibi tamen alias, quantum ego novi, pro ἔρριψαν est ἐξουδένωται." — Sed vide S.H. supra et Chrys. de prophetiarum obscuritate II (Migne Gr. 56, 184): τί ὑπερηφανεύεται γῇ καὶ σποδός; ὅτι καὶ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἐξουδένωται τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ.

10. Μακρὸν ἀρρώστημα σκώπτει ἰατρός,
καὶ βασιλεὺς σήμερον καὶ αὔριον τελευτήσει.

Quantas molestias iam antiquitus locus hic interpretibus attulerit, edoceri te volo hoc catalogo:

V. L. „Omnis potentatus brevis vita.
Languor prolixior gravat medicum (= μακρὸν ἀρρώστημα κόπτει ἰατρόν).

---

*) Lagarde post ܢܫܥ interpungit, rectius Walton post ܘܕܚܝ; sed etiam sequentem vocem ܘܕܡܝܬ ad praevia assumendam esse ex mox infra dicendis patebit, cum de vera lectione verbi ܒܙܐ (P 10) disputaverimus.

Brevem languorem praecidit medicus (= μικρὸν ἀρρώστημα κόπτει vel ἐκκόπτει ἰατρός. κόπτει = codd. 157, 248, ἐκκόπτει = codd. 55, 254),
sic et rex hodie est et cras morietur".
Arm. κόπτει vel ἐκκόπτει.
Sah. σκοπεῖ = cod. 106 et synopsis sacrae Scripturae, quae inter Athanasii opera fertur.*)
Aeth. ይፈውሶ፡ = „sanabit" (utrum legit ἐκκόπτει an σκοπεῖ?).

P lectioni κόπτει vel ἐκκόπτει favere videtur ܘܢܫܚܐ ܐܣܝܐ ܒܪܢܫ = „et viscera eius scindet medicus". Sed ut vocem ܐܣܝܐ cum praeviis connectas, supra iam suasi; pro ܒܪܢܫ**) vero substituas ܒܪܢܫ = „cavillabitur". Unde veritas lectionis Sixtinae (σκώπτει) praeclarissime confirmatur. — Μικρὸν ἀρρώστημα (V. L.) magis arridet quam μακρὸν ἀρρώστημα, sed hanc lectionem, quam omnes reliqui testes tuentur, mutare vereor, praesertim cum sit lectu difficilior. — Denique commemorare mihi liceat καὶ βασιλεὺς σήμερον (וּמֶלֶךְ הַיּוֹם), ut a P admonemur (ܘܡܠܟܐ ܗܘ), esse mendo interpreti Graeco tribuendum, cum legere debuerit וּמְהַלֵּךְ הַיּוֹם = καὶ περιπατῶν σήμερον. Quare genuinitatem additamenti Veteris Latinae: „omnis potentatus brevis vita" infitias ire omnino fas est.

Quibus erutis liceat mihi rectam versuum 9 et 10 formam hic repetere:

Τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδός;
ὅτι ἐν ζωῇ σκώληκες τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ.
Μακρὸν ἀρρώστημα σκώπτει ἰατρός·
καὶ περιπατεῖ (ἄνθρωπος) σήμερον καὶ αὔριον τελευτήσει.

12. Ἀρχὴ ὑπερηφανίας ἀνθρώπου ἀφισταμένου ἀπὸ Κυρίου.

V. L. „Initium superbiae hominis apostatare a Deo" [cf. codd. 70 et 106 et S.H. ἀποστῆναι ἀπὸ (106+τοῦ) Κυρίου], itaque in V. L. correcturâ Graecâ legi videtur. Verba Sixtina hoc textu Hebraico niti mihi videntur:

רֹאשׁ גַּאוּת אָדָם סָרַר מֵיְהוָה׃

quae approbatis verbis receptae versionis Britannicae sic reddere velim „The beginning of pride is, when one departeth from God." — Inepte G vocem גַּאוּת statu constructo intellexit.

---

*) = Migne Gr. 28, 380.
**) sic etiam codex Peschittonianus Ambrosianus.

13. ὅτι ἀρχὴ ὑπερηφανίας ἁμαρτία.

V. L. „quoniam initium omnis peccati est superbia“. [Omittas copulam „est“ cum codd. α, γ (primaque manu) τ; Spec.^{2} 454, 4 et 458, 9]. Cum V. L. componas Arm., S.H., cod. 248: ὅτι (∧ ὅτι S.H.) ἀρχὴ ἁμαρτίας ὑπερηφανία. Sed haec sententiae forma minus quam Sixtina quadrat ad dictum 12a, de quo modo verba fecimus. Exhibet quidem P colon 13a sic: ܡܫܟܚ ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ ܪܝܫ ܟܠ ܚܛܗ (= „quia fons peccati est superbia“), at ibidem 12a concinnius enunciato P 13a sic legitur: ܪܝܫ ܚܛܗ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ ܗܘ ܓܐܘܬܢܘܬ ܒܢܝ ܐܢܫܐ (= „initium delictorum hominum superbia ipsorum est“).

καὶ ὁ κρατῶν αὐτῆς ἐξομβρήσει (= יַבִּיעַ) βδέλυγμα.

V. L. „qui tenuerit illam adimplebitur (= יִשְׂבַּע) maledictis + et subvertet eum (sed α, γ, κ^1, τ „eos“) in finem“, quod additamentum est iterata lectio commatis 13bβ mox sequentis.

διὰ τοῦτο παρεδόξασε Κύριος τὰς ἐπαγωγάς.

V. L. „propterea exhonoravit Dominus conventus malorum.“ De voce „conventus“ vide ad 3, 28. Latinus interpres male intellecto substantivo ἐπαγωγάς, quod poenas designat, quibus impii a Deo afficiuntur, etiam verbo παρεδόξασεν notionem ab ipso alienissimam attribuit, cum verteret: „exhonoravit.“ Est sensus loci nostri hic: propterea mirabiles reddit Dominus afflictiones (malorum); cf. e. g. Deutn. 28, 59: וְהִפְלָא יְהוָה אֶת־מַכֹּתְךָ, LXX καὶ παραδοξάσει Κύριος τὰς πληγάς σου.

14 sq. ἀρχόντων (14) + ὑπερηφάνων V.L., S. H., codd. 23, 70.
ἐθνῶν (15) + ὑπερηφάνων V. L., S.H., codd. 23, 70, 106, 248.
P pro ἀρχόντων (14) et ἐθνῶν (15 et 16) habet ܓܐܘܐ = „superborum“.
ἔνδοθεν, quod cod. 248 in fine versus 14 subiungit, secundum S.H. et cod. 70 emendes in ἐν δόξῃ.

15. ἐξέτιλεν. V. L. „arefecit“; legit ἐξήρανεν, quod fuit antea ἐξῆρεν (S.H., cod. 23). P favet lectioni ἐξέτιλεν vel ἐξῆρεν. Similis varietas in v. 17 occurrit, ubi pro ἐξήρανεν cum Arm., Sah. plurimisque manuscriptis Graecis ἐξῆρεν legi oportet (cf. P ܐܫܬܠܡ).

19. Σπέρμα ἔντιμον ποῖον; σπέρμα ἀνθρώπου·
σπέρμα ἔντιμον ποῖον; οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον.
σπέρμα ἄτιμον ποῖον; σπέρμα ἀνθρώπου·
σπέρμα ἄτιμον ποῖον; οἱ παραβαίνοντες ἐντολάς.

Versum nostrum ex antiquis interpretibus alium aliter legisse testimonio sit tibi elenchus hic:

V. L. „Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum; semen autem hoc exhonorabitur (γ, ϑ, τ, Spec.[1] 128, 9+ „hominum"), quod praeterit mandata Domini".

S.H. σπέρμα ἔντιμον ποῖον; σπέρμα ἀνϑρώπου·
σπέρμα ἔντιμον οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον.
σπέρμα ἄτιμον ποῖον; σπέρμα ἀνϑρώπου,
καὶ (= ܘ) σπέρμα πλανήσεως οἱ παραβαίνοντες ἐντολάς.*)

Sah. membra textus Sixtini versus nostri hoc ordine disponit: 19aα, 19bα, 19aβ, 19bβ.

Arm. σπέρμα ἔντιμον ποῖον ἀνϑρώπου; οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον.
σπέρμα ἄτιμον ποῖον ἀνϑρώπου; οἱ παραβαίνοντες ἐντολάς.

Aeth. omittit ποῖον[1] et ποῖον[3].

20. S.H. + προσλήψεως ἀρχὴ φόβος Κυρίου,
ἐκβολῆς δὲ ἀρχὴ σκληρυσμὸς καὶ ὑπερηφανία,

sicque comma hoc emendatum legi debet in codd. 106 et 248, qui ipsum ita exhibent:

προλήψεως (248 προλήξεως) ἀρχὴ φόβος Κυρίου,
ἐκβολῆς δὲ ἀρχὴ (248 ἐκβολὴ δὲ ἀρχῆς) σκληρυσμὸς καὶ ὑπερηφανία.

22. G πλούσιος καὶ ἔνδοξος καὶ πτωχός.
S.H. vero προσληπτὸς ἐκ λαῶν καὶ πτωχὸς καὶ ἔνδοξος.
Melius Sah. προσήλυτος καὶ πλούσιος καὶ ἔνδοξος καὶ πτωχός.

Vocem προσήλυτος, quam reliqui textus Graeci testes ignorant, Hebraico fonti deberi planum fit ex P, ubi totus versus 22 ita sonat:

ܐܘ ܐܚ ܐܚܣܢ ܘܡܚܣܝ ܡܚܣܢ ܠܗ
ܐܡܚܣܢ ܚܫܒܗ ܘܐܘ.

= „hospitis peregrini, qui pauper et afflictus est, gloriatio in timore Dei est".

23. Οὐ δίκαιον ἀτιμάσαι πτωχὸν συνετόν,
καὶ οὐ καθήκει δοξάσαι ἄνδρα ἁμαρτωλόν.
V. L. „Noli despicere hominem iustum pauperem,
et noli magnificare virum peccatorem divitem."

Sed olim in V. L. sic legebatur:

*) Verba haec ultima in codd. 70 et 248 adsunt, in quibus tamen totus versus 19 a G magnopere differt.

„Non despicere . . . . . et non magnificare . . . .“
= codd. α, γ, ϑ, τ, Spec.[1] 128, 12 (vide ibi notam), Spec.[2] 345, 5, Brev. 352.*)

Cum forma ista Veteris Latinae e codicibus a nobis eruta magnopere consentit P:

ܕܠܐ ܠܡܚܣܝܗ ܠܡܣܟܝܢܐ ܘܒܥܐ
ܐܦ ܠܐ ܠܡܟܒܪܗ ܠܥܬܝܪܐ ܚܛܝܐ.

= „Non (est fas) dedecorare pauperem iustum,
neque honorare divitem iniquum“.

24. Μεγιστὰν καὶ κριτὴς καὶ δυνάστης δοξασθήσεται.
V. L. „Magnus et iudex et potens est in honore“.

Probatur mihi coniectura cardinalis Sirleti (vide Luc. Brug. pag. 240) pro „magn*us*“ substituentis „magn*as*“.

25. καὶ ἀνὴρ ἐπιστήμων οὐ γογγύσει.
V. L. „et vir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus“; omittas „et[2]“ cum codd. α, γ (primaque manu τ).

Post γογγύσει addunt παιδευόμενος S. H. et codd. 70, (248). Quod additamentum etiam in textu Hebraico exstitisse testatur P 25b:

ܘܚܝܐ ܡܬܬܝܣܪ ܡܢ ܥܠܡܐ ܠܐ ܥܠܡܢܚܡ.

An in V. L. superfluat vox „correptus“ delibero, cum verbi παιδευόμενος usitata translatio Veteris Latinae sit „disciplinatus“, quod verbum etiam loco nostro deprehendimus. Ut παιδευόμενος ad sensum hemistichii 25b clariorem reddendum in textum recipiamus, flagitat contextus. Fuit enim mens auctoris nostri ostendere, quo honore afficiatur homo sapiens Deique timens (cf. 24b; „initium sapientiae timor Domini“ 1, 14). Eius enim potestati, etiamsi servus sit, non modo lubenter se subicere liberos, verum etiam ipsos, cum a tali homine corripiantur, non murmurare, sed tacite eius correctionem admittere Siracida hic exponit.

26. Μὴ σοφίζου ποιῆσαι τὸ ἔργον σου,
καὶ μὴ δοξάζου ἐν καιρῷ στενοχωρίας σου.
V. L. „Noli extollere te in faciendo opere tuo,
et noli cunctari in tempore angustiae“.

---

*) Perperam in α et τ versus noster a praevio sic separatur:
„Gloria divitum, honoratorum et pauperum.
Timor Dei (al. „Domini“) est non despicere . . . . . “

Cf. P: ܠܐ ܬܫܒܚ ܠܚܟܡܬܟ ܚܟܝܡ
ܠܐ ܬܫܒܚ ܚܒܝܒ ܒܙܒܢ ܥܠܘܬܟ

= „neve moreris facere opus tuum,
neve glorieris tempore egestatis tuae“.

„Noli extollere te“ (29a V. L.) = μὴ δοξάζου G 26b = ܠܐ ܬܫܒܚ P 26b.

„Noli cunctari“ (29b V. L.) אַל־תִּתְמַהְמַהּ = ܠܐ ܬܫܒܚ P 26a; pro quo G habet μὴ σοφίζου = אַל־תִּתְחַכַּם.

Optime vero inter tres versus nostri recensiones (G, *g*, P) ad contextum convenire P sat liquet; cf.

27a ἐργαζόμενος } sic etiam 26a P „ne moreris,“
27b δοξαζόμενος } P 26b P „ne glorieris“.

27. Κρείσσων ἐργαζόμενος ἐν πᾶσιν ἢ περιπατῶν ἢ δοξαζόμενος καὶ ἀπορῶν ἄρτων.

V. L. „Melior est, qui operatur et abundat in omnibus, quam qui gloriatur et eget pane (ἄρτου)“.

ἄρτου habent et S.H., Sah., Arm., codd. 106, 155, 248, Vind. I.

Pro ἐν πᾶσιν ἢ περιπατῶν ponunt καὶ περισσεύων ἐν πᾶσιν etiam S.H., Sah., codd. 23, 70, 248.

Cum P habeat ܠܚ ܗܘ ܕܡܬܪ ܘܥܒܕ ܒܟܠ ܗܘ ܡܢ ܕܡܬܪ ܘܣܓܝ ܒܟܠ ܗܘ ܡܢ ܕܡܬܪ ܒܥܬܪ ܘܚܣܪ ܒܟܠ ܡܕܡ (= „melior enim est, qui operatur et abundat divitiis, quam qui gloriatur et caret victu“), fieri non potest, quin adoptemus textum Veteris Latinae. Praeterea verba καὶ περισσεύων ἐν πᾶσιν commendantur etiam antithesi καὶ ἀπορῶν ἄρτων. Denique ἢ περιπατῶν*) esse glossema demonstrat sequens particula ἢ, quae participio δοξαζόμενος praefigitur; ipsam quaedam manuscripta nonnisi emendatione missam faciunt.

29. τὴν ζωὴν αὐτοῦ. V. L. „animam suam“; sic et P.

30. πτωχὸς δοξάζεται δι' ἐπιστήμην αὐτοῦ.

V. L. „Pauper gloriatur (sic inepte redditur δοξάζεται) per disciplinam et timorem suum“; cf. Mon. serm. 238 pag. 785: πτωχὸς δοξάζεται δι' ἐπιστήμην καὶ εὐλάβειαν.

καὶ πλούσιος δοξάζεται διὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ.

V. L. „et est homo, qui honorificatur propter substantiam suam“.

---

*) ἢ περιπατῶν esse aliam lectionem pro καὶ περισσεύων mihi non constat, quia cum codd. A, 106, 157, 296, Vind. I utrumque coniungunt (καὶ περισσεύων ἐν πᾶσιν ἢ περιπατῶν), tum περιπατῶν terminum ἐν πᾶσιν sequitur, non antecedit.

Fortasse V. L. pro ΚΑΙ ΠΛΟΥ-
CIOC ΔΟΞΑΖΕΤΑΙ
nonnisi ΚΑΙ .....
CIOC ΔΟΞΑΖΕΤΑΙ legit, cum manuscripto eius in latere mutilato abessent literae ΠΛΟΥ; quam lacunam deinde sic complevit: [καὶ] ἔστ[ι ὃς δοξάζεται]. Idem interpres exemplari eius Graeco truncato verba καὶ ἐν πτωχείᾳ ποσαχῶς (v. 31) non deprehendisse, sed alia coniectando substituisse videtur: („et qui gloriatur in substantia,) paupertatem vereatur".

XI.

1. ἀνύψωσε κεφαλήν; habent
ἀνυψώσει V. L., S.H., codd. א, A, 23, 55, 106, 155, 157, 248, 254.
κεφαλὴν + αὐτοῦ V. L., S.H., Sah., Arm. plurimique codices Graeci.

Praeplacet mihi lectio ἀνυψώσει κεφαλὴν αὐτοῦ, quam commendat et P.

4. καὶ ἐν ἡμέρᾳ δόξης μὴ ἐπαίρου.

S.H. μηδὲ ἐπαίρου ἐν δόξῃ πάσῃ ἀπαραμόνῳ οὔσῃ; quocum consentit Clem. Alex. paedag. 2, 10 (Migne Gr. 8, 528), habet tamen vitiose ἀπαρανόμῳ pro ἀπαραμόνῳ. — Similis est lectio codicis 70 ἐν ἡμέρᾳ δόξης παρανόμου (! pro ἀπαραμόνου).

ὑψίστου (pro Κυρίου) V. L. et S.H.

καὶ κρυπτὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν ἀνθρώποις.

V. L. „et gloriosa et absconsa et invisa opera illius".

Pro ἐν ἀνθρώποις בְּאָדָם (P מֵאָדָם, ﻉ خفى اوعفا) videtur *g* („invisa") legisse מָרוֹם. Cf. Ps. 10, 5 (9, 26) מָרוֹם מִשְׁפָּטֶיךָ מְנֻגָּדוֹ, quae verba Delitzsch in commentario suo Psalmorum (ed. IV Lipsiae 1883 pag 133) sic bene reddit: „Himmelfern sind Deine Gerichte aus seinem Sehbereich'"; idemque (l. c. pag. 137) adnotat: „מָרוֹם ist Praedicat: altissime remota". Quae vox מָרוֹם loco isto Psalmorum ab incerto quodam (vide Field l. c. II pag. 100) vertitur ἀφανίζεται. Considera et רוּם Is. 30, 18, quod Raschi interpretatur יתרחק, atque הַרְמוּ Num. 17, 10 (Delitzsch in commentario in Isaiam ed. III Lipsiae 1879 pag. 330: „hebt euch weit hinweg").

5. Pro ἐπὶ ἐδάφους V. L. minus commode habet „in throno". Quidam hic Latinum mendum pro „in terra" odorati sunt.

Nobilii sententiâ „in throno“ substitutum est pro „in solio“, quod principio fuerit „in solo“. Sed ita perperam iudicatum est. Lectio „in throno“ debetur Hebraicae varietati, quippe quae sit et versionis P (ܟܘܪܣܝܐ).

6. ἠτιμάσθησαν [a radice צער*); cf. P ܐܬܥܢܘ] σφόδρα. — V. L. „oppressi sunt valide“; sed pro „oppressi“ legas „pressi“ (= α, γ primaque manu τ, a radice צרר).

7. νόησον (= הָבֵן?) πρῶτον. V. L. „et cum interrogaveris“ (a radice בחן?); ad V. L. cf. P ܒܥܐ = „explora“.

ἐπιτίμα, V. L. „corripe iuste“ = נְעַר בְּיָשָׁר? P pro ἐπιτίμα habet ܗܒ ܡܗܪ = „da dona“ (sc. quae sponsus ex animi voluntate sponsae mittit; alii vertunt: „iace fundamenta“; Barhebraeus ܗܒ ܡܗܪ = „ini matrimonium“). Estne recta lectio ܥܒܕ ܡܗܪ (= „fac reliquum“), quod Hebraice dici potest עֲבֹד שְׁאָר? — Habet codex Peschittonianus bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis ܡܗܪ sine puncto diacritico.

8. μὴ ἀποκρίνου (= אַל־תָּשֵׁב?). V. L. „ne respondeas verbum“; estne λόγον, quod apud reliquos textus Graeci testes desidero, ex Hebraico fonte hic additum (= אַל־תָּשֵׁב דָּבָר)? cf. P ܠܐ ܬܬܒ ܦܬܓܡܐ. In tractatu Talmudico Baba bathra fol. 98b inter alia haec sub Siracidae nomine feruntur: וקל מארח משיב דבר בטרם ישמע = („omnia ponderavi in lance librae nec reperi quicquam . . . .) levius hospite, qui respondet verbum, antequam audivit.“

μὴ παρεμβάλλου, V. L. „ne adicias loqui“. Codex 248 habet μὴ παρέμβαλλε ῥῆμα.

9. περὶ πράγματος, οὗ οὐκ ἔστι σοι χρεία (deleas vocem χρεία, quae abest ab Arm., codd. א, A, (C), 23, 248, 296, 307, Vind. I). — V. L. „de ea re, quae te non molestat“. Similiter S.H., cuius auctor legisse videtur: περὶ πράγματος, οὗ οὐκ ἔστι σοι ἀνία. Sed ἀνία aeque ac χρεία absque Hebraica origine adiectum esse crediderim.

11. ἔστι κοπιῶν καὶ πονῶν καὶ σπεύδων. In V. L. verba Graeca sic disponuntur: ἔστι κοπιῶν καὶ σπεύδων καὶ πονῶν. In cod. 253 ideoque fortasse etiam in S.H. hic est ordo verborum: ἔστι πονῶν καὶ κοπιῶν καὶ σπεύδων. In P terminus σπεύδων (ܙܗܝܪ) primum locum tenet.

---

*) Isto sensu radix צער in textu masoretico in usu perraro est; vide tamen Job 14, 21, ubi antithesis verbi יִצְעֲרוּ est יִכָּבְדוּ; noscas et Ps. 119(118,) 141 צָעִיר.

ὑστερεῖται. V. L. „non abundabit"; sed genuine „non abundat" (= codd. α, ϑ, κ[1], τ).

ὑστερεῖται, cod. 253 + δι' ἐπαγγελείαν ὤμων*) ἰδίων αὐτά; sed pro αὐτά cum S.H., ubi idem additamentum occurrit, scribas αὐτοῦ. [In editione Hoeschelii mendosa haec reperi: δι' ἐπαγγελιῶν νόμων αὐτοῦ ἰδίων].

12. ἔστι νωθρὸς καὶ προσδεόμενος ἀντιλήψεως. Missum facias καὶ cum V. L. et S.H. ac maiore parte manuscriptorum Graecorum.

Pro περισσεύει emendate legunt περισσεύων V. L., S. H., Arm., codd. ℵ, 55, 106, 155, 157, 248, 253.

πτωχείᾳ ponunt post περισσ. V. L., S.H., codd. 248, 253.

ὀφθαλμός et ἐπέβλεψεν V. L., Sah., Arm., codd. ℵ[1], 248, 307.

14. V. L. + (= vv. 15 et 16) „Sapientia et disciplina et scientia legis apud Deum sunt.

Dilectio et viae bonorum apud ipsum.

Error et tenebrae peccatoribus concreata sunt;

qui autem exsultant in malis, consenescunt in malo".

Verba haec Veterem Latinam antiquitus ignorasse testes sunt codd. α, γ, ϑ, κ[1], τ, Parisinus 9380 etc., a quibus illa absunt. Graece effata illa exhibent codd. 23, 70, 106, 248, 253 (etiam S.H. ipsa agnoscit) sic:

σοφία καὶ (∧ καὶ 70) ἐπιστήμη καὶ γνῶσις νόμου παρὰ Κυρίου**) (70 + ἐστίν),

ἀγάπησις καὶ ὁδοὶ καλῶν ἔργων παρ' αὐτοῦ ἐστιν (70, 248 εἰσιν).

πλάνη καὶ σκότος ἁμαρτωλοῖς συνέκτισται,

τοῖς (106 οἷς) δὲ γαυριῶσιν ἐπὶ κακίᾳ (106 κακίαις; 248 κακὰ) συγγηρᾷ (106 vitiose συνεγείρει) κακία (S.H., codd. 70, 106, 253 κακά).***)

Enunciata haec non carere Hebraico fundamento probare videtur P, ubi versum 14 haec sequuntur:

---

*) ἐπαγγελία ὤμων = id, quod humeri se exsecuturos esse promittunt; vide eandem elocutionem apud Philostratum Maiorem (imagines I 4) ed. C. L. Kayser Lipsiae 1871 vol. II, pag. 300.

**) In cod. 253 comma σοφία καὶ ἐπιστήμη κτλ. παρὰ Κυρίου desideratur incuria librarii cuiusdam (cf. enim clausulam versus 14: πτωχεία καὶ πλοῦτος παρὰ Κυρίου ἐστίν).

***) In Mon. serm. 19 pag. 66 haec citantur: τοῖς γαυριῶσιν ἐπὶ τῇ κακίᾳ συγγηρᾷ τὰ κακά.

„Sapientia et pudicitia et scientia legis a Domino sunt.
Dilectio et viae bonorum operum ab ipso sunt.
Error et tenebrae peccatoribus creata sunt,
et cum iis, qui educantur in malo, malum consenescit".

Reici debet Bretschneiderii opinio verba ista repugnare versui 18 capitis 10: οὐκ ἔκτισται ἀνθρώποις ὑπερηφανία, οὐδὲ ὀργὴ θυμοῦ γεννήμασι γυναικῶν. Qui locus quidem sibi vult superbiam non esse a Deo profectam. Sed idem etiam verbis supra allatis, de quibus a nobis hic agitur, auctor noster nos commonefacere tibi videbitur, cum diligentius ipsa examinaveris. Postquam enim parte priore*) nos edocuit bonorum spiritualium atque praesertim ethicorum auctorem esse Deum, effato sequente**) illud de malis mentis animique moralibus negat, quae nonnisi a peccatoribus orta semper cum ipsis fuisse admonet. Premitur enim vox ἁμαρτωλοῖς, quae terminis praeviis παρὰ Κυρίου et παρ' αὐτοῦ opponitur. Nec vox συνέκτισται, ut Graecum textum recipiamus, indicat errorem aut tenebras mentis a Deo peccatoribus native esse inditas, immo vero impii ipsi ista mala sibi quasi concreaverunt adeo malis indulgentes, ut malignitas eorum ex consuetudine quasi in naturam versa sit. Utitur vero auctor noster elocutione συνέκτισται (vide et συγγηρᾷ), ut versus noster quodammodo etiam sequenti (17) opponatur. Quemadmodum enim dona Dei apud iustos permanent atque perseverant (v. 17), ita etiam mala nefariis assidue inhaerent (v. 16).

Sic etiam redarguisse mihi videor opinionem eorum, qui additamenta ista quorundam testium libri nostri confundere nexum orationis arbitrantur. Qua enim ratione ipsa cum praeviis (v. 14) cohaereant, demonstrare vix necessarium est. Tantum admonere adhuc velim κακά (v. 14) designare mala physica, ut efficitur ex adiunctis (θάνατος, πτωχεία), unde etiam versum 14 commati πλάνη καὶ σκότος ἁμαρτωλοῖς συνέκτισται κτλ. non contradicere apparet.

17. V. L. vitiose legit ἡ εὐοδία αὐτοῦ pro ἡ εὐδοκία αὐτοῦ (hoc enim habet etiam P).

18b. ∧ „est" in V. L. cod. τ et Spec.[2] 391, 11 et 619, 18; cf. Graecum.

---

*) σοφία καὶ ἐπιστήμη καὶ γνῶσις νόμου παρὰ Κυρίου, ἀγάπησις καὶ ὁδοὶ καλῶν ἔργων παρ' αὐτοῦ ἐστιν.

**) πλάνη καὶ σκότος ἁμαρτωλοῖς συνέκτισται.

19. εὗρον ἀνάπαυσιν. V. L. „inveni requiem mihi“, quocum convenit P: افحسا لى منسا. Inferius verba „et mors appropinquet“ similiter atque „et morietur“ e (v. 20 V. L.) eliminari debent, cum desiderentur in codd. α, γ, ϑ, κ¹, τ atque prima manu in Parisino 9380*) [Alios testes nostrae opinioni suffragantes citat Luc. Brug. pag. 242]. — Comma „et mors appropinquet“ neque usquam in Graeco reperi. — Cum igitur in Latino supersint verba „et nescit, quod tempus praeteri*et* et relinqu*at* omnia aliis“, cum codd. ϑ, κ¹, τ et Spec.² 391, 14 et 619, 20 pro „relinqu*at*“ scribas „relinqu*et*“ (vide enim Graecum).

20. Pro ὁμίλει ἐν αὐτῇ habent ἐν αὐτῇ ὁμίλει V. L., S.H., cod. 253. — P محكنة اهبلهم (= „eique sc. viae tuae innitere“), unde etiam patefit, quam inepte V. L. ὁμίλει transtulerit „colloquere“; similiter habet S.H. ⲗⲕ; Aeth. ተመሀረ፡ (= „erudire“). ὁμίλει = „conversare“.

ἐν τῷ ἔργῳ σου. V. L. „in opere mandatorum tuorum“, quibus verbis species quaedam Hebraica inest = בְּעֲבֹדַת פִּקּוּדֶיךָ = in opere, quod praeceptis (a Deo) tibi datis iniunctum est tibi.

21. ἁμαρτωλῶν V. L., S.H., cod. 253.

πίστευε+δέ V. L., S.H., Sah. maiorque pars manuscriptorum Graecorum.

Pro διὰ τάχους ἐξάπινα V. L. habet nonnisi „subito“ (cod. γ „desubito“), sed in hemistichio sequente (24a V. L.) absque G legit „festinat“. Quin verba διὰ τάχους ἐξάπινα duobus terminis Hebraicis respondeant, addubitari non licet. Sed laborat textus G mendo interpretis, qui cum Hebraice ἐξάπινα in fine commatis 21b, διὰ τάχους vero in initio hemistichii 22a exstaret, per errorem ambas elocutiones inter se coniunxit, quod textu Hebraico continuo scripto facile accidere poterat. Jure meritoque *g* (V. L.) elocutionem, quae pro διὰ τάχους Hebraice adfuit, ad v. 22 (= 24 V. L.) assumpsit („festinat“), id quod parallelismus sententiarum commendat; cf. enim 22b ἐν ὥρᾳ ταχινῇ. Pro coniecturae nostrae veritate inspicias etiam P, ubi مع هدء (= ἐξάπινα) colon 21b claudit. Pro διὰ τάχους P nihil exhibet, sed versus 22—26 incl. toti ibi praetermittuntur (forsitan aberrantia oculorum translatoris; compara enim 21b cum 26 in Graeco).

Pro „honestare“ vera Veteris Latinae lectio nescio an sit

---

*) Vide et Spec.² 391, 13 et 619, 20.

‚honestari“ (= codd. γ, ϑ) = πλουτῆσαι (= codd. A, 307). Sed ‚receptae πλουτίσαι favet etiam P.

22. καὶ ἐν ὥρᾳ ταχινῇ ἀναϑάλλει εὐλογίαν αὐτοῦ. V. L. „et in hora veloci processus illius fructificat“ = ... ἀναϑάλλει εὐοδία αὐτοῦ, quae lectio videtur esse sincera interpretis Graeci. ΕΥΟΔΙΑ facile in ΕΥΛΟΓΙΑ (ΕΥΛΟΓΙΑΝ) transmutari poterat eâdem voce in enunciato 22a praeviâ. — Pro εὐλογίαν afferunt εὐλογία S. H. et Aeth.; ad illam lectionem considera, quae ad 1, 23 de voce ἀναδώσει disserui (pag. 54).

24. αὐτάρκη μοί ἐστιν. V. L. „sufficiens mihi sum“; sed deleas „mihi“, quod deest in α, γ, ϑ, κ¹, τ. Ad elocutionem Veteris Latinae vide exempla, quae profert Rönsch, Itala und Vulgata, ed. 2 pag. 337.

25. ἐν ἡμέρᾳ ἀγαϑῶν ἀμνησία κακῶν,
καὶ ἐν ἡμέρᾳ κακῶν οὐ μνησϑήσεται ἀγαϑῶν.
V. L. „In die bonorum ne immemor sis malorum,
et in die malorum ne immemor sis bonorum“.

Sed haec textus forma ex emendationis studio processit, cum verba Sixtina seriem sententiarum male intercipere primo intuitu videantur. Quae etiam fuit ratio, cur Bretschneider versum nostrum spurium declararet; sed sine iusta causa eum sic egisse intelliges, dummodo textum Sixtinum versus 25 in parenthesi sumas atque argumentum eum continere interpreteris, cur in rebus secundis tantopere superbiant homines: neque enim ibi adversae fortunae ipsis in mentem venit, quemadmodum neque in calamitatibus sors melior eorum memoriae occurrit.

26. In (v. 28 V. L.) omittas „est“ cum codd. α, γ, τ; cf. Graecum.

27. τρυφῆς+πολλῆς V. L., S.H., cod. 253. Cf. Chrys. hom. 5 in 2 Tim. 2 (Migne Gr. 62, 629): ὥρα κακώσεως ἐπιλησμονὴν ποιεῖ πολλῆς τρυφῆς.

30. Πέρδιξ ϑηρευτὴς ἐν καρτάλλῳ,
οὕτως καρδία ὑπερηφάνου.
V. L. „Sicut enim eructant praecordia foetentium,
et*) sicut perdix inducitur in caveam,
et ut caprea in laqueum:
sic et cor superborum“.

Verba, a quibus versus noster Latine incipit, sane sunt perobscura

*) Omitte „et“ cum α, γ, Spec.¹ 129, 12.

atque digna, quae vocentur crux interpretum. Difficultas ipsa explanandi vel inde augetur, quod hic mira lectionis varietas in exemplaribus Latinis dominatur. — Pro „foet*e*ntium“ enim habent α, γ, ϑ, κ[1], τ „foet*a*ntium“, quidam vero testes Speculi[1] 129, 11 „infantium“. — Meo iudicio „foetantium“ est germana interpretis Latini lectio, quippe quae a codicibus optimae notae α, γ, τ propugnetur. (Alia enim rem disceptandi ratio nobis non suppeditatur, cum ista Veteris Latinae verba alibi non reperiamus). Habuit igitur fortasse interpres Latinus in exemplari suo Graeco haec:

ὡς ἐρεύγεται σπλάγχνα ἐγκύων,

sed ista, ut mihi videtur, emendata pro:

ὡς ἐρεύγεται σπλάγχνα κυνῶν.

Quibus lumen adhibere arbitror, quae in textu P versus nostri inter alia sic legimus:

اس ملحا ،لحما خس حلا ەشفع

ەحا لحمالا لحما خس حلا ەشفع.

(= „sicut canis, qui omnem domum intrat ibique rapit, ita impius omnem domum ingreditur et tumultuatur“).

His enim suspicio mihi ingeritur interpretem *g* hic mendum contraxisse, cum Hebraice forsitan legerit:

מַבִּיעִים לְבוּת (*) כְּלָבִים

pro: מַבְקִיעִים אֶל־בַּיִת כְּלָבִים

= („sicut) irrumpunt in domum canes“.

Admoneri hic te volo canes in oriente libere circumcursitare per vicos atque domos intrare ibique fame pressos vel rapere vel tumultuari. Haec de textu originali opinio optime convenit etiam ad ea, quae in versu nostro de perdice atque caprea praedicantur, quibuscum cor superborum simili aliqua ratione comparari iudicare debemus. „Perdix“, ut Cornelii a Lapide verba amplectar, „in cavea est invita omnesque modos quaerit eam diffringendi, ut avolet, ideoque nil boni in ea facit, nisi quod eam faecibus suis conspurcet“.(**) Capream, cum capta sit, omnes nervos intendere at-

---

*) Cf. 21, 14 „ἔγκατα“ P لحما; 33 (al. 36), 5 „σπλάγχνα“ P لحما.

**) Fortasse veritatem eorum, quae hic commemorat explanator ille doctissimus, confirmant verba Sti Augustini (contra Faustum Manichaeum l. 13 c. 12, Migne L. 42, 289): „Perdix enim nimis contentiosum animal, notum est, quanta aviditate ipsius contentionis currat in laqueum“. Vide etiam eiusdem sermonem 46 de pastoribus in Ezech. 34 (Migne L. 38, 286): „Hoc enim animal [sc. perdix], ut aucupes norunt, etiam contendendi studio capitur.“ S. Bochart (Hierozoicon sive bipertitum opus de animalibus sacrae Scripturae, Francofurti ad

que in omnem partem se vertere, ut laqueos effringat, sat constat (cf. 27, 20 atque Prov. 6, 5). Est ergo hic tertium comparationis tumultuatio, qua ista animalia obstacula vel res disiciunt ac disturbant vel demoliuntur. Perinde atque illa se gerit homo superbus, qui malignitate cordis sui impulsus omnes modos occasionesque quaerit proximo casum atque infortunium contrahendi.

Explicatio similitudinum versus nostri, quam modo proposuimus, optime concinit etiam ad verba eiusdem versus: καὶ ὡς ὁ κατάσκοπος ἐπιβλέπει πτῶσιν, quae uberius illustrantur hemistichio 31a: τὰ γὰρ ἀγαθὰ εἰς κακὰ μεταστρέφων ἐνεδρεύει. Probata origine Hebraica verborum „sicut irrumpunt in domum canes“ cum fides fit in textu G aliquid deesse, tum rescinditur lectio vulgaris (πέρδιξ) θηρευτής (melius Co. θηρευθείς), quam propter verba καὶ ὡς ὁ κατάσκοπος κτλ. de perdice iam capto ac mansuefacto intelligunt, quo venatore aucupes veterum more utebantur, ut voce sua eiusdem generis aviculas deciperet atque in laqueos alliceret. Quibus parum assimilantur comparationes, quae a canibus et caprea in versu nostro petuntur. Lectioni θηρευθείς (V. L. „inducitur“) suffragatur et P: ܐܝ ܣܝܠܐ ܕܙܒܐ ܚܡܟܚܐ (= „quasi perdix captus in cavea“).

Si ἐν καρτάλλῳ (P ܚܡܟܚܐ) Hebraice fuisse בְּכֶלּוּב statuere licet, dua priora hemistichia Veteris Latinae easdem literas Hebraice clausisse apparet („canes“ = כְּלָבִים). Praeterea illud canis exemplum in P collocatur post similitudinem a perdice depromptam. Quare causa, cur illud canis interpres G in Hebraico non legerit, non in abscondito esse videtur.

32. ἀπὸ σπινθῆρος πυρὸς πληθύνεται ἀνθρακιά.

V. L. „a (al. „ab“) scintilla una augetur ignis.“

Lectio ἀπὸ σπινθῆρος μιᾶς adnotatur quidem aliunde in editione Hoeschelii, habetque cod. 248 ἀπὸ σπινθῆρος μικρᾶς, quamquam σπινθήρ est generis masculini, sed „una“ in V. L. esse additamentum spurium docet cod. γ, qui vocem istam missam facit.

καὶ ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς εἰς αἷμα ἐνεδρεύει.

V. L. „et ab uno doloso augetur sanguis,
homo vero peccator sanguini insidiatur“.

Ex his duabus translationibus commatis 32b prior, quippe quae a G recedat, est genuina recensionis *g*. Habet etiam aliquam similitudinem cum P:

Moenum 1675 II, 89, 40 sqq.) textum Sixtinum secutus acquiescit explicatione vulgari, quam reiecturi sumus.

ܗܟܢܐ ܕ ܐܢܫܐ ܟܚܠܐ ܐܝܟ ܡܝ ܐܦ ܗܟܢ

= „sic homo impius effundit sanguinem veluti aquam“.

καὶ ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς εἰς αἷμα ἐνεδρεύει =

וְאָדָם עָוֹל מְאָרֵב לְדָם׃

V. L. „et ab uno doloso augetur sanguis“ =

וּמֵאֶחָד עָרוּם רַב דָּם׃

Praeferas lectiones *g* vel P quoque, utpote quae magis ad antithesin 32a conveniant quam G.

33. ἀπὸ κακούργου, V. L. „a pestifero“ (legitne λοιμοῦ pro κακούργου? Cf. Act. Apost 24, 5 Vulg.).

μή ποτε μῶμον εἰς τὸν αἰῶνα δῷ σοι.

V. L. „ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum“.

μή ποτε δῷ σοι = פֶּן־יַעֲשֶׂה לְךָ.

„ne forte inducat super te“ = פֶּן־יִשָּׂא *) עָלֶיךָ.

P ܕܠܐ ܢܬܠ ܥܠܝܟ ܠܥܠܡ ܠܥܠܡܝܢ = „ne maculam sempiternam accipias‘ (= פֶּן־תִּשָּׂא).

V. L. („subsannationem“) pro μῶμον legisse videtur μῶκον.**)

XII.

1. ἐν τοῖς ἀγαθοῖς σου V. L., Sah., S.H., cod. 253.

2. παρὰ τοῦ Κυρίου (pro παρὰ ὑψίστου) V. L., S.H., cod. 253.

3. In V. L. cum codd. α, γ, κ^1, τ, Spec.^{1} 129, 22 omittas „enim“; abest etiam a Graeco.

4. ἐλεημοσύνην, V. L. „eleemosynas“; scribe vero „eleemosynam“ cum codd. α, κ^1, τ, Spec.^{1} 130, 1 (cod. γ mendose habet „eleemosyna“).

4. δὸς τῷ εὐσεβεῖ, καὶ μὴ ἀντιλάβῃ τοῦ ἁμαρτωλοῦ.

5. εὖ ποίησον τῷ ταπεινῷ, καὶ μὴ δῷς ἀσεβεῖ·
ἐμπόδισον τοὺς ἄρτους αὐτοῦ, καὶ μὴ δῷς αὐτῷ,
ἵνα μὴ ἐν αὐτοῖς σε δυναστεύσῃ·
διπλάσια γὰρ κακὰ εὑρήσεις ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς, οἷς ἂν
ποιήσῃς αὐτῷ.

6. ὅτι καὶ ὁ ὕψιστος ἐμίσησεν ἁμαρτωλούς,
καὶ τοῖς ἀσεβέσιν ἀποδώσει ἐκδίκησιν.

---

*) Ad hanc radicis נשׂא „afferendi“ notionem compara Exod. 10, 13.

**) Cf. Athenaei Naucratitae Dipnosophistarum lib. V p. 187 A: Τοῖς δ'ὁ κόλαξ πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῶκον.

7. δὸς τῷ ἀγαθῷ, καὶ μὴ ἀντιλάβῃ τοῦ ἁμαρτωλοῦ.
V. L. „quoniam et Altissimus odio habet peccatores,
et misertus est poenitentibus.
Da misericordi, et ne suscipias peccatorem:
et impiis et peccatoribus reddet vindictam,
custodiens eos in diem vindictae.
Da bono, et non receperis peccatorem.
Benefac humili, et non dederis impio:
prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te sit;
nam duplicia mala invenies in omnibus bonis, quaecumque feceris illi,
quoniam et Altissimus odio habet peccatores,
et impiis reddet vindictam".

Verbis δὸς τῷ εὐσεβεῖ καὶ μὴ ἀντιλάβῃ τοῦ ἁμαρτωλοῦ (4) et δὸς τῷ ἀγαθῷ καὶ μὴ ἀντιλάβῃ τοῦ ἁμαρτωλοῦ (v. 7) aperte duplex eiusdem textus lectio constituitur. Ex his posteriorem, quae et cum P convenit (ܠܐ ܬܩܒܠ ܚܛܝܐ ܘܠܐ ܬܣܥܕ ܠܗ), prae priore genuinam duco. Quo accedit, quod V. L., quam textum ex Hebraico correctum sequi saepenumero iam probavimus, eadem verba („Da bono et non receperis peccatorem") iam supra pro v. 4 textus Sixtini habet. In eadem exstat quidem et colon: „Da misericordi et ne suscipias peccatorem", sed ibi nexum sententiarum perturbat. Fortasse igitur e margine in textum migravit. Pro versu 4 ergo editionis Sixtinae expungendo eiusdem versum 7 reponas. Quod verba δὸς τῷ ἀγαθῷ καὶ μὴ ἀντιλάβῃ τοῦ ἁμαρτωλοῦ in Graeco post v. 6 occurrunt, mirari non debemus, cum etiam P, ubi versus 4 et hemistichium primum versus 5 supra omittuntur, ipsa post v. 6 afferat.

Veram commatis 4 formam etiam in V. L. praecedit v. 6 (qui hic forma auctiore legitur); est ergo infra in V. L. iterata versus sexti versio delenda, etsi haec eundem locum tenet, quem in G.

Ad hemistichium „custodiens eos in diem (al. „in die") vindictae" compares, quae S.H. et codd. 70, 106, 248, 253 in fine versus 6 subiungunt:

φυλάσσει (70 συνθλάσει) δὲ αὐτοὺς εἰς ἡμέραν ἐκδικήσεως (S.H., 253+κραταιὰν) αὐτῶν (70, 248+κραταιάν).

In V. L. textu ampliore quam in testibus modo allegatis non solum retinetur parallelismus membrorum, sed etiam optima in v. (3 V. L.) gignitur sententiarum antithesis:

οὐκ ἔστιν ἀγαθὰ τῷ ἐνδελεχίζοντι εἰς κακά. — cf. V. L.: „quoniam et Altissimus odio habet peccatores".

καὶ τῷ ἐλεημοσύνην μὴ χαριζομένῳ. — cf. V. L.: „et misertus est (= misertus vero est) poenitentibus".

Adhortatur ergo hisce auctor, ne in impios conferamus beneficia, sed tantum in iustos vel poenitentes praeeunte Deo, qui improbat nefarios nec non adest probis vel peccata expiantibus. Non tam facilis est nexus cogitationum apud testes libri nostri Graecos, ubi versus 6 rationem quarti atque initii versus quinti continet.

Verba „quaecumque feceris illi" missa facias in V. L., a qua initio ea afuisse testantur codd. α, γ, ϑ, κ¹, τ, Parisinus 9380, Spec.¹ 130, 5sq. — In G ipsa sunt genuina, cum ab omnibus versionibus ac manuscriptis hanc recensionem secutis defendantur. P ut V. L. ea ignorat.

5. Pro εὑρήσεις scribi debet εὑρήσει σοι, quod habent S.H. et codd. 248, 253. Vide enim P ܒܪ ܟܕ ܚܒܠ ܡܥܕܐ ܠܟ ܚܕܐ ܘܐܫܟܚܬ (= „prima aut altera vice deprehendit te malus tempore necessitatis tuae"). — Exstat εὑρήσει σοι etiam in Mon. serm. 58 pag. 229.

8. οὐκ ἐκδικηϑήσεται; V. L. e correctura „non agnoscetur" = οὐκ ἐπιγνωσϑήσεται (S. H., codd. 106, 253) vel οὐ γνωσϑήσεται (cod. ℵ²).

Aeth. ሕያምሥጥከ: (= „non effugiet te"); videtur legisse οὐκ ἐκβληϑήσεται (= codd. 155, 248).

Arm. *ոչ երևեսցի* = οὐκ ἐκφανήσεται, ut habet lectio quaedam varians ab Hoeschelio in margine adnotata.

Sah. videtur legisse οὐ κρυβήσεται (= codd. 55, 254); vertit enim sic libere:

„Amicus tuus apparebit tibi in bonis tuis,
et inimici tui apparebunt tibi in malis tuis".

Lectio difficillima ideoque absque dubio genuina interpretis G est οὐκ ἐκδικηϑήσεται. Verbis 23, 21 οὗτος ἐν πλατείαις πόλεως ἐκδικηϑήσεται ad illustrandum locum nostrum uti nequimus, cum et ibi ἐκδικεῖν „puniendi, ulciscendi" notione legatur. In Hesychii Alexandrini lexico (post Joannem Albertum recensuit Mauricius Schmidt, Jenae 1858 II pag. 41) exstat glossa ἔκδικεν· ἐξέβαλεν, ubi sunt qui scribere velint ἐκδικεῖν· ἔξω βαλεῖν;*) sed est haec

*) Lambertus Bos in animadversionibus criticis suae τῶν LXX editioni praemissis (Franequerae 1709) voci ἐκδικεῖν hunc sensum attribuit ad Ezech. 19, 12, sed LXX (ἐξεδικήϑησαν) male ibi legisse הִתְפָּקְדוּ pro הִתְפָּרְקוּ (M.T.) ipsum fugit.

coniectura critice non certa. Neque etiam „probandi“ indeque „deprehendendi“ vim (Linde, Bretschneider, Schleusner II 274) voci nostrae exemplis aliunde allatis assignare possumus. Mea sententia in Hebraico interpres G legit יַחְפֹּשׂ, quod ex analogia vocis דָּרַשׁ reddidit ἐκδικηθήσεται (vide Soph. 1, 12, ubi אֶחְפֹּשׂ οἱ λοιποί vertunt ἐκδικήσω, Field II pag. 1013), sed ita mendose accidit, cum recta lectio Hebraica esset יִתְחַפֵּשׂ (לֹא) „(non) dissimulabit se (in rebus secundis amicus).“ Quae sententia optime etiam accommodatur ad antithesin 8b οὐ κρυβήσεται atque stabilitur versione P ܠܐ ܢܬܥܡ = „non astute aget (in bonis suis amicus).“

9. καὶ ἐν τοῖς κακοῖς αὐτοῦ. V. L. „et in malitia illius“ = καὶ ἐν κακίᾳ αὐτοῦ (Mon. serm. 248 pag. 817).

11. V. L. ∧ καὶ ἔσῃ αὐτῷ ὡς ἐκμεμαχὼς ἔσοπτρον καὶ γνώσῃ ὅτι οὐκ εἰς τέλος κατίωσε, quamquam pro his aliquid licet a G diversum deprehenditur in P: ܘܬܗܘܐ ܠܗ ܐܝܟ ܕܡܓܠܐ ܠܐ ܢܫܟܚ ܘܠܐ ܢܫܟܚ ܐܦ ܠܐ ܕܥ ܐܝܟ ܕܡܫܬܟܠ ܘܡܫܟܚ ܠܟ ܣܘܦ ܕܣܢܝܘ = „esto illi quasi revelans mysterium neque inveniet, quomodo te destruat, et cognosces finem odii eius“.

Houbigantii opinionem negationem οὐκ ante εἰς τέλος delendam esse confirmare videtur S.H., sed ibidem etiam aperte e correctura legitur καὶ ἔσῃ αὐτῷ ὡς ἐκμεμαγμένον ἔσοπτρον, qua elocutione is, quem hic alloquitur auctor noster, opponitur inimico, cuius anima quasi aerugine est obducta. Sed est cum lectione absque dubio genuina καὶ ἔσῃ αὐτῷ ὡς ἐκμεμαχὼς ἔσοπτρον etiam retinenda particula οὐκ paulo post sequens; est enim hic sensus loci nostri: et eris illi, quasi qui absterseris speculum, et cognosces eum non usque in finem h. d. in omne tempus aeruginasse i. e. hypocritam egisse.

12. Μὴ στήσῃς αὐτὸν παρὰ σεαυτόν,
μὴ ἀνατρέψας σε στῇ ἐπὶ τὸν τόπον σου·
μὴ καθίσῃς αὐτὸν ἐκ δεξιῶν σου,
μή ποτε ζητήσῃ τὴν καθέδραν σου.
V. L. „Non statuas illum penes te,
nec sedeat ad dexteram tuam,
ne forte conversus in locum tuum inquirat cathedram tuam“.

Comma μὴ ἀνατρέψας σε στῇ ἐπὶ τὸν τόπον σου in codd. α, γ, ϑ, κ[1], Spec.[1] 130, 11 duplici translatione vertitur, cum post verba „ad dexteram tuam“ haec textui interponantur: „ne conversus stet (= μὴ ἀναστρέψας στῇ) in loco tuo“. Etiam „ne forte conversus“ = μή ποτε ἀναστρέψας. — Genuinam vero ex istis trans-

lationibus duxerim eam, quam exhibet Vulgata editio („ne forte conversus in locum tuum"), quippe quae magis dissentiat a testibus recensionis vulgaris Graecae. Prior („ne conversus stet in loco tuo") e G desumpta mihi videtur, ita tamen ut varietate mere Graeca pro textu haud dubie sincero ἀνατρέψας σε*) substitutum sit ἀναστρέψας. Terminum vero „conversus"[2] (= ἀναστρέψας[2]) Veteris Latinae non sine Hebraica diversitate enatum iudico, praesertim cum etiam P legat: (ܢܩܡ ܚܪܡܐ) ܠܡܦܪ (וְלֹ) = („ne) conversus (sistat in loco tuo").

„conversus"[2] (ἀναστρέψας) = יַהֲפֹךְ
ἀνατρέψας σε = יַהֲפֹכְךָ

14. καὶ συμφυρόμενον (a radice גאל?) ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ. — V. L. „et (qui) obvolutus (a radice גלם?) est in peccatis eius".

16. Omittas καί[1] cum V. L., Arm., Sah., Boh., S.H., codd. 55, 157, 253, 254.

βουλεύσεται. V. L. „insidiatur" = ἐπιβουλεύεται?

ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ δακρύσει ὁ ἐχθρός.

V. L. „in oculis suis lacrymatur inimicus".

Eadem verba in V. L. post 17a iterantur, sed loco posteriore spurie, ubi codicis τ auctoritate destituuntur, neque ea agnovit Rabanus Maurus, ut ex eius commentario auguror.

16. ∧ ὁ ἐχθρός[2] S.H., codd. 23, 248, 253, ed. Hoesch.; etiam a P abest.

17. +ἄνθρωπος ante βοηθῶν S.H., codd. 248, 253, P.

ὑποσχάσει πτέρναν σου. V. L. habet „suffodiet plantas tuas" (τὰς πτέρνας σου = Arm. et cod. 253). Cum V. L. etiam codd. 23, 253 legunt ὑποσκάψει. (ὑποσκάπτειν = suffodere ad ipsas usque radices vel in ima parte circumfodere).

Arm. գայթագղեցուսցէ = „supplantabit" (= ὑποσκελίσει? cod. 307 ὑποσκελέσει). ὑποσχαλάσῃ exhibent codd. 296 et 308, quae tamen vox est nulla.

Lectio absque dubio recta est Sixtina ὑποσχάσει (= subsecabit, scarificabit, scalpro incidet), cui favet P: ܘܢܚܠ ܠܚܫܚܗ ܚܡܛܗ, unde in Hebraico hic formam radicis עקר exstitisse perspicuum

*) Non enim, ut e codicum ac versionum conspectu colligo, in G nobis condicio proponitur, nisi ut aut ἀνατρέψας σε aut ἀναστρέψας σε adoptemus. Reliquae lectiones ibi variantes aperte correcturae debentur. Praeplacet mihi ἀνατρέψας σε, quo facilius legi videtur ἀναστρέψας σε.

fit, quam LXX Gen. 49, 6, Jos. 11, 6 et 9 voce νευροκοπεῖν bene reddunt; item Symm. 2 Sam. 8, 4, ubi Vulg. habet „subnervavit".

18. τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κινήσει = V. L., S. H., Arm., codd. ℵ, (A), C, 55, 155, 248, 253, 307, qui ordo verborum videtur esse genuinus; est etiam versionis P.

∧ αὐτοῦ post χερσίν V. L., S. H., Arm., codd. ℵ^{1}, 23, 70, 248, 253, 307.

καὶ πολλὰ διαψιθυρίζων ἀλλοιώσει V. L., S.H., cod. 253.

XIII.

1. μολυνθήσεται (cod. 248 et S.H. + ἐν αὐτῇ). V. L. „inquinabitur ab ea".

ὁμοιωθήσεται αὐτῷ. V. L. „induet superbiam"; cf. P ܠܒܫ ܒ ܥܠܘܗܝ „induit de viis eius."

2. βάρος ὑπὲρ σέ μὴ ἄρῃς,
καὶ ἰσχυροτέρῳ σου καὶ πλουσιωτέρῳ μὴ κοινώνει.
V. L. „Pondus super se tollet (rectius α, γ, κ^{1}, „tollit"), qui honestiori se (omittas „se" cum codd. α, γ) communicat, et ditiori te ne socius fueris".

Interpres Latinus comma 2b dupliciter licet forma contracta reddit. Cum terminus „honestiori" de homine locuplete acceptus sermonis Latini quem vocant vulgaris sit ideoque multo magis quam elocutio synonyma „ditiori" hic ad stilum interpretis nostri pertinere videatur*), colon „et ditiori te ne socius fueris" postea in V. L. introductum esse iudicare velim. Qua in opinione confirmor inde, quod Vetus Interpres noster pro voce κοινωνεῖν verbum „communicandi" usurpare solet; cf. (13, 1 et 3 et 21 V. L.), (26, 9 V. L.).

Pro „quando enim se colliserint" in v. (3 V. L.) cum γ legas „quando colliserint" (∧ „se" etiam in codd. α, κ^{1}, τ).

7. Omitte „et" in V. L. ante verba „postea videns derelinquet te" cum codd. α, γ, ϑ, κ^{1}; abest hic etiam a Graeco καί.

κινήσει ἐπὶ σοί; V. L. male „movebit ad te" (ἐπὶ σέ codd. 106, 296).

7. V. L. + (= 9 V. L.) „Humiliare Deo et exspecta manus eius", quae tamen verba versio Latina antiquitus non agnoscebat.

---

*) Cf. et (11, 14 et 23 V. L.), (24, 23 V. L.), (31, 1 V. L.).

Desiderantur enim in codd. α, γ, Parisino 9380. Etiam in Rabani Mauri commentario comma illud missum fit.

8. πρόσεχε, μὴ ἀποπλανηθῇς,
καὶ μὴ ταπεινωθῇς ἐν εὐφροσύνῃ σου.
V. L. „Attende, ne seductus in stultitiam humilieris.
Noli esse humilis in sapientia tua,
ne humiliatus in stultitiam seducaris".

Hinc patet:

a) ἐν εὐφροσύνῃ σου corrigendum esse in ἐν ἀφροσύνῃ σου; similiter Sah., P (vide infra) forsitanque cod. 253 (Klostermann: ἐν ἀφροσύνῃ? τῆς καρδίας σου).

b) enunciati: „attende, ne seductus in stultitiam humilieris" (= G) mutato ordine verborum alteram esse versionem: „noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris" (= *g*). Cum hac posteriore textus forma etiam P quandam similitudinem habet (cf. ordinem notionum ἀποπλανηθῇς et ταπεινωθῇς in V. L. et P inversum):

اذبه لا تسلم حاجتك
ولا تجعل حكمتك مجهلة

„Cave, tradaris in manus eius (sc. eius, de quo in vv. 4—7 agebatur),
neve decipiaris defectu intelligentiae eius."

Vocem „humiliatus" (ταπεινωθείς pro ταπεινωθῇς?) spurie in V. L. e G additam atque delendam esse crediderim, ita ut omissis reliquis versum 8 in V. L. sic legamus fortasse oporteat:

„Noli esse humilis in sapientia tua,
ne in stultitiam seducaris".

11. Μὴ ἔπεχε εἰσηγορεῖσθαι μετ' αὐτοῦ.
V. L. „ne retineas*) ex aequo loqui (= ἰσηγορεῖσθαι) cum illo".

Pro εἰσηγορεῖσθαι, etsi P habet حمده, vera lectio est ἰσηγορεῖσθαι (= manuscripta 106, 254), cum prior non sit vox. Mendum illud erat facile voce praevia ἔπεχε in literam ε exeunte. Defendit lectionem ἰσηγορεῖσθαι etiam Arm. Հաւասարորդ Նորա լինիլ = „aequalis eius esse".

καὶ ὡς προσγελῶν ἐξετάσει (S.H., codd. 23, 70, 106, 248,

*) Non denotat hic ἔπεχε „ne detineas, ne retardaveris", sed „ne cum fiducia (P لا تثق) aequali oratione cum ipso utaris".

253+τὰ κρυπτά σου); V. L. „et subridens interrogabit te de absconditis tuis".

12. ἀνελεήμων ὁ μὴ συντηρῶν λόγους.

V. L. contextui magis congrue habet:

„Immitis animus illius conservabit verba tua".

Discrimen, quod inter G et V. L. hic adest, e varia textus Hebraici lectione derivari crediderim:

G = בְּלֹא רַחֲמִים | לֹא שֹׁמֵר דְּבָרִים

V. L. (*g*) = לִבּוֹ לֹא רַחֲמִים | יִשְׁמֹר דְּבָרֶיךָ

Textu vulgari Graeco praestant, quae in S.H. et cod. 253 hic leguntur sic: ἀνελεημόνως δὲ συντηρήσει λόγους σου. G enim textum Hebraicum hoc modo interpretari debuisse censeo:

בְּלֹא רַחֲמִים לוֹ (*) | יִשְׁמֹר דְּבָרֶיךָ

quibuscum partim consentit etiam P:

ولا تبعد مجازيه فاحصا

= „et sine misericordia ultionem exigit".

13. Propter additamentum apud ipsos versum 13 sequens (vide mox infra) codd. 106 et 248 post καὶ πρόσεχε σφοδρῶς adiciunt τοῦ ἀκούειν (= „ut audias"); V. L. vero: „et attende diligenter +auditui tuo" (= τῷ ἀκούειν). Sed haec textus augmenta spuria existimo, cum S.H. et cod. 253 illa omittant, quamquam eadem ac testes illi post versum 13 immixta habent.

13. V. L. + **) „Audiens vero illa quasi in somnis vide, et vigilabis.

Omni vita tua dilige Deum et invoca illum in salute tua".

S.H., codd. 106, 248, 253 ibidem+

Ἀκούων αὐτὰ (248 ταῦτα) ἐν ὕπνῳ σου γρηγόρησον (S.H. et 253 ἐν ὕπνοις σου καὶ γρηγορήσεις)·

πάσῃ ζωῇ (106+σου) ἀγάπα τὸν (S.H. ἀγαπῶν) Κύριον καὶ ἐπικαλοῦ αὐτὸν εἰς σωτηρίαν σου (106 ἐν σωτηρίᾳ σου).***)

Quae in integrum restituta sic sonare suspicor:

---

*) De confusione vocum לֹא et לוֹ in manuscriptis Hebraicis non rara vide, quae Delitzsch in Psalmorum commentario suo ad Ps. 100, 3 testatur: quindecies in M.T. scriptum esse לֹא pro לוֹ; praeterea 1 Sam. 2, 16 et 20, 2 exstare לוֹ pro לֹא. — Ad elocutionem לוֹ בְּלֹא רַחֲמִים cf. Thren. 4, 14 יוּכְלוּ בְּלֹא.

**) = (vv. 17 sq. V. L.).

***) In Mon. serm. 289 pag. 922 haec citari reperi: ἀγάπα τὸν Κύριον καὶ ἐπικαλοῦ εἰς σωτηρίαν σου.

Ἀκούων αὐτὰ (an αὐτὰ omitti debet?) ἐν ὕπνοις ἰδοῦ καὶ γρηγορήσεις·
πάσῃ ζωῇ ἀγάπα τὸν Κύριον καὶ ἐπικαλοῦ αὐτὸν ἐν σωτηρίᾳ σου.

αὐτὰ reprobare non ausus sum, quamquam mea sententia obiectum illius verbi ἀκούων commodius monita iudicamus, quae hic auctor noster dat. Vix enim tam obvio orationis nexu actum audiendi hic circa sermones versari intelligimus, quibus homo modo descriptus alterius secreta expiscari studet. Nihilominus hanc opinionem amplexi sunt, qui, ut clariorem redderent nexum cogitationum, versui praecedenti τοῦ (vel τῷ) ἀκούειν adiunxerunt.

16. πᾶσα σὰρξ (בָּשָׂר, vide P) κατὰ γένος συνάγεται.
V. L. „Omnis caro ad similem sibi coniungetur“ (melius codd. α, γ „coniungitur“).
κατὰ γένος = לְמִינוֹ (cf. Gen. 1, 11 sq. M.T. et LXX) = „ad similem sibi“.

17. τί (= מָה) κοινωνήσει λύκος ἀμνῷ; V. L. „si (= εἰ = הַ?) communicabit lupus agno aliquando“. — De huiusmodi particularum „εἰ“ et „si“ usu consule Winer (ed. 7) § 57, 2 et Kaulen: Handbuch zur Vulgata, Moguntiae 1870 pag. 211.

18. τίς εἰρήνη (P ܫܠܡܐ) ὑαίνῃ πρὸς κύνα;
= מַה־יֵּשׁ לְצָבַע לְכֶלֶב:

V. L. „quae communicatio sancto homini ad canem?“, quam in formam haec propter Matth. 7, 6 (μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί) redacta esse opinor ex pristina: „quae communicatio sano ad canem?“ Interpres Latinus mendose legisse videtur ὑγιεινῷ pro ὑαίνῃ.

g: Τίς κοινωνία ὑαίνῃ (מַה־יֵּשׁ לְצָבַע) πρὸς κύνα;
De forma צָבַע cf. Siegfried-Stade: Hebr. Wörterbuch, pag. 612.

καὶ τίς εἰρήνη πλουσίῳ πρὸς πένητα; V. L. „aut quae pars diviti ad pauperem?“ Cum codd. α, γ, κ¹, τ legas: „aut quae pax bona diviti ad pauperem?“

19. οὕτως νομαί, V. L. „sic et pascua“; sed ut deleamus „et“, admonent codd. α, γ, κ¹, τ.

20. οὕτως βδέλυγμα, V. L. „sic et exsecratio“; omittas „et“ cum codd. α, γ, κ¹, τ.

21. ὑπὸ φίλων, V. L. „ab amicis suis“; sed deest „suis“ in codd. α, γ, κ¹, τ.

προσαπωθεῖται ὑπὸ φίλων (= לְרֵעִים vel מֵרֵעִים)*); V. L. „expelletur (cod. γ „expellitur“) et a notis“ (= לְיֹדְעִים vel מִיֹּדְעִים). An in V. L. varietatem mere Graecam hic statuere debemus? exhibetur enim eadem lectio ab Arm. (*և ի ճանօթից անտի ի բաց մղի*), sed ab aliis testibus non propugnatur.

22. ἀπόρρητα, V. L. „superba“. Quid in Hebraico pro ἀπόρρητα exstiterit, expedire nequeo. Cum vero P pro ἐλάλησεν ἀπόρρητα habeat ܡܠܝ ܕܣܢܝܐ ܗܘ (= „dicta eius odiosa“), obvia mihi videtur conjectura lectionem „superba“ formae cuidam adiectivi שָׂנְאָנִי respondere.

23. ἀνύψωσαν. V. L. „perducent“, quocum componas P: ܘܥܠܝ ܒܥܪ̈ܒܬܐ ܥܕ ܫܡܝܐ ܠܗ = „et fautores eius usque ad nubes perducunt illum“.

24. ᾧ μή ἐστιν ἁμαρτία. V. L. „cui non est peccatum in conscientia“. S.H., codd. א², 248, 253 ᾧ μὴ πρόσεστιν ἁμαρτία. Hoeschel in margine adnotat: ᾧ μὴ πάρεστιν ἁμαρτία.

ἐν στόματι (pro ἐν στόμασιν) habent V. L., S.H., Arm., codd. א, A, 55, 106, (155), 157, 248, 253, 296, 307, sed meo iudicio e correctura. G enim vitiose legit בְּפִיּוֹת pro בְּכַפּוֹת (= „in manibus“), quocum compares Hebraicum loquendi modum: iniuria est in manibus alicuius (Is. 59, 6; Jon. 3, 8 etc.). Vide Ball ad locum nostrum. P ܠܘܬ ܫܦܬܐ = „ad latus (= עַל־פְּאַת) peccatorum“.

26. Ἴχνος καρδίας ἐν ἀγαθοῖς πρόσωπον ἱλαρόν,
καὶ εὕρεσις παραβολῶν διαλογισμοὶ μετὰ κόπου.
V. L. „Vestigium cordis boni et faciem bonam difficile invenies et cum labore“.

Latini interpretis exemplar Graecum etiam hoc loco mutilatum fuisse videtur (eademne in parte, ubi defectus supra ad 10, 30 notatus aderat?), quare nonnisi haec legit:

ἴχνος καρδίας ἐν ἀγαθοῖς καὶ πρόσωπον ἱλαρὸν [an θάλλον (= cod. 248)?] εὑρήσεις**) (vel εὑρέσεις) μόγις καὶ μετὰ κόπου.

Hemistichium 26b, sicut legitur apud testes Graecos, aptiorem explicationem non admittit quam Grotii (cf. et Baduellum): „at

---

*) 21b P ܘܡܣܟܝܢ ܡܢ ܟܠ ܕܡܣܟܝܢ ܘܢܦܠ ܒܝܫ ܒܝܫ = „et pauper cadit et pellitur a malo in malum“ (מֵרַע לְרָע).

**) εὑρέσεις pro εὕρεσις exhibent Arm. et cod. A. Idem legisse videtur Aeth. qui aeque mendose ac V. L. vertit „invenies“ = ትረክብ ፡ — Pro εὕρεσις in codicibus etiam scribi εὕρησις docet Apollodori Bibliotheca 3, 3, 1.

inventio sententiarum laboriosa est cogitatio, i. e. seriae meditationis index vultus severior, frons caperata, adducta supercilia, oculi quieti, genae stantes, os tacitum"; cf. huc Ecclesiastae 12, 12 Attamen est haec sententia hic quasi inopinata neque etiam aptam hemistichii praevii antithesin formare videtur. Nec minus repentina sunt, quae in 26b Syrus habet, delibero tamen, an quia versum primum capitis 14 percommode praecedunt, digna sunt, quae textui G praeferantur:

ܘܣܓܝܐ ܕܡܚܫܒ̈ܬܐ ܕܚܛ̈ܝܢ ܐܝܟ ܕܐܡ̈ܪ̈ܬܐ

(= „et multitudo loquelarum cogitationes peccatorum").

Pro הֲגוּת vel הֲגִיוֹן (= εὕρεσις) ergo P legit substantivum radicis שׂגא vel שׂגה (vide ad 6, 37). παραβολῶν et ܡܚܫܒ̈ܬܐ = שִׂיחִים? Pro μετὰ κόπου adfuisse אָוֶן crediderim. Pro ܣܓܝܐ exstititne in Hebraico אֱוִלִים?

XIV.

3. οὐ καλός, V. L. „sine ratione", P ܠܐ ܠܐ, quae omnia Hebraico termino יָפֶה vel נָאוָה optime respondent.

4. ὁ συνάγων ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. V. L. „qui acervat ex animo suo + iniuste"; hoc additamentum est glossema e falsa textus Graeci interpretatione enatum, qui non sibi vult: „qui ex affectu acervandi acervat", sed „qui accumulat detrahens animae suae i. e. sibi ipsi"; cf. enim P ܡܢ ܢܦܫܗ ܕܓܡܥ. Eodem sensu pravo, quo V. L., ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ intellexit etiam Arm. (*սրտապիղծ*).

5. ἐν τοῖς χρήμασιν αὐτοῦ. V. L. „in bonis suis"; sic etiam P (ܒܚܝܠܗ) et Arm.

7. V. L. et cod. 248 καὶ ἐὰν εὖ ποιήσῃ.

ἐν λήθῃ. V. L. „ignoranter et non volens". — Biblia Roberti Stephani: ἐν λήθῃ καὶ οὐχ ἑκὼν ποιεῖ. — Fr. ἐν λήθῃ ποιεῖ καὶ οὐχ ἑκών. — cod. 248 substituit οὐχ ἑκών pro ἐν λήθῃ. Adest in V. L. duplex lectio. Animadvertere hic te velim בִּשְׁגָגָה (quod hic in Hebraico scriptum fuisse verisimile reddit P ܒܛܥܘ ܘܠܐ ܝܕܥ), quamquam proprie denotat ἐν λήθῃ, a LXX haud raro ἀκουσίως transferri (cf. Lev. 4, 2; 5, 15; Num. 15, 29; 35, 15; Jos. 20, 3 et 9 etc.).

8. πρόσωπον, V. L. „faciem suam"; omitte „suam" cum codd. α, γ, κ^{1}, τ.

καὶ ὑπερορῶν ψυχάς. V. L. male „et despiciens animam suam" (sic etiam Aeth. ነፍሶ፡). ψυχάς = animas aliorum = alios;

cf. enim ἀποστρέφων (πρόσωπον). Ad ψυχάς compara etiam Ez. 22, 25 נֶפֶשׁ אָכָלוּ, quod dicitur de pseudoprophetis alios exinanientibus.

9. πλεονέκτου ὀφθαλμὸς οὐκ ἐμπίμπλαται (+ἐν cod. 253, Mon. pag. 223) μερίδι,
καὶ ἀδικία πονηρὰ ἀναξηραίνει ψυχήν.
V. L. „Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis,
non satiabitur, donec consumat*) arefaciens animam suam".

Lectio V. L. (*g*) alia textus Hebraici forma nititur, qua vox ἀδικία ad verbum μερίδι adiungebatur. Pro רַע vel רָעָה (πονηρά) vero ibi exstabat עַד („donec"). Termino „consumat arefaciens" duplicem lectionem contineri probabilitas enascitur e P, ubi pro ἀναξηραίνει habetur:

[ܕܥܒܕ] ܡܥܩܪ [ܕܢܣܒ ܒܚܒܪܗ] ܘܡܢ ܕܢܦܫ

= [„et qui sumit, quod proximi est**),] perdit (animam suam"].

Confusio verborum יבשׁ et אבד vel ideo facilior erat, quod litera א radicis אבד in coniugatione Piel quandoque omittebatur; cf. W. Gesenius: Hebräische Grammatik, ed. 26 cur. E. Kautzsch, Lipsiae 1896 pag. 182.

10. ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐπ' ἄρτῳ,
καὶ ἐλλιπὴς ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτοῦ.
V. L. „Oculus malus ad mala et non satiabitur pane,
sed indigens et in tristitia erit super mensam suam".

Ad verbum „non satiabitur", cuius loco in G occurrit φθονερός, commemorare iuvat P eandem radicem hic exhibere, quam in eadem translatione 37, 29sqq. pro ἀπληστεύεσθαι vel ἀπληστίαν deprehendimus: 10a P ܚܙܐ ܕܥܒܕ ܡܣܝܢܐ ܠܚܙܐ (= „oculus malus multiplicat panem," i. e. quam plurimum panem sibi comparare studet). Quapropter immerito hic iudicat Edersheim: „Some misreading of the Hebrew must have caused the Syr. rendering".

Cum codd. α, γ, ϑ omittere debemus „sed". Codd. γ, ϑ, τ, Malmundariensis praetermittunt „indigens". Rabanus Maurus aliique testes Latini (vide Luc. Brug. pag. 244) habent nonnisi „et indigens erit super mensam suam." His ergo luculenter comprobari videtur in Veteris Latinae editione Vulgata duas lectiones esse consociatas:

„indigens" = ἐλλιπής.

---

*) ϑ, κ^{1} „consumet"; α, γ „consummet"; cf. Archiv VIII 545sq.

**) Pro רַע vel רָעָה ergo legit רֵעוּ vel רֵעֵהוּ.

„in tristia“ = ἐν λύπῃ, quod facile ex ἐνλιπής (sic cod. B pro ἐλλιπής) exoriri poterat.

11. καὶ προσφορὰς Κυρίῳ ἀξίως πρόσαγε.
V. L. „et Deo dignas (male legit ἀξίας) oblationes offer“ [„offers“*) Spec.² 406, 19].

12. καὶ διαθήκη ᾅδου οὐχ ὑπεδείχθη σοι.
V. L. „et testamentum inferorum quia (ὅτι) demonstratum est tibi:
testamentum enim huius mundi morte morietur“.
Lectio mendosa ὅτι inde enata est, quod effatum ἡ γὰρ διαθήκη ἀπ᾽ αἰῶνος Θανάτῳ ἀποθανῇ nescio quo facto in v. 17 praetermissum exinde propter quandam similitudinem falso post 12b e margine in textum invectum est. Pro ἀποθανῇ interpres Latinus errore inductus legit ἀποθάνῃ; lectio enim manuscriptorum R et S Speculi¹ 131, 11 „moriatur“ germana Veteris Latinae esse mihi videtur (cf. etiam Luc. Brug. pag. 245). Pro ἀπ᾽ αἰῶνος Latinus τούτου τοῦ αἰῶνος (vel tantum τοῦ αἰῶνος) in codice suo deprehendit.

15. ἑτέροις V. L., codd. א, A, 55, 106, 155, 157, 296. P.

16. ἀπάτησον. S.H. ἁγίασον = codd. א², 106, 248, 253, 296, Ald. Arm. ἀγάπησον. Sah. ἀπαίτησον = cod. א. — Lectio ἀπάτησον (= „permulce animam tuam, consopi animae tuae sollicitudines“) est vera, quamquam in ea lectores quidam offenderunt, qui eiusmodi dictum menti auctoris nostri minime convenire arbitrarentur. Quae fuit causa, cur hic ista varietas apud testes dominetur.**) Stabilitur textus Sixtinus

a) versione P نفعل = „nutri animam tuam“ (= teipsum), ad quod nulla lectio propius accedit, quam ἀπάτησον.

b) loco parallelo 30, 23, ubi pro ἀγάπα substituatur necesse est ἀπάτα (cf. ibd. P ڤڤ = „blandire“ et sequens παρακάλει); habent hic ἀπάτα S.H., Sah., Arm., Aeth., codd. א², C, 23, 155, (253?), 254, 307, 308.

c) hemistichio 16b ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν ᾅδου ζητῆσαι τρυφήν, quocum componas, quae in Talmude (Erubin fol. 54a) allegantur:
בני אם יש לך היטיב לך שאין בשאול תענוג׃

---

*) Vide supra ad 5, 11 (13 V. L.).

**) Lectione ἁγίασον absque Hebraico fundamento pro ἀπάτησον substituta factum est etiam, ut in S.H. et cod. 253 pro elocutione mox sequente ζητῆσαι τρυφήν emendatione legatur μνησθῆναι ζωήν.

(= „Fili, si habes, benefac tibi ipsi, quia non est in inferis oblectatio“; quae e libro Siracidae desumpta esse in quibusdam Talmudis editionibus commemoratur). Firmatur ergo simul lectio τρυφήν versus nostri, pro qua V. L. mendose exhibet „cibum“ (= τροφήν).

Pro sensu totius versus, de quo hic agimus, considera etiam Eccl. 9, 9sq., praeterea Eccli. 17, 27; Ps. 115, 17 (sec. LXX 113, 25); Is. 38, 18; Bar. 2, 17.

V. L. pro ἀπάτησον legit δικαίωσον; 30, 23 eadem: „miserere animae tuae“ (pro ἀπάτα τὴν ψυχήν σου). Post colon 16a capitis nostri ipsa absque G addit: „ante obitum tuum operare iustitiam“, quibuscum quadam ratione conveniunt, quae P post 16 affert:

ܘܟܠ ܡܕܡ ܕܫܦܝܪ ܠܩܕܡ ܡܪܝ ܥܒܕ ܟܕ

= „et quidquid honestum est factu, coram Deo fac“. — Legitur versus 16 in V. L. textus recensione menti nostrae conformiore, quae iam ex Hebraico ortum ducere videtur. [Item de verbo „miserere“ (30, 24 V. L. pro ἀπάτα) statuere velim]. Sed hanc textus formam esse seriorem e Syro conicio, qui, etsi eum partim cum V. L. contra P consentire videmus, tamen ἀπάτησον (cf. انضا) quodammodo retinuit.

17. ὡς ἱμάτιον παλαιοῦται. — V. L. „sicut foenum veterascet“; sed cod. α „veterescit“, cod. τ et Miss. 353 „veterascit“. Praeterea cod. α „sicut vestimentum“; irrepsitne lectio „foenum“ huc ex 1 Petr. 1, 24? Vide et Is. 40, 6.

18. τὰ μὲν καταβάλλει, ἄλλα δὲ φύει.
V. L. „alia generantur, et alia deiciuntur“.

Sed genuine in V. L. „alia generat, et alia deicit“, ut habet cod. γ; item etiam cod. τ et Miss. 353, nisi quod „decidit“ pro “deicit“ exhibent.

(20 V. L.)+„et omne opus electum iustificabitur,
et qui operatur illud, honorabitur in illo“,
quae aperte ad (v. 17 V. L.) respiciunt.

20. Μακάριος ἀνήρ, ὃς ἐν σοφίᾳ τελευτήσει,
καὶ ὃς ἐν συνέσει αὐτοῦ διαλεχθήσεται.
V. L. „Beatus vir, qui in sapientia morabitur,
et qui in iustitia sua meditabitur,
et in sensu cogitabit circumspectionem Dei“.

Dubitaveris, utrum in V. L. antiquior lectio sit „morabitur“ an

„morietur", quod afferunt codd. α, γ (vide et Spec.[1] 131, 14 ibique notam).

„morietur" = τελευτήσει. „morabitur" = μελλήσει, quod est mendum pro μελετήσει (sic S.H., codd. ℵ[2], 106, 248, 253). Hanc lectionem prae vulgari τελευτήσει esse rectam testantur P (ܢܗܓ ܒܝ) et sequens διαλεχθήσεται (20b). — Vides comma 20a in V. L. duplici translatione reddi:

„Beatus vir, qui in sapientia morabitur,
et qui in iustitia sua meditabitur".

„sua" haud dubie exstirpari debet (∧ in cod. R Speculi[1] 131, 14 et in Miss. 949); videtur enim „iustitia" hic eodem sensu valere, quo in (15, 1 V. L.) „iustitiae", ubi Graeca habent: (καὶ ὁ ἐγκρατὴς) τοῦ νόμου (cf. quae ad 1, 26 commemoravi in pagg. 54sq.). Praeterea terminus ἐν σοφίᾳ 14, 20 in Graeco pronomine αὐτοῦ caret. Colon (15, 1 V. L.), ad quod modo recurri („et qui continens est iustitiae, apprehendet illam"), insuper probabilitatem conciliat in Vetere Latina ex iterata translatione, cuius supra mentionem feci, partem posteriorem („qui in iustitia meditabitur"), non priorem esse retinendam.

Post συνέσει missum fit αὐτοῦ in V. L., S.H., cod. 253 itaque bene; abest etiam a P.

21 (= 23 V. L.). In V. L. pro „in absconditis suis" cum codd. α, γ, κ[1], τ legas „in absconsis illius" („illius" habet et Spec.[1] 131, 16). Inspicias enim G et contextum.

22. Pro ἐν ταῖς εἰσόδοις αὐτῆς scribendum esse ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῆς docet multitudo testium hanc lectionem defendentium (V. L., S.H., Sah., Aeth. plurimaque manuscripta Graeca; compara huc et P ܒܫܒܠܝ ܕܚܝ).

24. In V. L. idem est ordo verborum, qui in S.H. et codd. 248, 253: καὶ ἐν τοῖς τοίχοις αὐτῆς πήξει πάσσαλον; idem et in P ܘܒܫܘܠܝ ܕܚܝ ܢܚܬ ܒܫܘܠܝ (= „et parietibus eius infiget clavos suos").

21sqq. V. L. verba finita νοηθήσεται, ἀκροάσεται, πήξει participiis optime reddidit. Considera enim ad verba ista morem Hebraicum, quo loco participii prolabente oratione nonnumquam verbum finitum usurpatur (cf. Gesenius: Hebräische Grammatik, ed. 26 pag. 354). Omnia igitur, quae modo recensui, verba finita*) aeque ac participia illis praevia (διανοούμενος, παρακύπτων, καταλύων) ad vocem μακάριος (sc. ἐστὶν ὁ) pertinere statuamus

*) = νοούμενος, ἀκροώμενος, πηγνύς.

oportet. ἔξελθε vero, pro quo V. L. recte ponit „vadens", mendo textus Hebraici laborat. Cum enim νοηθήσεται praevium (= וַיַּשְׂכֵּיל; cf. P ܘܢܨܠܚ) Hebraice in literam ל exiret, pro ἔξελθε autem, ut testatur P (ܘܢܦܩ), genuine adesset לָצֵאת, textu continuo scripto facile altera litera ל omitti atque צֵאָה (cf. Iudicum 9, 29) enasci poterat. De sensu infinitivi לָצֵאת (= „dum exit") consulas Gesenius: Hebr. Gramm. ed. 26 pag. 343, o. Pro ἐνέδρευε autem genuine in Hebraico exstitisse verbum finitum, quod tamen eandem vim habuerit atque infinitivus praevius (= „dum insidit in viis illius"), fidem facit P (ܘܐܬܚ ܒܐܘܪܚܬ); cf. ad huiusmodi constructionem Gesenius: Hebr. Gramm. ed. 26 pag. 344, r. — Bene V. L. „consistens" pro ἐνέδρευε.

27. ὑπ' αὐτῆς; S.H. et codd. 23, 253 ἐν τῇ σκέπῃ αὐτῆς; V. L. „sub tegmine illius", sed videtur cum cod. τ legendum esse „in tegmine illius".

XV.

1. αὐτό, V. L. „bona" (ἀγαθόν habent Biblia Argentorati anno 1526 impressa, editio Basileensis anni 1545, Biblia Roberti Stephani anni 1555, Biblia typis H. Commelini anno 1587 evulgata). Sed in V. L. „bona" mutemus in „illud" oportet, cum sic habeant codices α, γ, ϑ, κ¹, τ. Lucas Brugensis pag. 245 haec ex notis citat, quas olim in Francia Sti Dominici fratres composuerunt: „. . . . quia in Ecclesia hic incipit lectio pro epistola*), mutatur verbum, et dicitur „faciet bona"; sed propter usum Ecclesiae non est mutandus textus Bibliae". — Lubentissime accedo coniecturae, quam proposuit F. Perles (Revue des Études juives XXXV pag. 57): αὐτό 15, 1 Hebraice sonuisse בֵּן nec fuisse adverbium [ita intellexerunt G et P (ܐܦܠ)], sed transferri debuisse δίκαιον (a radice כון).

2. ὡς μήτηρ. V. L. „quasi mater honorificata". Quid sit frondem in silvis non cernere, loco hoc sat edocemur, cum nemo eorum, qui verba Latina explanare studuerunt, in eam cogitationem inciderit translatorem Latinum perperam legisse (ὡς μήτηρ) ἔνδοξος pro (ὡς μήτηρ) ἐνδόξως. Apud reliquos testes Ecclesiastici nobis notos hoc additamentum desideratur.

*) Epistolae in festo die Sti Iohannis Evangelistae initium est: „Qui timet Deum, faciet bona".

καὶ ὡς γυνὴ παρθενίας. V. L. „et quasi mulier a virginitate“. Non sequitur Latinus interpres hic diversitatem Graecam, sed particula „a“ reddidit genitivum παρθενίας. Compara huc Prov. 2, 17: ἡ ἀπολιποῦσα διδασκαλίαν νεότητος in cod. Vindobonensi Latino 954: „quae derelinquit disciplinam a iuventute.“ Vide et ad Eccli. 27, 6 (7 V. L.) infra.

5. καὶ ὑψώσει αὐτὸν παρὰ τοὺς πλησίον αὐτοῦ.
V. L. „et exaltabit (cum codd. α, γ, ϑ, κ^1, τ legas vocem rariorem ideoque hic genuinam „inaltabit“) illum apud proximos suos“.

Non ergo intellexit Latinus praepositionem παρά hic vigere sensu comparativo, id quod efficitur ex P:

ܘܢܪܡܝܗ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܚܒܪܘܗܝ

= „et exaltabit illum super omnes socios eius“.

6. εὐφροσύνην καὶ στέφανον ἀγαλλιάματος, codd. $\aleph^1$, 70, 106, 248 + εὑρήσει, neque tamen ex Hebraico fonte hoc addi mihi videtur. E tali autem V. L. [„iucunditatem et exsultationem] thesaurizabit [super illum“] hausisse haud negarim; compara enim ad hanc P 6a:

ܘܢܫܟܚܝܗ ܒܚܕܘܬܐ ܘܒܥܠܨܐ

(= „laetitiâ et exsultatione replebit eum“).

Est etiam lectio 6b Veteris Latinae „haereditabit illum“ eadem ac versionis P (ܢܚܠܝܗ).

7. οὐ μὴ καταλήψονται αὐτὴν ἄνθρωποι ἀσύνετοι,
καὶ ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ οὐ μὴ ἴδωσιν αὐτήν.
V. L. „Homines stulti non apprehendent illam,
et homines sensati obviabunt illi;
homines stulti non videbunt eam“.

Cum ex his hemistichiis primum ac tertium fere tautologiam efficiant, delibero, an alterum expungendum sit, ne parallelismus membrorum in V. L. detrimentum patiatur. Constituuntne verba „homines stulti non apprehendent illam“ et „homines sensati obviabunt illi“ duplicem lectionem? Quae suspicio succurrit mihi intuenti textum 7a P ܠܐ ܢܫܟܚܘܢ ܒܗ ܚܛܗܐ (= „non ambulabunt in ea peccatores“; cf. V. L. „obviabunt illi“). Considera praeterea:

a) καταλήψονται αὐτήν = יְקַבְּלוּהָ?
„obviabunt illi“ = יִקְרוּ אֵלֶיהָ?
b) (ἄνθρωποι) ἀσύνετοι = כְּסִילִים?
(„homines) sensati“ = מַשְׂכִּילִים?*)

*) De confusione literarum ש et ס vide in pag. 78 not. 1.

Pro ἁμαρτωλοί (7b) V. L. habet „stulti". Cf. huc, quae ad 7, 16 commemoravimus; confirmantur, quae ibi exposuimus, hic etiam translatione P 7a ܣܟܠܬܐ, pro quo G ἀσύνετοι habet.

8. Μακράν ἐστιν ὑπερηφανίας,
καὶ ἄνδρες ψεῦσται οὐ μὴ μνησθήσονται αὐτῆς.
V. L. „Longe enim abest a superbia et dolo;
viri mendaces non erunt illius memores,
et viri veraces invenientur in illa,
et successum habebunt usque ad inspectionem Dei".

Cum verbis in V. L. praeter G additis componere te velim Mon. serm. 60 pag. 234: ἄνδρες ἀληθεύοντες εὑρεθήσονται ἐν σοφίᾳ καὶ εὐοδωθήσονται ἕως ἐπισκοπῆς Κυρίου. Admonere mihi liceat G fortasse errasse, cum translator ille aramaizans לא ידכרוה legerit (οὐ μὴ μνησθήσονται αὐτῆς) pro לֹא יַדְרִיכוּהָ = „non assequentur eam" (cf. enim P ܠܐ ܢܬܥܘܢܗ). Expositis hisce cognoscas, quam praeclarus approbatâ sententiâ, quam ad v. 7 attulimus, evadat in V. L. parallelismus cogitationum:

„Homines sensati obviabunt illi, homines stulti non videbunt eam; longe enim abest a superbia et dolo".

„Viri mendaces non assequentur illam, et viri veraces invenientur in illa, et successum habebunt usque ad inspectionem Dei".

Quaedam manuscripta Latina (cod. ϑ, Parisinus 9380; vide et Rabanum Maurum) post 9a (= 9 V. L.) iniungunt: „quia non est missus a Deo" vel „quoniam non est a Deo (Domino) missus". Quae augmenta praesertim in codicibus saeculi post Chr. n. XIII occurrunt teste Bergerio (pag. 157). Sed omitti debent in V. L., cum optimorum manuscriptorum auctoritate careant.

9. ὅτι οὐ παρὰ Κυρίου ἀπεστάλη.
V. L. „quoniam a Deo profecta est sapientia".

Etiam P sapientiae mentionem facit in versu nostro, sed in hemistichio 9a, ubi ܫܒܚܬܐ pro αἶνος exstat.

10. Ἐν γὰρ σοφίᾳ ῥηθήσεται αἶνος,
καὶ ὁ Κύριος εὐοδώσει αὐτόν.
V. L. „Sapientiae enim Dei astabit laus,
et in ore fideli abundabit,
et dominator (ὁ κυριεύων, P ܡܫܠܛ ܒ) dabit eam illi".

a) Pro ῥηθήσεται = (יֵאָמֵר vel תֵּאָמֵר, cf. P ܢܬܐܡܪ) *g* legit יֵעָמֵד vel תֵּעָמֵד.

b) Ad verba „et in ore fideli abundabit“ compara Mon. serm. 286 pag. 913: ἐν στόματι εὐσεβῶν πληθυνθήσεται ἄνθρωπος (sic! perperam lectum est ανος pro αἶνος).

c) Terminum „dabit eam illi“ mendo textus Graeci attribuere velim. Poterat enim OKYPIEYΩNEYOΔΩCEIAYTON facile transformari in OKYPIEYΩNΔΩCEIAYTΩI. Versio P pro εὐοδώσει αὐτόν habet ܢܫܕܝܗ = „discet eam“.

11. ἀπέστην, V. L. „abest“ (= ἄπεστιν! = cod. 155).

15. ἐὰν θέλῃς, συντηρήσεις ἐντολάς,
καὶ πίστιν ποίησαι εὐδοκίας.

V. L. „Adiecit mandata et praecepta sua:
si volueris mandata servare, conservabunt te et in perpetuum fidem placitam facere“.

Propius ad germanam Veteris Latinae formam accedunt codd. γ, τ, Malmundariensis, Spec.[1] 132, 8sq.: „Si volueris, mandata conservabunt te“. Sed antiquius in V. L. textum nostrum sic sonuisse suspicari malim: „Si volueris mandata conservare te“ (ἐὰν θέλῃς συντηρῆσαί σε ἐντολάς). [Cum commatis nostri forma vulgari Latina componas insuper dictum illud: „Serva ordinem, et ordo servabit te“].

Adopto, quae ad versum nostrum commemorat Edersheim: „It is needless to mention the explanations and corrections proposed by others, since they only involve fresh difficulties“. Nec tamen eruditissimus ille vir omni difficultate nos hic liberavit; neque enim mendum, cui συντηρήσεις est obnoxium, intellexit et εὐδοκίας esse genitivum a voce πίστιν dependentem perperam arbitratur. Nam ut talis nexus inter voces istas intercedat, qui factum est, ut translator Graecus ipsas interposito infinitivo ποιῆσαι seiungeret. [Quapropter etiam reprobo Tischendorfii interpretationem, qua post ἐντολάς interpungitur; idemque immerito exaravit ποίησαι pro lectione absque dubio antiqua ποιῆσαι].

Pro ποιῆσαι Arm. et Sah. habent ποιήσεις e correctura. Item ex emendatione est συντηρῆσαι, quod pro συντηρήσεις ponunt S.H., codd. 55, 157, 253, 254 (firmat hanc opinionem P ܐܢ ܢܛܪ ܠ ܦܩܘܕܝ ܐܢ = „si voles, servabis mandata eius“); est illa aperte instituta propter sequens ποιῆσαι.

Hebraice versum nostrum sic conscriptum fuisse autumo:

אִם תֹּאבֶה תִּצֹּר פִּקּוּדִים וֶאֱמוּנָה לַעֲשׂוֹת רצות(*):

*) Similem vocem pro εὐδοκίας (= accus. plur.) interpretem G hic legisse

Quae sic transferri debebant: [καὶ ἀφῆκεν αὐτὸν ἐν χειρὶ διαβουλίου αὐτοῦ vel „adiecit mandata et praecepta sua“ (V. L.), sc. ut videat, לִרְאוֹת] „num velis servare*) mandata et fidem faciendo beneplacita“ (= quae beneplacita sunt Deo).

16. Pro „volueris“ (v. 17 V. L.) cum γ, τ, Spec.[1] 132, 10 scribas „voles“ (Graecus θέλῃς).

17. ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος, V. L. + „bonum et malum“; cf. Deutn. 30, 15.

19. ἐπιγνώσεται, V. L. „agnoscit“; sed Spec.[1] 132, 14 „agnoscet“.

20. Omittas καί[1] cum V. L., S.H., Arm., Sah. plurimisque codicibus Graecis.

XVI.

1. Μὴ ἐπιθύμει τέκνων πλῆθος ἀχρήστων. Quae verba in V. L. male ad caput praevium adiunguntur sic translata: „non enim concupiscit (sc. Deus; οὐ μὴ ἐπιθυμεῖ) multitudinem filiorum infidelium et inutilium“.

Pro μὴ εὐφραίνου cum S.H., Sah., Arm., Aeth. plurimisque codicibus Graecis legas μηδὲ εὐφραίνου; cf. P. ܘܠܐ ܬܬܪܥܝ.

2. Falso in editione Latina Vulgata verba „si multiplicentur“ (ἐὰν πληθύνωσι) ad praevia μηδὲ εὐφραίνου ἐπὶ υἱοῖς ἀσεβέσιν attrahuntur, sed ita factum est, quia pro „non oblecteris“ (sic codd. α, γ, θ, κ[1], τ, Spec.[1] 132, 18; Graecus in v. 2 μὴ εὐφραίνου) inepte substitutum est „nec oblecteris“. [ἐὰν, ut obiter admoneam, hic idem valet ac καὶ ἐὰν, ut docet P ܐܦ; vide אִם Is. 1, 18 et 10, 22]. — In Sah. et Arm. perperam 2b ad 3a assumitur.

μετ᾽ αὐτῶν, V. L. „in illis“; rectius α, γ, κ[1], Spec.[1] 132, 18 „cum illis“ (cod. τ „cum ipsis“).

3. καὶ μὴ ἔπεχε ἐπὶ τὸν τόπον αὐτῶν.

V. L. „et ne respexeris in labores (ἐπὶ τὸν κόπον vel ἐπὶ τοὺς κόπους) eorum.“

---

suspicor atque deprehenderunt LXX, cum Ps. 141 (140), 5 pro בְּרָעוֹתֵיהֶם (M.T. = „in malis ipsorum“) ponerent ἐν ταῖς εὐδοκίαις αὐτῶν.

*) Potest enim pro infinitivo pertinente ad verbum quod vocatur relativum Hebraice etiam tempus imperfectum usurpari, quae constructio in Syriaco est usitatior; cf. Gesenius: Hebr. Gramm. ed. 26 pag. 379, c. — Ad infinitivum ποιῆσαι לַעֲשׂוֹת vide, quae supra ad לְצֵאת 14, 22 in pag. 145 adnotavi, ubi G mendose habet ἔξελθε.

Pro τὸν τόπον S.H., Arm., Sah., Aeth., codd. A, ℵ, 23, 55, 155, 157, 248, 253, 254, 296 habent τὸ πλῆθος. — Aperte πλῆθος studio emendandi vocem difficiliorem τόπον exortum est; quae correctura erat obvia sequente commate 3ba (κρείσσων γὰρ εἷς ἢ χίλιοι). Sed ipsa colon 3aβ reddit paene otiosam iterationem enunciati antecedentis 2: ἐὰν πληθύνωσι, μὴ εὐφραίνου ἐπ' αὐτοῖς. Neque etiam κόπον, quod facilius legitur quam τόπον recipere audeo. Quinimo lectio Sixtina optime illustratur ab ipso auctore nostro in v. 4: ἀπὸ γὰρ ἑνὸς συνετοῦ συνοικισθήσεται πόλις, ita ut τόπον locum habitandi vel commorandi (cf. τόπον 12, 12) designare hic liqueat. Compara huc vocis מָקוֹם usum in Job 7, 10, (ubi in antithesi בֵּיתוֹ exstat); vide et Job 8, 18.

3. κρείσσων γὰρ εἷς ἢ χίλιοι.

V. L. „melior est enim unus timens Deum quam mille filii impii".

cf. P: „melior est enim unus faciens beneplacitum quam mille".

Addit hic cod. ℵ²: κρίσσων γὰρ εἷς δίκαιος ποιῶν θέλημα κυ ἢ μυρίοι παράνομοι.

Chrys. hom. 22 in Gen. 5 et 6 (Migne 53, 186): κρείσσων εἷς ποιῶν τὸ θέλημα Κυρίου ἢ μυρίοι παράνομοι. Sic etiam in eiusdem hom. 39 in Genes. 16 (Migne 53, 363) et in hom. 24 in Hebr. 11 (Migne 63, 169). Vide praeterea hom. 27 in Hebr. 11 (Migne 63, 188) et hom. 2 de diabolo tentatore (Migne 49, 259). In expositione in psalmum 113 (Migne 55, 312) duplici forma comma nostrum sic allegat: κρεῖσσον γὰρ εἷς ἢ χίλιοι καὶ ἀποθανεῖν ἄτεκνον ἢ ἔχειν τέκνα ἀσεβῆ καὶ κρείσσων εἷς ποιῶν τὸ θέλημα Κυρίου ἢ μυρίοι παράνομοι.

καὶ ἀποθανεῖν, V. L. „et utile est mori"; sed desideratur „est" in codd. α, γ, τ, Spec.[1] 132, 21.

5. V. L., S.H., Sah., codd. ℵ, 23, 248, 253 ἑώρακεν ὁ ὀφθαλμός μου (sic etiam vertit Aeth.); sed quamquam his adstipulatur P, tamen ita in G correcturâ propter 5b institutâ legitur.

7. οὐκ ἐξιλάσατο περὶ τῶν ἀρχαίων γιγάντων,
οἳ ἀπέστησαν τῇ ἰσχύι αὐτῶν.

V. L. „Non exoraverunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes suae virtuti".

Veteris Latinae lectionem antiquam codicem γ retinuisse arbitror:

„Non exoraverunt pro peccatis suis antiquis gigantibus, qui destruxerunt confidentes suae virtuti".

Vetus Interpres male legit ἐξιλάσαντο de hominibus („exoraverunt"), non de Deo intellectum. Idem male ἀπέστησαν sensu transitivo („destruxerunt" habent et codd. α, ϑ, κ¹, τ) pro intransitivo (= „desciverunt") accepit. „confidentes" = ἐπίστευσαν (sic etiam Aeth. ተአመኑ፡), unde in V. L. duas lectiones adunari sequitur. Posterior meo iudicio in Graeco est emendata, cum sit facilior; itaque prae Sixtina ἀπέστησαν eam improbo.

8. οὐκ ἐφείσατο περὶ τῆς παροικίας Λώτ,
οὓς ἐβδελύξατο διὰ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτῶν.
V. L. „et non pepercit peregrinationi Lot (sed antiquitus pro „Lot" exstabat „illorum" = α, γ, ϑ, κ¹).
et exsecratus est eos (al. „illos") prae superbia verbi illorum".

V. L. pro ΛΩΤ, ΟΥC exemplari eius Graeco continuo scripto vitiose legit ΑΥΤΟΥC („eos", vel ut testes meliores habent „illos"); dein post παροικίας addidit „illorum". Vel opinor Latinum in manuscripto suo habuisse καὶ ἐβδελύξατο αὐτούς [commemorat Hoeschel in margine lectionem variantem ἀλλ' ἐβδελύξατο αὐτούς], Λώτ vero propter sequentem numerum pluralem in αὐτῶν commutatum esse. Lectione „illorum"¹ locus noster nonnisi ad gigantes (v. 7) referri potest, sed eum genuine de interitu oppidorum Sodomae et Gomorrhae interpretandum esse comprobat sequens terminus „verbi". „Superbia verbi illorum" denotat rem, quae in capite 19 libri Genesis de Sodomitis narratur, cum talis iactationis verborum in capite 6 eiusdem libri nulla fiat mentio. — Deest „verbi" in cod. κ¹, sed est hoc manuscriptum inferioris notae.

9. οὐκ ἠλέησεν (cod. 70, Fr. + πᾶν) ἔθνος ἀπωλείας. V. L. „non misertus est illis, gentem totam perdens" (male legit ἀπολέσας).

11. παρ' αὐτοῦ, V. L. „cum illo" = μετ' αὐτοῦ, ut habet etiam Clemens Alex. paedag. 1, 8 (Migne Gr. 8, 336).

τοῦτο post ϑαυμαστόν spurie, ut videtur, missum fit a V. L., Sah., Arm., cod. 253.

12. ∧ πολύ V. L., cod. 70; ∧ πολύς V. L., Sah., (Aeth.?), codd. 248, 254, Clemens Alex. paed. 1, 8 (Migne Gr. 8, 336).

13. Pro ἐν ἁρπάγμασιν videtur esse scribendum ἐν ἁρπάγματι cum V. L., (Arm.), S.H., codd. ℵ, A, 23, 55, 155, 157, 248, 253, 254, 296.

καὶ οὐ μὴ καθυστερήσει ὑπομονὴν εὐσεβοῦς.

V. L. „et non retardabit sufferentia misericordiam facientis". Habent codd. κ¹ et τ „sufferentiam"; sed scribi debet „sufferentia",

itemque in Graeco ὑπομονή. Etsi enim verbi καθυστερεῖν usus transitivus satis locis ut LXX Exod. 22, 29 et 1 chron. 26, 27 stabilitur, tamen ὑπομονή ut legamus, admonet maior pars testium Graecorum libri nostri. Quibus accedunt S.H. et Sah. Vide etiam P:

ولا تخطي صحزهم واستقل لحكم

„neque cessabit spes iustorum in aeternum“. Hisce simul elucet ὑπομονήν hic denotare „exspectationem“, vel ut bene exponit Grotius, „id quod exspectatur cum patientia“; quare minus apte V. L. vertit „sufferentia“.

14. Πάσῃ ἐλεημοσύνῃ ποιήσει τόπον,
ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ εὑρήσει.
V. L. „Omnis misericordia faciet locum
unicuique secundum meritum operum suorum
et secundum intellectum peregrinationis ipsius“.

Mendose pro πάσῃ ἐλεημοσύνῃ V. L. legit πᾶσα ἐλεημοσύνη (ita vertit et Aeth.). Verba „secundum intellectum peregrinationis ipsius“ (cf. Gen. 47, 9; Ps. 119 (118), 54) originis Hebraicae speciem absque dubio prae se ferunt, sed vitio textus originalis infecta esse videntur, cum *g* pro כְּשֶׂכֶל מְגוּרָיו legere deberet כְּשָׂכַר מְגוּרָיו („secundum meritum peregrinationis eius“) vel כְּשָׂכַר גְּמוּלוֹ („secundum meritum retributionis eius“). Pro quibus G Hebraice legit tantum ישכיח*) = [ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ] εὑρήσει. Cum G et *g* componas P: ومكيف او يخترقه معهم = „et unusquisque secundum opera sua invenit coram eo“ (משכיח מְגֻרָהוּ?).

17. Μὴ ἐξ ὕψους τίς μου μνησθήσεται; Sed scribas καὶ ἐξ ὕψους τίς μου μνησθήσεται cum V. L., S.H., Sah., Arm., codd. א, A, 23, 106, 155, 157, 248, 253, 307. Item P.

Pro οὐ μὴ μνησθῶ substituas οὐ μὴ γνωσθῶ (= V. L., S.H., Sah., Arm., Aeth., codd. א, A, 23, 70, 106, 155, 157, 253, 296, 308. Item P ولا اعرف).

Vide ad versum nostrum etiam, quae in rabbini Saadia Gaon libro, qui inscribitur ספר הגלוי, Hebraice sic allegantur (cf. The Jewish Quarterly Review IV pag. 163):

אל תאמר מאל נסתרתי ובמרום מי יזכרני בעם כבד לא אודע או מי נפשי בקצות רוחות

---

*) Interpretem G radicem שכח inveniendi notione in textu masoretico non occurrentem etiam alibi in libro nostro legisse probat 20, 5 εὑρισκόμενος נִשְׁכָּח, pro quo P (محسوب = „qui existimatur“) Hebraice deprehendit נֶחְשָׁב.

= „Ne dicas: A Deo absconsus sum, et in excelso quis meminerit mei? In populo copioso non cognoscar, aut quis est anima mea in universitate spirituum?“ Verba ultima quodammodo cum P conveniunt: حتنعا ,حلحوه ,ةسلا ةسبل = „inter spiritus omnium hominum“ (G vertit ἐν ἀμετρήτῳ κτίσει). Hisce suspicio confirmatur verba ista Hebraica in libro illo rabbinico ex Hebraico textu Ecclesiastici desumpta exstare.

18. Omitte τοῦ Θεοῦ cum V. L., S.H., Arm., Sah., Aeth. plurimisque codicibus Graecis. Deest etiam in P. Videtur τοῦ Θεοῦ glossema esse pro αὐτοῦ 18b, quod e margine falso loco in textum abiit.

γῆ+καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς V. L., codd. 70, 106, 248, Mon. serm. 284 pag. 910.

Verba ultima versus 18 sic disposita legas: ἐν τῇ ἐπισκοπῇ αὐτοῦ σαλευθήσονται, quem ordinem commendant V. L., S. H., Sah., Arm., P maiorque pars testium Graecorum.

19. Termino ἐπιβλέψαι ut subiectum addunt Κύριον (V. L. „Deus“) codd. 70, 106, 248.

20. καὶ ἐπ᾽ αὐτοῖς οὐ διανοηθήσεται καρδία.

V. L. „et in omnibus his insensatum est cor,
et omne cor intelligitur ab illo“.

Deleas „ab illo“, quod ignorant codd. α, γ, τ. Legitur in γ „intelligetur“ = διανοηθήσεται. Cf. quae supra ad 3, 29 de V. L. („intelligitur“) adnotavi (pag. 71).

21. καταιγίς. V. L. „procellam“, sed genuine „procella“ (codd. α, γ, ϑ, $κ^{1}$, τ).

22. „sed“, quod V. L. verbis ἔργα δικαιοσύνης praefigit, abest a codice γ.

δικαιοσύνης, V. L. „iustitiae eius“; sed expungas „eius“, quod in codd. α, γ deest. Addunt αὐτοῦ S.H., codd. 70, 106, 248, attamen reprobo hoc.

μακρὰν γὰρ ἡ διαθήκη+τισίν V. L. et cod. 70. Deinde V. L. cum codd. 70, 106, 248 sic pergit: καὶ ἐξέτασις ἁπάντων ἐν τελευτῇ. — Opinor τισίν esse e glossemate, quo quis vim verborum μακρὰν γὰρ ἡ διαθήκη temperare conatus sit, quae merum dictum auctoris nostri esse ratus ipsum parum decere arbitraretur. Sed non intellexit per hosce versus adesse verba, quae de ore hominis stulti prodeant [cf. 23a ἐλαττούμενος καρδίᾳ διανοεῖται ταῦτα*)]. Quod ne perspiceret, prohibuit textus depra-

*) Male pro ταῦτα V. L. habet „inania“ = μάταια (cod. 70).

vatus Hebraicus, quem interpres Graecus hic sequitur. Rectius P 20 et 21 sic legit:

„Neque ego in cor meum demittam (= curabo),
et vias meas quis percipiet?
Si peccabo, non videbit me oculus,
aut si dolose ago in quolibet loco occulto, quis scit?"

Quae suspicionem mihi iniciunt G saltem 20b ac 21 sic legere ac vertere debuisse:

καὶ τὰς ὁδούς μου τίς ἐνθυμηθήσεται;
καὶ τὴν ἀνομίαν μου οὐκ ὄψεται (αὐτὴν) ἄνθρωπος,
τὰ δὲ πλείονα τῶν ἔργων μου ἐν ἀποκρύφοις.

G in istis hemistichiis non solum suffixa perperam legit (tertiam personam pro prima), sed etiam male שׁוֹאָה (καταιγίς) pro שׁוּאִי τὴν ἀνομίαν μου; cf. P „si peccabo."

24. καὶ ἐπὶ τῶν λόγων μου πρόσεχε τῇ καρδίᾳ σου. Quae in V. L. bis transferuntur, sed loco posteriore (in v. 25 V. L.) a codice τ missa fiunt.

25. Pro ἐκφαίνω et ἀπαγγέλλω (V. L.), Sah., Arm., codd. א, A, 55, 70, 106, 157, 248, 253 habent ἐκφανῶ et ἀπαγγελῶ (codd. 23 et 254 quoque ἐκφανῶ), quae commendantur et a P.

27. τὰς ἀρχὰς αὐτῶν (P ܫܘܠܛܢܗܘܢ). V. L. male vertit „initia eorum", cum terminus ille fortasse de principatu intelligi debeat, qui mente sacrorum auctorum a Deo datus est sideribus; cf. Gen. 1, 16 et 18; Ps. 136 (135), 8 sq., ubi radix מׇשׇל de dominio solis et lunae in diem noctemque usurpatur.

30. ψυχὴν παντὸς ζώου ἐκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτῆς.
V. L. „Anima omnis vitalis denuntiavit [sed genuine, ut videtur „denudavit"*)] ante faciem ipsius".

Vitiose legit V. L. ψυχὴ παντὸς ζώου ἀπεκάλυψε κατὰ πρόσωπον αὐτῆς. — Exhibent ψυχὴ etiam S.H., Arm., codd. א, 106, 155, 157, quae lectio et quibusdam libri nostri commentatoribus arrisit (cf. Grotium et Fritzsche). Neque vero alii, qui lectionem Sixtinam retinuerint, frondem in silvis viderunt; cf. e. g. Drusium: „Superficies terrae operuit animam i. e. corpus omnium animantium". — Interpres Graecus, cuius lectio germana est ψυχήν, Hebraicum sermonem imitatus voci καλύπτειν duplicem accusativum adiunxit (cf. e. g. מָלֵא) = „animâ omnis animantis cooperuit (= complevit) superficiem terrae".

---

*) γ et τ „denudabit".

XVII.

1. V. L. post 1a et 1b male textui iam immiscet ordine inverso utrumque hemistichium versus tertii huius capitis. Cum commate 3b, quod locum hic tenet post 1a, compara Genes. 5, 1.

2. Pro ἡμέρας ἀριθμοῦ V. L. habet: „numerum dierum“ (sic et P ܡܢܝܢ ܝܘܡ̈ܐ et Sah. ⲟⲩⲏⲡⲉ ⲛ̄ⲥⲟⲟⲩ), quod idem significat = tempus vitae definitum ac finitum.

4. Omittas καί[1] cum V. L., S.H., Sah., Arm. plurimisque testibus Graecis.

καὶ κατακυριεύειν. V. L. „et dominatus est“ (= καὶ κατεκυρίευεν; alia correctura adest in Sah., ubi ⌈καί omittitur). Suspicor καὶ κατακυριεύειν Hebraice fuisse וְלִמְשֹׁל (cf. Gesenius: Hebr. Gramm. ed. 26, pag. 343, p), ita ut hic sit sensus loci nostri: Posuit timorem illius (i. e. hominis, quod genitivo obiectivo intelligas) super omnem carnem, ut ipse (sc. homo) imperaret bestiis ac volatilibus.

4. V. L. + „Creavit ex ipso adiutorium simile sibi“ (codd. α, ϑ, Brev. 276 „ipsi“). — Comma hoc ceteri, quos novimus, libri nostri testes ignorant, sed adnotatu dignum fortasse est codices 70 et 248 sub fine versus 4 addere ἐν ὁμοιώματι.

6. In V. L. deleas „et“ ante „aures“; desideratur enim in codd. α, γ et in Graeco.

7a. ἐπιστήμην συνέσεως ἐνέπλησεν αὐτούς.

V. L. „et disciplina intellectus replevit illos,
creavit illis scientiam spiritus,
sensu implevit cor illorum“.

Secundum atque tertium hemistichium Latinum coniunctim iterationem primi (7a) efficere videntur. Animadvertas enim „scientiam“ respondere verbo ἐπιστήμην (7a), „sensu“ vero voci συνέσεως (ibd.). — Terminus „cor illorum“ abest a G, sed reperitur in P, ubi 7a sic sonat:

ܚܟܡܬܐ ܘܥܢܝܬܐ ܡܠܐ ܠܒܗܘܢ

= „sapientia et consilio implevit cor illorum“.

Item verbum „creavit“ a G 7 non agnoscitur, sed ipsius vestigium occurrit in P 6, ubi praeter textum G abundat (= „et creavit illis os et linguam et oculos et aures et cor ad intelligendum tribuit illis“). Ne offendaris eo, quod vox „creavit“ in P in versu 6 exstat, cum etiam alia alium locum hic teneant atque in G et V. L.; sic e. g. versus 7 apud P sextum praecedit.

8. τὸν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ. V. L. „oculum suum". Antiquam Veteris Latinae lectionem fuisse crediderim „oculum ipsorum" (codd. α, γ, ϑ; Brev. 276 „oculum eorum"; κ¹ „collum! ipsorum"); sic etiam Sah. Sed hoc aperte e correctura est. Terminus ἔθηκε τὸν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὰς καρδίας αὐτῶν designat benignam ac providam curam, quam Deus in homines contulit, quos maiestatem operum suorum cognoscere voluit. Cf. huc et 11, 12: καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπέβλεψαν αὐτῷ εἰς ἀγαθά.

10. καὶ ὄνομα ἁγιασμοῦ αἰνέσουσιν.

V. L. „ut (γ „et") nomen sanctificationis collaudent
+et gloriari in mirabilibus illius" (= καὶ καυχᾶσθαι ἐν τοῖς ϑαυμασίοις αὐτοῦ),

quod additamentum Sah. post v. 9 inserit, cod. ℵ² vero post 8b hicque loco recto. Quo illud habet et P, quae versio etiam est testis originis Hebraicae verborum istorum (ܕܢܫܟܚܘܢ ܦܘܪܥܢܘܗܝ, „ut prodigia ipsius intelligerent")*).

Verba ἵνα διηγῶνται τὰ μεγαλεῖα τῶν ἔργων αὐτοῦ (v. 9) cum cod. 106 commati καὶ ὄνομα ἁγιασμοῦ αἰνέσουσιν praemittere debemus, ut docet P, ubi post verba modo ex hac versione citata sic pergitur:

ܕܢܫܪܘ ܒܥܠܡܐ ܕܚܠܬܗ ܘܫܡܗ
ܩܕܝܫܐ ܕܡܗܝܡܢ ܢܫܒܚܘܢ.

= „ut enarrent in mundo timorem eius
et nomen sanctum eius celebrent."

Quae fuerit causa stichorum in Graeco falso dispositorum non est difficile intellectu, dummodo versuum 8 et 9 clausulam (τ. μεγαλ. τῶν ἔργων αὐτοῦ) observes atque tecum reputes, quomodo ad 7, 17 vitium stichorum falso ordine occurrentium explicaverim.

Sic ergo vv. 8, 9, 10 legas:

ἔθηκε τὸν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὰς καρδίας αὐτῶν,
δεῖξαι αὐτοῖς τὸ μεγαλεῖον τῶν ἔργων αὐτοῦ,
καὶ καυχᾶσθαι ἐν τοῖς ϑαυμασίοις αὐτοῦ,
ἵνα διηγῶνται τὰ μεγαλεῖα τῶν ἔργων αὐτοῦ
καὶ ὄνομα ἁγιασμοῦ αἰνέσουσιν.

*) Cod. 70 post 8b, cod. 248 post 8a addunt: ἔδωκε δι' αἰῶνος (248 αἰώνων) καυχᾶσθαι ἐπὶ τοῖς ϑαυμασίοις αὐτοῦ, ἵνα διηγῶνται τὰ ἔργα αὐτοῦ συνετοί (248 συνετῶς). cod. 248 commata 8b et 9 praetermittit; 70 ignorat 10 et 9.

codd. 55, 106, 254 post 8b adiciunt haec: καὶ (⋏ καὶ 106) ἔδωκε δι' αἰώνων καυχᾶσθαι (106 καυχήσασθαι) ἐπὶ τοῖς ϑαυμασίοις (254 ϑαυμαστοῖς) αὐτοῦ.

In Sah. verba καὶ ὄνομα ἁγιασμοῦ αἰνέσουσιν, ἵνα διηγῶνται τὰ μεγαλεῖα τῶν ἔργων αὐτοῦ spurie post v. 22 repetuntur; habet enim ibi de Lagarde:

. . . . . ϥⲁⲛ . . . . ⲃⲃⲟ

. . . . . ⲙⲙⲛⲧⲛⲟϭ [ⲛⲛⲉ]ϥⲥⲃⲏⲩⲉ,

ad quae ille adnotat: „ϥ et ⲛ syllabae ϥⲁⲛ non nimis certa; ante ⲙⲙⲛⲧⲛⲟϭ legitur ⲱⲛ, quod non intellego; videtur comma integrum adesse, quod Graeci non habent". — Sed sunt verba ista mea sententia sic complenda ac legenda:

ⲁⲩⲱ ⲥⲉⲛⲁⲥⲙⲟⲩ ⲉⲡⲣⲁⲛ ⲙⲡⲧⲃⲃⲟ,

ⲭⲉ ⲉⲩⲉⲭⲱ ⲛⲧⲙⲛⲧⲛⲟϭ ⲛⲛⲉϥⲥⲃⲏⲩⲉ.

12. καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ. V. L. „et iustitiam et iudicia sua"; sed duo priora verba omittunt cod. τ et Brev. 276. Desunt etiam in textu, quem Jansenius explanationi versus nostri praefigit.

13. καὶ δόξαν φωνῆς αὐτῶν. V. L. ∧ αὐτῶν. — Habent αὐτοῦ S.H., Sah., (Aeth.), codd. ℵ, C, 23, 70, 155, 253, 254, 296, 307. — Sed lectio genuina αὐτῶν transmutata est, quia quo numerus pluralis referri deberet, ex contextu parum liquere videbatur. Sed, ut ostendit Winer (Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms ed. 7 § 22, 3, 4; ed. 8 § 22, 9c), pronomen αὐτός nonnunquam adhibetur non indicato in praeviis subiecto, ad quod referatur, cum illud facile legentibus innotescere confidat auctor; cf. e. g. infra ad Eccli. 24, 18 λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ. Haud falli mihi videtur Bretschneider interpretatus αὐτῶν de angelis, quorum ministerio Deus in monte Sinai pronuntiavit legem Mosaicam. Ad hanc imprimis seriorum Judaeorum opinionem compara e. g. Gal. 3, 19, Hebr. 2, 2. De ipsa allegare iuvat, quae A. Schaefer in commentario epistulae ad Galatas (Monasterii Guestphalorum 1890) pag. 294 disserit: „Wie aus Talmud, Midraschim und Flavius Josephus ersichtlich ist, war sie [sc. ista opinio de angelis] in die jüdische Theologie jener Zeit vollkommen eingebürgert, so dass Stephanus in seiner Rede und Paulus hier und im Hebräerbriefe darauf Bezug nehmen".

14. περὶ τοῦ πλησίον. V. L. „de proximo suo"; sed deleas „suo", quod ignorant codd. α, γ, κ[1] primaque manu τ.

17. καὶ μερὶς Κυρίου Ἰσραὴλ ἐστιν.

V. L. „et pars Dei Israel facta est manifesta".

Vox ultima a Latino interprete exemplari eius Graeco continuo scripto ad praevia errore adnexa est. Sic ergo legas: „et pars

Dei Israel facta est. Manifesta omnia opera illorum velut sol in conspectu Dei". Admoneri te volo coniunctionem „et", a qua v. 19 (= v. 16 Veteris Latinae) in Latino incipit, a codicibus γ et τ abesse. „Manifesta", quod a G non agnoscitur, occurrit etiam in P 19a:

حكمه حكرمه اور معما بنبيه مرمعه.

= „omnia opera illorum ut sol patent coram ipso".

24. παρεκάλεσεν. V. L. „confirmavit"; sed codd. ϑ, τ, Spec.[2] 398, 2, Brev. 582 „corroboravit"; codd. α, γ vero „conrogavit". Lectionem postremam genuinam iudico („corroboravit" ex ipsa ortum ducit; „confirmavit" pro „corroboravit" substitutum est). — Cf. 35 (al. 32), 21 „non consolabitur" (οὐ μὴ παρακληϑῇ), pro quo cod. γ „non conrogabitur" (τ mendose „Domino corroborabitur"). Ad verbum παρακαλεῖν sic translatum considera παρακάλει 30, 23 (24 V. L.), quod V. L. reddit „congrega".

25. δεήϑητι κατὰ πρόσωπον. V. L. „precare ante faciem Domini"; praeterea V. L. „offendicula" pro πρόσκομμα. Sed vetusta commatis (22 V. L.) forma occurrit in cod. γ et Spec.[1] 133, 6: „Precare ante faciem et minue offendiculum". Terminus κατὰ πρόσωπον hic notione nobis est ambiguus, quamdiu ignoramus eius archetypum Hebraicum.

27 sq. Ὑψίστῳ τίς αἰνέσει ἐν ᾅδου ἀντὶ ζώντων καὶ ζώντων καὶ διδόντων ἀνϑομολόγησιν;
ἀπὸ νεκροῦ ὡς μηδὲ ὄντος ἀπόλλυται ἐξομολόγησις·
ζῶν καὶ ὑγιὴς αἰνέσει τὸν Κύριον.

V. L. „In partes vade saeculi sancti cum vivis et dantibus confessionem Deo.
Non demoreris in errore impiorum:
ante mortem confitere.
A mortuo quasi nihil perit confessio.
Confiteberis vivens, vivus et sanus confiteberis,
et laudabis Deum et gloriaberis in miserationibus illius".

Ad quae haec observes quaeso:

a) „Deo" omitti debet, cum desit in codd. γ, τ, Spec.[2] 335, 2 et 398, 7.

b) Item expungas verba: „ante mortem confitere"; quae desiderantur in codd. α, γ, τ, Cavensi, Parisinis 13, 11940 (in utroque prima manu), 93, 9380, Malmundariensi etc. Vide et Speculum[2] locis modo citatis.

c) Denique deleas vocem „confessio"; quam omittunt codd.

α, γ, 𝔥, κ¹, τ, Cavensis, Parisini 13, 11940 (uterque prima manu), 93, 9380.

Terminus ὑψίστῳ, a quo in G versus 27 incipit, textibus Hebraicis olim continuo scriptis in recensione *g* (V. L.) ad additamentum praevium, quod in G deest, attractus est:

„et cognosce iustitias et iudicia Dei,
et sta in sorte propositionis et orationis altissimi Dei".

Vox ultima „Dei" abest a codice τ et Speculo² 335, 1 et 398, 6. Quae deinde in Latino sequitur translatio versus 27 („in partes vade" etc.), non solum a G, verum etiam a P*) magnopere differt. Suspicio mihi incidit Veterem Latinam textum *g* in Graeco depravatum vel correctum sequi, ita ut lectum sit:

εἰς μερίδας ἴθι αἰῶνος ἁγίου μετὰ ζώντων κτλ.
pro: τίς μερὶς ἔτι αἴνου ἐν ᾅδου μετὰ ζώντων κτλ.

Verba Sixtinae καὶ ζώντων omittas cum V. L., S. H., Sah., Arm., Aeth., codd. ℵ, A, C, 106, 155, 157, 248, 253, 296, 307. Istiusne iterationis fuit in causa Is. 38, 19?**)

Pro ἐξομολόγησις V. L. male legit ἐξομολογήσεις („confiteberis"), quod cum sequentibus connexit.

30b. ὅτι οὐκ ἀθάνατος υἱὸς ἀνθρώπου.
V. L. „quoniam non est immortalis filius hominis,
et in vanitate malitiae placuerunt".

Veterem Latinam comma 30b duplici lectione exprimere opinionem mihi suggerit cod. τ, qui prima manu praetermittit verba: „quoniam non est immortalis filius hominis".

ὅτι οὐκ ἀθάνατος υἱὸς ἀνθρώπου =
כִּי אֵין עֲדֵי־עַד בֶּן־אָדָם׃
„et in vanitate malitiae placuerunt" =
וּבְאוֹן רַע עָרְבוּ׃

30 P = ܘܠܐ ܐܝܬ ܐܢܫ ܕܡܟ ܚܝܠܐ
ܘܚܫܒܗ ܠܐ ܐܝܬ ܐܢܫ ܕܢܚܫܒ
(וְאֵין לוֹ רַע כְּרַע בְּנֵי־אָדָם)

= „quia non sicut haec sunt in homine,
neque est cogitatio eius sicut cogitatio filiorum hominum".

P (ܐܢܫ ܕܡܟ) vitiose legit בְּאֱלוֹהַּ pro בֶּן־אָדָם. Nec non in G hemi-

---

*) P = „Quod enim oblectamentum Deo in omnibus, qui perierunt in mundo, pro iis, qui vivunt et impertiunt ei laudem".

**) = „Vivens, vivens ipse confitebitur tibi".

stichium 30a (οὐ γὰρ δύναται πάντα εἶναι ἐν ἀνθρώποις) mendo infectum est, cum pro כֹּל (πάντα) legi oporteret כָּאֵל:

= οὐ γὰρ ἔστιν ὡς ἐν Θεῷ (כָּאֵל = כָּאָל) (οὕτως) ἐν ἀνθρώποις.

Pro hoc sensu dimicat etiam versus 31 mox infra nobis castigandus. — Verba „et in vanitate malitiae placuerunt" minus apte quam G et P in contextum convenire videntur; nituntur praeterea, ut vidimus, Hebraico textu mutilato.

31. καὶ πονηρὸς ἐνθυμηθήσεται σάρκα καὶ αἷμα.

V. L. „aut quid nequius, quam quod excogitavit caro et sanguis? et hoc arguetur."

Antiqua versionis Latinae forma adest in codd. α, γ, ϑ, κ¹, ubi „quam quod" missum fit. Compara cum V. L.*) codicem 157: καὶ τί πονηρὸν ἐνθυμηθήσεται σάρκα καὶ αἷμα; καὶ τοῦτο ἐλεγχθήσεται. Sed ita locus noster absque Hebraico fonte auctus atque deformatus est. — Sah., Arm., Aeth. καὶ πονηρὸν ἐνθυμηθήσεται σὰρξ καὶ αἷμα (= codd. A, 106, 155, 254, 296, Ald.). — S.H., codd. 70, 253, Co. καὶ ἀνὴρ ὃς ἐνθυμηθήσεται σάρκα καὶ αἷμα. — Sed frustra versus noster lectorum atque commentatorum ingenia torsit, qui non intellexerint, quo vitio iam in Hebraico exorto ille infectus sit. Cui priusquam medemur, liceat mihi 31b P huc allegare:

ܗܟܢܐ ܒܪ ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܚܡܫ ܝܨܪܗ
ܡܛܠ ܕܒܣܪ ܘܕܡ ܗܘ

„sic filius hominis, qui non domat cupidinem suam, quia est caro et sanguis".

Unde concludo:

a) pro καὶ πονηρός substituendum esse καὶ ἀνὴρ ὃς, quod quosdam testes exhibere supra iam cognovimus (καὶ, ו hic sensu comparativo viget; cf. Gesenius: Hebr. Gramm. ed. 26 § 161, 1).

b) iam in textu Hebraico, quem G sequitur, post אִישׁ (ἀνήρ) excidisse לֹא כֹבֵשׁ („qui non domat"); praeterea pro יִצֹּר (ὃς ἐνθυμηθήσεται) legendum fuisse יִצְרוֹ (= „cogitationem suam"); ante בָּשָׂר facili incuria librariorum omissam esse particulam כִּי. Oportebat igitur translatorem G textum Hebraicum ita legere ac vertere, quomodo a P factum esse vidimus.

---

*) Latinus „excogitavit"; sed absque dubio hoc enatum est ex futuro „excogitabit".

XVIII.

1. κοινῇ male a V. L. redditur „simul“, cum denotet „pariter, communiter, nulla re excepta“.

2. Versui (1 V. L.) additur: „et manet invictus rex in aeternum“. Compara huc, quae codd. 70 et 248 post v. 2 et codex 106 post 4a inter alia adiciunt: αὐτὸς γὰρ βασιλεὺς πάντων (106+τῶν) ἐν (106+τῷ) κράτει αὐτοῦ.

4. οὐθενὶ ἐξεποίησεν ἐξαγγεῖλαι τὰ ἔργα αὐτοῦ.

V. L. bene „quis (cod. 248 τίνι ἐξεποίησεν; cf. et P) sufficit enarrare opera illius?“

Neque enim terminus οὐθενὶ ἐξεποίησεν denotat nemini Deum dedisse facultatem enarrandi opera eius, quo sensu vox ista a commentatoribus fere explicatur, sed impersonaliter hic usurpatum ἐκποιεῖν suppetendi notione valere testatur P:

ܡܢܐ ܡܢܟܫ ܠܡܫܡܥ ܥܒܝܕܘܗܝ ܕܚܝܠܗ

(= „quis potest enuntiare opera eius?“). Vide etiam, quae ad 42, 17 adnotabuntur; cf. et 2 chron. 7, 7 לֹא יָכוֹל, LXX οὐκ ἐξεποίει; 1 (3) regg. 20 (21), 10 אִם־יִשְׁפֹּק εἰ ἐκποιήσει.

5. κράτος μεγαλωσύνης αὐτοῦ. V. L. „virtutem autem magnitudinis eius“ (∧ „autem“ cod. τ).

6. καὶ τίς προσθήσει; V. L. „aut quis adiciet“; sed codd. α, γ, κ[1] „et quis adiciet“.

7. τότε ἄρχεται. V. L. „tunc incipiet“, sed scribe „tunc incipit“ cum codd. α, γ, κ[1].

8. τί ἄνθρωπος καὶ τί ἡ χρῆσις αὐτοῦ;
τί τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ καὶ τί τὸ κακὸν αὐτοῦ;
V. L. „Quid est homo, et quae (melius τ „quid“) est gratia illius;
et quid est bonum, aut quid nequam illius?“

Omittas „est“ [1 et 2 et 3] cum codd. α, γ, τ („est“ [2 et 3] desunt etiam in cod. κ[1], „est“ [3] etiam in cod. ϑ); cf. Graecum.

Lectio Veteris Latinae χάρις („gratia“) non est e mera depravatione verbi Graeci χρῆσις enata, sed originem trahit ex Hebraico. Cum enim P pro καὶ τί ἡ χρῆσις αὐτοῦ habeat:

ܘܡܢܐ ܕܚܣܪܘܢܗ ܘܡܢܐ ܕܝܬܪܘܢܗ = וּמַה־חֶסְרוֹנָם וּמַה־יִּתְרוֹנָם׃

g pro חֶסְרוֹנָם male legisse חַסְדּוֹ crediderim. — Ceterum P, quae textum ampliorem quam G et *g* hic affert, sola genuinam versus nostri formam servasse hic videtur. Obiter etiam adhortari te

velim, ut cognoscas, quam insignis apud P exstiterit antithesis sententiarum:

„Quid sunt filii hominum,
et quid defectus eorum, et quid utilitas eorum,
et quid beneficium eorum, et quid maleficium eorum?“

Ex P denique sequitur τί (non τίς, ut quidam habent) ἡ χρῆσις αὐτοῦ sinceram lectionem esse.

9. ἀριθμὸς ἡμερῶν ἀνθρώπου πολλὰ ἔτη ἑκατόν.

V. L. „Numerus dierum hominum ut multum centum anni“. P. ܡܢܝܢܐ ܕܝܘܡܘܗܝ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܣܓܝ ܒܗܘ ܡܐܐ ܫܢܝܢ (= „numerus dierum hominis, cum plurimum vixerit, centum anni“).

Πολλὰ ἔτη pro ἐὰν πολλὰ ἔτη exstare videtur. Minus apte Edersheim: „The number of days of a man many years, (if) an hundred“. Similiter Fritzsche.

10. ὡς σταγὼν ὕδατος ἀπὸ θαλάσσης.

V. L. „quasi gutta aquae maris deputati sunt“,
sed exstirpes „deputati sunt“, quae verba non occurrunt in codd. α, γ, θ. Pro „maris“ scribas cum cod. γ „a mare“ (τ „a mari“; α mendose „amare“; θ et κ¹ vitiose „ad mare“). „mare“ pro „mari“ casu ablativo nonnunquam dicitur etiam apud Lucretium et Ovidium.

11. μακροθυμεῖ pro ἐμακροθύμησεν V. L., cod. 248, P (ܡܟ ܣܒܝ).

13. ἐλέγχων (P ܡܬܟܚ). V. L. „qui misericordiam habet“ (= ἐλεῶν), quae lectio facilis praeeunte voce ἔλεος videtur esse emendata vel depravata; habet enim ἐλέγχων etiam Clemens Alex. paedag. 1, 9 (Migne Gr. 8, 348), quamquam eum hic cum Vetere Latina alia ratione contra reliquos libri nostri testes conspirantem deprehendimus, cum ut V. L. in sequentibus omittat καὶ ἐπιστρέφων.

14. τοὺς ἐκδεχομένους παιδείαν ἐλεεῖ,
καὶ τοὺς κατασπεύδοντας ἐπὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ.
V. L. „Miseretur excipientis doctrinam miserationis,
et qui festinat in iudiciis eius“.

Antiquam versus nostri formam in V. L. hanc fuisse opinor:

„Miser*a*tur [cf. Spec.¹ 133, 11 ibique codd.*)] excipiens [α, γ, θ, κ¹**)] doctrinam miserationis,

*) Vide etiam Luc. Brug. pag. 248. α, γ, θ, κ¹ mendose „misereatur“.
**) Considera et notam ad Spec.¹ 133, 11.

et qui festinant [cod. γ, Spec.[1] 133, 12] in iudiciis eius".

Interpres Latinus τοὺς initio versus nostri errore omisit manuscripto eius Graeco continuo exarato atque versu 13 in vocem αὐτοῦ exeunte. Cetera sic legit: ἐκδεχόμενος παιδείαν ἐλέους ἐλεᾷ (sic pro ἐλεεῖ codd. ℵ, A, C, B[1], 23, 157, 253) καὶ τοὺς κατασπεύδοντας ἐπὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ. — Translatorem Latinum in Graeco hic reperisse ἐλεᾷ inde apparet, quod neque haec vox Graeca alibi in libro nostro occurrit, neque nisi hoc loco in Vetere Latina Ecclesiastici usus verbi „miser*a*ndi" reperitur.

17. καὶ ἀμφότερα. V. L. „sed utraque"; substituas vero „et utraque" (= codd. α, γ, ϑ, κ[1], τ).

παρὰ ἀνδρὶ κεχαριτωμένῳ,

V. L. „cum homine iustificato,"

P ܕܓܒܪܐ ܕܫܘܦܪܐ = („est officium) hominum generosorum".

Nescio an hic subsit eadem diversitas Hebraica, quae etiam in 6, 5 adesse videtur; compara enim loco nostro:

[παρὰ ἀνδρὶ] κεχαριτωμένῳ cum 6, 5 V. L.: [„lingua] eucharis," [„cum homine] iustificato" cum 6, 5 P: [ܠܫܢܐ ܛܒܬܐ], [ܓܒܪܐ ܕܫܘܦܪܐ] cum 6, 5 G: [γλῶσσα] εὔλαλος.

18. ἀχαρίστως, V. L. „acriter"; sed cum codd. M, P[1], C Speculi[1] 133, 16 legas „achariter" (cf. Archiv IV pagg. 600 sq.).

βασκάνου. V. L. „indisciplinati". P ܕܥܒܕ. Vide quae ad 7, 16 commemoravi.

19. V. L. versui nostro praemittit haec: „ante iudicium para iustitiam tibi", quae verba aliam lectionem enunciati 20a*) iudicaveris, praesertim cum in cod. 248 hoc comma sic sonet: πρὸ κρίσεως ἑτοίμαζε σεαυτὸν καλλιεργεῖν.

21. ἐπιστροφήν, V. L. „conversationem tuam". Cum vox „conversatio" notione ἐπιστροφῆς (= se convertendi) non usurpetur, Latinum translatorem hic legisse ἀναστροφήν auguror, quod substantivum

a) „conversionem in retrorsum etiam a peccatis" indicat,

b) etiam „conversationem vel commorationem apud alios" significat.

Male a Vetere Interprete vox ἀναστροφή sensu posteriore hic accepta est. — Verbi „conversationis" usus in textu Latino libri nostri deprehenditur praeterea:

*) πρὸ κρίσεως ἑξέταζε σεαυτόν.

a) 18, 24 (ἐν ἀποστροφῇ προσώπου) V. L. „in conversatione faciei", ubi tamen „in conversione facies"*) cum codd. γ et ϑ scribere debemus.

b) 38, 14, ubi Latinum legisse συμβιώσεως pro ἐμβιώσεως apparet.

c) 50, 5 (ἐν περιστροφῇ λαοῦ) V. L. „in conversatione gentis." Licet περιστροφή etiam conversationem designet, tamen hic sensu usitatiore circumversionis, conversionis intelligi debebat; videtur enim hoc loco de turba pompa circumfusa cogitandum esse.

22. ἀποδοῦναι εὐχὴν εὐκαίρως.

V. L. „orare semper".

Adest hic correctura inepta, quae fortasse secundum Lucam 18, 1 vel 1 Thess. 5, 17 instituta est. Qua voci εὐχή in Graeco notione ambiguae falso pro „voti" „orationis" significatus hic attribuitur, cum tamen uterque Hebraice diversis vocibus reddatur. Confirmat opinionem nostram de vero sensu huius enunciati Siracidae:

a) verbum ἀποδοῦναι, quocum coniuncta vox εὐχή fere „votum" valet.

b) versus sequentis pars prior: πρὶν εὔξασθαι ἑτοίμασον σεαυτόν. Pro quibus P habet: ܩܕܡ ܕܬܬܪ ܠܟ ܘܬܬ ܠܟ = „antequam voveas, para vota tua". Tansfert et hic male V. L. „ante orationem praepara animam tuam".

Iuvat etiam huc afferre, quae in Talmude (Tanchuma וישלח § 8) sine dubio ex 18, 23 libri Siracidae petita Hebraice sic laudantur:

אמר בן סירא — בטרם תדור הכן נדריך בל תהיה כמתעה = „Dicit Ben Sira: „Priusquam voveas, praepara vota tua, ne fias ut impostor".

22. καὶ μὴ μείνῃς. V. L. „et ne verearis". Pristina lectio in V. L. fuit: „et non veteris" (codd. α, ϑ, Spec.[1] 133, 22; Spec.[2] 414, 2). Cf. et 20, 21 (23 V. L.) ἔστι κωλυόμενος, V. L. „est qui vetatur". Insuper observes similem huic termino κωλυόμενος loco nostro esse antithesin 22a μὴ ἐμποδισθῇς.

Hinc sequitur etiam 18, 30 (κωλύου) pro „avertere" legi oportere „vetare" [sic cod. P[1] Speculi[1] 134, 3**)], quomodo versum hunc etiam allegat Ambrosius (epist. 63, Migne L. 16, 1198): „Post concupiscentias tuas ne eas et a voluptate tua vetare".

25. πτωχείαν καὶ ἔνδειαν. V. L. „et necessitatum (sed codd. α, γ, ϑ, κ[1] „necessitatem") paupertatis".

*) Est haec forma inusitatior pro „faciei".

**) Codd. M, G[2] ibi mendose „vetere".

26. μεταβάλλει, V. L. „immutabitur“ (sed codd. γ, τ „mutatur“).

πάντα+ταῦτα V. L., codd. 70, 248.

28. ἔγνω, V. L. „agnoscit“; sed cod. γ „agnovit“ (ϑ „cognovit“).

29. καὶ ἀνώμβρησαν παροιμίας ἀκριβεῖς.
V. L. „et intellexerunt veritatem et iustitiam,
et impluerunt proverbia et iudicia“.

Terminus „intellexerunt“ in V. L. absque G occurrens exstat etiam in P 29b „et cognoscent (ܢܕܥܘܢ) usque ad extremum sermones proverbiorum et verba scientiae et disciplinam animae“. Videsne sicut in V. L. ita quoque in P textum hic esse uberiorem quam in G?

30. ἀπὸ τῶν ὀρέξεών σου (P ܡܢ ܨܒܝܢܟ = „a desiderio ipsius“ sc. animae tuae). V. L. „a voluntate tua“; sed scribas „a voluptate tua“ (sic codd. P, C, S Speculi[1] 134, 2 et Rabanus Maurus*); vide et quae ex Ambrosio ad v. 22 citavi).

31. ἐὰν χορηγήσῃς τῇ ψυχῇ σου εὐδοκίαν ἐπιθυμίας.
V. L. „si praestes animae tuae concupiscentias eius“ (cod. τ et Spec.[1] 134, 3 „concupiscentiam eius“).

Cf. P ܠ ܐܢ ܡܫܒܚ ܠܢܦܫܟ ܡܕܡ ܕܨܒܝܢܟ = „si enim feceris beneplacitum animae tuae“.

32. Μὴ εὐφραίνου ἐπὶ πολλῇ τρυφῇ,
μηδὲ προσδεθῇς συμβολῇ αὐτῆς.
V. L. „Ne oblecteris in turbis nec in modicis;
assidua enim est commissio illorum“.

De textu Latino usque ad hoc tempus nondum sanato sic cum Jansenio iudicare licet: „Duo hi versus valde sunt obscuri et ob id mirum non est, quod sint et in lectione corrupti et in expositione contorti“.

Nobis ipsis mederi conantibus opitulari videntur, quae Clemens Alex. paedag. 2, 1 (Migne Gr. 8, 392) sic recitat: μὴ εὐφρανθῇς (δὲ) ἐπὶ μιαρᾷ τρυφῇ, ἡ σοφία λέγει. Quae suspicionem mihi movent Veterem Interpretem Graece legisse: μὴ εὐφρανθῇς ἐπὶ τύρβαις καὶ ἐπὶ MIKPAIC**), sed haec fuisse corrupta atque antiquitus sic sonuisse: μὴ εὐφρανθῇς ἐπὶ τρυφαῖς καὶ ἐπὶ

*) Cod. τ „a volumptate tua“!

**) 25, 18 (25 V. L.) e. g. V. L. μικρά (sic pro πικρά) vertit „modicum“.

MIAPIAIC. Pro adiectivo רַב vel רַבָּה (πολλῇ G) videtur *g* (καὶ ἐπὶ μιαρίαις) legisse וּבְנִדָּה.

Pro „assidua enim est commissio (συμβολή!) illorum" genuinam lectionem esse existimo:

„ad duas (= codd. α, κ^1, τ = אֶל־שְׁתַּיִם; γ mendose „adduus") enim est commissio illorum."

[συμβολή fuit substantivum radicis מסך*), quod et LXX Is. 23, 18 legerunt, cum alium textum ac M.T. לְמִכְסֶה (= „in vestimentum") secuti verterent εἰς συμβολήν].

Cum textu *g* 32b compara etiam P 32b:

ܘܠܐ ܬܗܘܐ ܠܟ ܥܠ ܡܫܬܐ ܕܚܡܪܐ

(= „ne tandem fias pauper" = וְאַל־שְׁתַּיִם תְּהִי מְסַבָּן:).

Erat vero lectio P 32b Hebraice ex genuina transformata atque verbis μὴ γίνου πτωχός (v. 33a) assimilata. Neque textus 32b recensionis *g*, qui haud idoneum sensum hic parit, mendo Hebraico liber esse videtur. Quare ad 32b G recurrere atque verba μηδὲ προσδεηθῇς συμβολῇ αὐτῆς adoptare praeplacet substituta tamen pro αὐτῆς voce οἴνου, יַיִן, quae praeclare etiam explicat, qui lectio מ]סכ[ן textus P enasci potuerit. [Fortasse in *g* αὐτῶν — „commissio illorum" — pro suffixo Hebraico ן exstat, quod corruptione ex יין abierat]. Est ergo hic sensus verus commatis 32b: „neve te dederis comessationi vini". Ad notionem vocis (μηδὲ) προσδεηθῇς conferre te velim ἡδονῇ τοῦ κερδαίνειν προσδεδεμένοι (Flav. Josephi: De antiquitatibus Judaicis 5, 2, 7) = „gaudio lucrandi addicti." Delibero, an μηδὲ προσδεηθῇς Hebraice sonuerit: וְאַל־ (sc. לֵב) תָּשֵׂם. Immerito προσδεηθῇς a quibusdam testibus in προσδεηθῇς commutatum est (sic etiam Aeth. 32b: ኢትስእል : ከመ : ትት ፈጋዕ : ምስሌሃ :: = „neve expetas, ut deliciis fruaris cum ipsa").

33. ἐν μαρσυπείῳ, V. L. „in sacculo". Mendum quorundam codicum Latinorum „in saeculo" ideo erat facile, quia, ut ex Mommsen inscr. confoed. Helv. n. 51 cognoscimus, pro „sacculus" etiam scribebatur „saculus" vel „saculum" pro „saeculum".

33b. V. L. + „eris enim invidus vitae tuae"; codd. 70, 106, 248 hic addunt: ἔσῃ γὰρ ἐπίβουλος τῆς (70, 248+ἰδίας) ζωῆς (106+σου; 248+λαλητός).

---

*) Eccli. 9, 9 συμβολοκοπήσῃς radice מסך Hebraice redditum fuisse testatur locus ad versum istum a nobis e Talmude allegatus: למסוך; P ibd. ܠܡܫܬܐ.

XIX.

2. τολμηρότερος ἔσται; sed scribas τολμηρὸς ἔσται cum S. H. Sah., codd. א, C, 55, 106, 157, 248, 253. — V. L. „erit nequam" = πονηρὸς ἔσται, quod varietatem textus mere Graecam atque antecedente voce πόρναις obviam iudico; occurrit enim eadem diversitas apud testes Graecos versus sequentis, e quibus codd. 55 et 106 πονηρά pro τολμηρά exhibent.

3. σῆτες, rectius V. L. „putredo" = σήπη [codd. א², B¹, A, C, 155] vel σῆψις [S. H., cod. 253, Clemens Alex. paedag. 2, 10 (Migne Gr. 8, 517)]. Fortasse legit σήπη etiam Aeth., qui pro σῆτες καὶ σκώληκες affert ዕፄ፡ ወመ·ስና፡. Lectionis σῆτες (= „tineae"), quae hic sensum aptum non efficit, occasionem praebuit sequens vox σκώληκες (= „vermes").

καὶ ψυχὴ τολμηρὰ ἐξαρθήσεται.
V. L. „et extolletur in exemplum maius,
et tolletur de numero*) anima eius".

Cf. Clem. Alex. l. c., ubi post 3a continuatur ita: καὶ ἐξαρθήσεται ἐν παραδειγματισμῷ μείζονι. In cod. 106 hoc modo sonat 3b: καὶ ψυχὴ πονηρὰ ἐξαρθήσεται ἐν παραδειγματισμῷ μείζονι. Hoeschel sic edidit: καὶ ψυχὴ τολμηρὰ ἐξαρθήσεται καὶ ξηρανθήσεται ἐν παραδειγματισμῷ μείζονι.

Prae ἐξαρθήσεται (V. L. „extolletur") praeplacet mihi ξηρανθήσεται; lectio illa erat facilior verbis μείζονι et ἐξαρθήσεται sequentibus.

4. κοῦφος καρδίᾳ. V. L. „levis corde est et minorabitur". Principio a V. L. aberat „est et", quod omittunt cod. α et Spec.¹ 134, 8. Cum pro κοῦφος καρδίᾳ P habeat حسا ؛ معصم, haud errare mihi videor, cum V. L. duas lectiones hic connectere statuam:

κοῦφος (נִמְהָר) καρδίᾳ
et ἐλαττωθήσεται (יֶחְסַר) καρδίᾳ.

πλημμελήσει. V. L. „insuper habebitur" (= negligetur), sed procul dubio scribendum est „insuper habebit" [cf. 26, 11 (14 V. L.) πλημμελήσῃ, V. L. „neglexerit"]. — Videtur hic in Hebraico אשם

*) Dicitur Latine etiam „esse in numero" pro „esse inter homines"; cf. Lucr. 5, 180:

„Qui nunquam vero vitae gustavit amorem
Nec fuit in numero, quid obest non esse creatum?"

Similis est Graeca elocutio εἶναι ἐν ἀριθμῷ.

eodem sensu exstitisse, quo Is. 24, 6, Os. 14, 1 etc. (= poenas luere).

Una cum v. 5 etiam colon 4b mox infra in V. L. iteratur (= „qui peccat in animam suam poenitebit"; α, γ, „poenitebitur"), sed ibi male interrumpit seriem cogitationum.

5 sq. ὁ εὐφραινόμενος καρδίᾳ καταγνωσθήσεται,
καὶ ὁ μισῶν λαλιὰν ἐλαττονοῦται κακίᾳ.
V. L. „qui gaudet iniquitate („iniquitati" α, γ, ϑ, τ; cf. et not. ad Spec.² 451, 8), denotabitur,
et qui odit correptionem, minuetur vita,
et qui odit loquacitatem, exstinguit malitiam".

Commata a nobis allegata propter versum 5, sicut in Sixtina legitur, parum ad contextum quadrantem libri nostri enarratores in summas difficultates adduxerunt. Inter quos J. Ch. Doederlein („Auserlesene theologische Bibliothek" II Lipsiae 1783, pag. 733) hanc coniecturam vel maxime arridentem proposuit:

E vocibus καρδίᾳ (v. 5) et κακίᾳ (v. 6) utramque in alterius locum transponi debere; praeterea translatorem G pro שֹׂנֵא (ὁ μισῶν) rectius lecturum fuisse שֹׁנֶה (= ὁ δευτερῶν; cf. et v. 7 μηδέποτε δευτερώσῃς λόγον). Qua in opinione habet versionem P consentientem sibi:

ܒܥܠ ܚܕܐ ܚܒܪܗ ܢܬܒܙܥ ܠܐ ܝܕܥ ܡܕܡ
ܘܠܐ ܡܕܒܪ ܣܓܝ̈ܐ ܢܬܚܣܪ ܡܢܗ ܣܟܠܐ.

„qui malo gaudet, erit eius confractio,
qui verbum iterat, caret intellectu".

Approbata sententia, quam proposuit Doederlein, versum 7, ne meram tautologiam sexti constituat, secuti Syrum (ܠܐ ܬܬܒ ܠܥܠܡ ܡܕܡ ܕܠܐ ܢܫܬܘܦ ܒܟ = „In aeternum ne iteraveris verbum, neque quisquam tibi conviciabitur") sic legere deberemus:

μηδέποτε δευτερώσῃς λόγον,
καὶ οὐδέν σοι οὐ μὴ ὀνειδισθῇ (radice חסד pro חסר substituta).

Hanc versus 7 formam, quam e Ballii commentario cognovi, utique recipio. Reliqua vero reicio. Isti enim suspicioni καρδίᾳ et κακίᾳ utrumque in alterius locum transferendum esse nullum ex manuscriptis Graecis nullaque textus G versio, quantum scio, suffragatur. Habet cod. A in 6 καρδίᾳ, sed eandem vocem in v. 5 retinet. Denique lectio ὁ μισῶν (שֹׂנֵא) commate sequenti a verbis אַל־תֹּשֶׁנֶה (μηδέποτε δευτερώσῃς) exordiente videtur esse difficilior quam שֹׁנֶה ὁ δευτερῶν ideoque genuina. Quare hanc coniectu-

ram faciliorem, quae non tot emendationes requirit, proponere audeo.

Commata 6 et 7a, sicut in Sixtina editione sonant, intacta relinquas, sed in versu 5 interpretem G perperam legisse בִּרְעָיוֹן *) [καρδίᾳ] pro בִּרְוֹעַיִן [a voce רוֹעַ = „malitia"] statuas. De istiusmodi exitu numeri pluralis in libris sacris inferioris aetatis quandoque occurrente consule Gesenius: Hebr. Gramm. ed. 26 pag. 236e; de usu numeri pluralis nominum abstractorum in Hebraico videas ibd. ed. 26 pag. 392. Pro καρδίᾳ codd. 70 et 248 ἐπὶ κακοεξίᾳ nescio quo ex fonte desumptum exhibent.

πονηρίᾳ, quod pro καρδίᾳ (v. 5) afferunt S.H. et codd. 23, 106, 253, est Graeca correctura. Certe lectio καρδίᾳ est genuina interpretis G, quippe quae hic sit difficillima.

8. καὶ εἰ μή ἐστί σοι ἁμαρτία = et si, cum celas, quae de aliis vel ab aliis comperisti, peccatum non contrahis, noli ea prodere. Ad quae convenit, quod codd. 70 et 248 post διηγοῦ (v. 8) addunt: βίους ἀλλοτρίους.

V. L. vero sic exhibet 8b: „et si est tibi delictum etc." (ita etiam P: حدهه حدد لحر سقة١ ١٨ ول = „et si tibi sunt peccata, deprecare pro eis"); ad quae conferas, quod V. L. post διηγοῦ in v. 8a subiungit: „sensum tuum". Nescio tamen, an G ad contextum accomodatior hic sit.

9. καὶ ἐν καιρῷ μισήσει σε.

V. L. „et quasi defendens peccatum odiet te et sic aderit tibi semper".

Verba „quasi defendens peccatum" in G non agnoscuntur, perlustres vero textum 9 P: ولا يخ ومفقد نجسم ولم هزوسا نسعجم = „ne qui audit, oderit te et pro peccatore te habeat" (= יַחְשָׁבֶךָּ וכ׳). — „quasi defendens peccatum" = ... כְּמְשַׁבֵּחַ?

11. ὡς ἀπὸ προσώπου βρέφους ἡ τίκτουσα (= יוֹלֶדֶת).

V. L. „tamquam gemitus partus (= לֶדֶת) infantis".

P = اس ومتحلل نجبا مع مرم حجكة = „quemadmodum dolores patitur parturiens praesente infante suo".

P ergo textus G et *g* quodammodo connectit, cum et omnia, quae in G adsunt, exhibeat ac pro substantivo „gemitus" in V. L. absque G occurrente participium ponat.

*) num mero Aramaismo, dubito. רַעְיוֹן in seriore Hebraismo vel „intellectus, cogitatus" sensu viguisse suspicatur etiam J. Levy „Chaldäisches Wörterbuch" ed. 3 Lipsiae 1881, II pag. 432. Cf. et substantivi רַעַ (= cogitatio) usum in Ps. 139, 2 et 17.

12. ἐν κοιλίᾳ (sic et P ܒܡܥܝܬܐ). V. L. „in corde“ = ἐν καρδίᾳ (sic et cod. 155), quod est e varietate mere Graeca.

13. μή ποτε οὐκ ἐποίησεν, V. L. „ne forte non intellexerit et dicat: non feci“. Latinus interpres in Graeco legit μή ποτε*) οὐκ ἠγνόησεν (= „fortasse non deliquit“), sed perperam transtulit. Verbum ἠγνόησεν ab ipso sensu falso acceptum praebuit ansam additamenti „et dicat: non feci“; quod, cum ergo sit glossema, extrudi debet. — In v. 14 male V. L.: „ne forte non dixerit“ pro μή ποτε οὐκ εἶπεν (= „fortasse non dixit“).

τί post εἰ in v. 13 omittunt V. L., S.H., Aeth., codd. א², 23, 55, 155, 157, 248, 253, 254.

14. Pro φίλον habent πλησίον V. L. et S.H. cum maiore parte testium Graecorum, sicque legas; ita enim etiam in P (ܒܪܚܒܗ).

15. διαβολή. V. L. male „commissio“ (= συμβολή; cf. ad 9, 9 pag. 111); pro διαβολή dimicant verba sequentia: καὶ μὴ παντὶ λόγῳ πίστευε.

20. καὶ ἐν πάσῃ σοφίᾳ ποίησις νόμου (= עֲשׂוֹת תּוֹרָה). V. L. „et in omni sapientia dispositio legis“ (= שׂת תּוֹרָה). „dispositio“ Hebraice eodem substantivo radicis שׂית redditum fuisse videtur, quod Ps. 11 (10), 3 Symmachus legit, cum pro הַשָּׁתוֹת (= „columnae“) verteret οἱ θεσμοί.

22. V. L., Arm., Aeth., codd. א¹, A, C, 70, 106, 155, 157, 254, 307, 308 ὅπου missum faciunt.

23. καὶ αὕτη βδέλυγμα. V. L. „et in ipsa exsecratio“; sed codd. γ, τ „et ipsa exsecratio“.

24. νόμον. V. L. + „Altissimi“; cod. 248 νόμιμα ὑψίστου.

25. καὶ ἔστι διαστρέφων χάριν τοῦ ἐκφᾶναι κρίμα.
V. L. „et est, qui emittit verbum certum (= καὶ ἔστιν ἀκριβολογούμενος) enarrans veritatem“.

Lectio G, quacum congruit P**), melius quam *g* (V. L.) ad contextum quadrat, quo de iis sermo fit, qui animae dotibus vel ad mala abutuntur (vv. 24 et 25), vel qui, cum bona honestave imitari videantur, mala operantur.

---

*) μή ποτε οὐκ = „nescio an non“ (= fortasse non fecit quod alii de ipso narrarunt). Est ergo sensus loci nostri hic: corripe amicum, ut constet, si commiserit, quae alii ipsi vitio dant; πολλάκις γὰρ γίνεται διαβολή (v. 15).

**) ܘܠܐ ܐܫܟܚ ܠܡܐ.

καὶ ἔστι διαστρέφων*) χάριν τοῦ ἐκφᾶναι**) κρίμα
= וְיֵשׁ מַטֶּה לִגְלוֹת מִשְׁפָּט:
g (V. L.) = †): וְיֵשׁ מַטֵּב(*** לִגְלוֹת מִשְׁפָּט:

26. ἔστι πονηρευόμενος συγκεκυφὼς μελανίᾳ; sed cum S.H., codd. 106, 157 scribas πορευόμενος, cui fortasse favet et P: ܘܐ ܗܘ ܕܡܬܚܙܐ ܐܝ ܡܟܢܝܟ = „est qui videatur quasi humilis“.

27. συγκύφων πρόσωπον καὶ ἑτεροκωφῶν,
ὅπου οὐκ ἐπεγνώσθη, προφθάσει σε.
V. L. „et est qui se nimium submittit a multa humilitate, et est qui inclinat faciem suam et fingit se non videre, quod ignoratum est“.

P: ܘܐ ܗܘ ܕܡܟܢܝ ܦܪܨܘܦܗ ܘܡܬܚܐ ܕܠܐ ܚܙܐ
ܘܠܐ ܝܕܥ ܠܗ ܦܪܨ ܠܗ ܘܡܠ

= „est qui inclinet faciem suam et moliatur malum, et ubi ipsum ignorant, vocant eum iustum“.

Antiquam Veteris Latinae formam hic codices α, γ, ϑ, κ^1 servasse mihi videntur:

„Et (∧ „et“ α) est iustus, qui se nimium submittit a multa humilitate,
et est iustus, qui inclinat faciem et fingit se non videre (α „non videre se“), quod ignoratum est“.

In cod. τ verba „qui se nimium submittit a multa humilitate et est iustus“ desunt prima manu, sed aperte aberrantia oculorum.

V. L. pro ΟΠΟΥ ΟΥΚ ἐπεγνώσθη male legit ΟΤΙ ΟΥΚ ἐπεγνώσθη. — Pro ἑτεροκωφῶν (= „altera aure surdum se gerens“) interpres Latinus in codice suo Graeco deprehendit ἐθελοκωφῶν (= „voluntarie surdum agens“)††), quam lectionem sequuntur

---

*) διαστρέφων (sc. τὴν κρίσιν).

**) ἐκφᾶναι (a verbo ἐκφαίνω), non ἐκφάναι (a verbo ἔκφημι) legi oportet. Cf. Winer: Grammatik des neutestamentlichen Sprachidioms ed. 7 § 15; ed. 8. § 13, 12 ibique notam.

***) Cf. Deutn. 19, 18 M.T. הַיֵּטֵב, LXX ἀκριβῶς. Forma מֵטֵב occurrit Ez. 33, 32.

†) Cf. Prov. 21, 3 M.T. מִשְׁפָּט, LXX ἀληθεύειν. An g loco nostro Ecclesiastici קְשֹׁט legit pro מִשְׁפָּט?

††) Vertit „fingit se non videre“. Terminus κωφεύειν Graece non solum de privatione auditus et loquelae, sed quandoque etiam de hebetatione aliarum animi et corporis facultatum adhibetur; cf. e. g. apud Erotianum lexicographum (Vocum Hippocraticarum conlectio, ed. J. Klein Lipsiae 1865, pag. 89, 12): κώφωσις ὀφθαλμῶν.

etiam S.H. (ܒܥܝ = „non curans, negligens“), Sah. (ⲉϥⲱⲃϣ ⲙⲙⲟϥ), codd. 23, 248, 253. Sed retineri debet lectio ἑτεροκωφῶν, pro qua voce usu perrara, cum eius sensus non intelligeretur, emendatione substitutum est verbum saepius in Graeco adhibitum ἐθελοκωφῶν.

Pro genuinitate termini [„et est] iustus“[1], quem V. L. absque G exhibet, P pugnare mihi videtur; considera enim eius textum hunc:

[„et ubi eum ignorant, vocant eum] iustum“.

[„iustus“[2] vero in V. L. spurie insertum duco]. *g* ergo in Hebraico textu vocem נָכוֹן unâ lineâ superius quam P deprehendit.

Meâ si quid valet sententiâ comma „qui se nimium submittit a multa humilitate“ aliam lectionem constituit pro verbis „qui inclinat faciem suam et fingit se non videre“ (rectius legitur, ut modo dixi, ἑτεροκωφῶν); observes enim haec:

„a multa humilitate“ = מִשְׁחַ רַב (*?

„ἑτεροκωφῶν“ = מַחֲרִישׁ מֵרַע (**

P ܡܫܚܝܐ ܒܝܫܐ = מַחֲרִישׁ רַע (*

προφθάσει σε = יְקַדְּמֶךָּ, pro quo melius P: קְרָאִים = ܩܪܝܐ ܠܐ ܢܛܠ לוֹ נָכוֹן. — *g* (V. L.) nonnisi נָכוֹן legit, quod, ut iam supra admonuimus, apud eum in lineam praeviam abierat omissis vocibus קְרָאִים לוֹ.

Est ergo fortasse haec recensionis *g* forma:

„Est (sc. tantum nomine) iustus, qui se nimium submittit a multa humilitate, ubi ignoratus est.“

Optime inter varios testes loci nostri textum servavit atque reddidit P, cuius verba, quae hic praeferamus recensionibus *g* et G, digna sunt.

κακοποιῆσαι, quod post προφθάσει σε S.H. et cod. 248 (cod. 70 ibd. + κακοποιήσει σε) addunt, vel inde glossema auctoritate Hebraica carens esse cognoscitur, quod προφθάσει σε יְקַדְּמֶךָּ Hebraice depravatum esse pro קְרָאִים לוֹ נָכוֹן comprobavimus. Nec vero idem de voce „malefaciendi“, quod V. L. post καιρόν (v. 28) adicit, statuendum esse videtur. Habet enim ibi etiam P ܠܡܥܒܕ.

---

*) De confusione vocum רַב et רַע cf. Symm. Ps. 73 (72), 8 ἐν πολλῇ συκοφαντίᾳ (M.T. בְּרָע עֹשֶׁק); 2 chron. 21, 15 LXX πονηρᾷ pro רַבִּים.

**) Cf. Job 13, 13 M.T.

30. ἀναγγέλλει, V. L. „enuntiant“; sed codd. α, τ „enuntiat“; vide etiam not. ad Spec.[2] 600, 4.

31. Ἔστιν ἔλεγχος ὃς οὐκ ἔστιν ὡραῖος.

V. L. „Est correptio mendax in ira contumeliosi,
et est iudicium (rectius α, γ, κ[1] „indicium“), quod non
probatur esse bonum.“

V. L. comma 31a duplici lectione affert. Pars posterior cum G congruit ac propter vocem „indicium“ non esse interpretis nostri Latini videtur, a cuius loquendi ratione eiusmodi vocis ἔλεγχος translationem alienam esse concordantiis edocemur.

„Est correptio mendax in ira contumeliosi“ =
יֵשׁ תּוֹכַחַת שָׁקֶר בְּאַף . . . .
ἔστιν ἔλεγχος ὃς οὐκ ἔστιν ὡραῖος =
יֵשׁ תּוֹכַחַת אֲשֶׁר לֹא יָפֶה׃

XX.

2. καὶ ὁ ἀνθομολογούμενος ἀπὸ ἐλαττώσεως κωλυθήσεται.

V. L. „et confitentem in oratione non prohibere“.

Quae fortasse in Latino deformata sic emendemus necesse est:

„et confitentem minoratione prohibere“.

Est haec commatis 2b forma magis accommodata ad 2a; attamen tali mutatione textus Sixtini non opus esse apparet, dummodo

a) interpretem G in commate praevio errasse intelligamus, qui particulam מִן sensu comparativo (ἢ θυμοῦσθαι) acceperit, cum denotaret: [„quam bonum est arguere] sine ira“ (= cum non*) irascatur arguens).

b) colon 2b ita interpretemur: „tunc enim (וְ) confitens a detrimento (rectius „a probro“, חֶסֶד pro חֶסֶר, Ball) prohibebitur“.

Hac coniectura atque interpretatione perspicuum etiam evadit, quantopere a vero aberraverint, qui versum quartum**) alieno loco legi suspicentur (inter quos est etiam Lesètre). Qui enim nexus inter ipsum et secundum intercedat, ex iis, quae supra exposui, sat colligi potest.

---

*) Cf. Gen. 27, 1: „caligaverunt oculi eius מֵרְאֹת = ita ut non videret“; Exod. 14, 5 מֵעָבְדֵנוּ = „ita ut nobis non serviat“. — Ut sic loco hoc Ecclesiastici particulam מִן accipiamus, adhortatur vel maxime versus praevius; cf. ibi et verba Latina: „est correptio mendax in ira contumeliosi“.

**) ἐπιθυμία εὐνούχου ἀποπαρθενῶσαι νεάνιδα οὕτως ὁ ποιῶν ἐν βίᾳ κρίματα.

4. V. L. + (= 4 V. L.) „Quam bonum est correptum manifestare poenitentiam!
sic enim effugies voluntarium peccatum".

Compara ad haec ea, quae codd. 70 et 248 post v. 8 adnectunt:
ὡς καλὸν ἐλεγχθέντα φανερῶσαι μετάνοιαν,
οὕτως γὰρ φεύξῃ (70 φεύξει) ἑκούσιον ἁμάρτημα.
Sed haec in codicibus, quos modo citavi, ad contextum haud apte conveniunt. Fritzschio (at contra videas editionem τῶν LXX V. Lochii)*) ea versum 2 secuta suum locum tenere visa sunt. At si hanc opinionem amplecteremur, disrumperemus nexum cogitationum, quo versus 4 cum secundo cohaeret. In sola Vetere Latina rectus ordo stichorum adest. Commate isto, de quo hic agimus, auctor ad praevia respiciens admonere in animo habuit non modo expedire iuste ac temperate corripere, verum etiam tali modo correptum ad emendationem sui accedere. Versu quinto deinde ad materiam aliam, a praevia differentem transitur.

6. καιρόν. V. L. „tempus aptum"; genuine: „tempus apti temporis" (α, γ, κ¹, Spec.² 519, 13 sq.) = (εἰδὼς) καιρὸν εὔκαιρον. Vide hunc terminum etiam apud Herodianum (ab excessu divi Marci lib. I, 9, 6).

8. βδελυχθήσεται, V. L. „laedet animam suam". Cum Clemens Alex. paedag. 2, 6 (Migne Gr. 8, 456) habeat: πλεονάζων γὰρ λόγον βδελύττεται τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, Latine scribas: „taedet animam suam".

11. ἦρε, V. L. „levabit"; sed codd. γ, ϑ „levavit".

13. Pro ἐν λόγῳ V. L., S.H., Sah., Arm. plurimique testes Graeci habent ἐν λόγοις.

14. οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀνϑ' ἑνὸς πολλοί = כִּי עֵינָיו תַּחַת אַחַת שֶׁבַע. V. L. „oculi enim illius septemplices sunt"; ita etiam P: ܕܥܝܢܘܗܝ ܕܫܒܥ ܥܠ ܚܕ ܐܬܝܗܒ = „quia oculi eius septempliciter ad retributionem (= ad compensationem septuplo maiorem reportandam) positi sunt". Lectio *g* et P librariorum vitio deberi videtur, cum תַּחַת ante אַחַת facile excidere potuerit. Quo omisso *g* et P Hebraice legerunt tantum אַחַת בְּשֶׁבַע, quae loquendi ratio in lingua Chaldaica est usitatior.

G שֶׁבַע libere transtulit πολλοί ex usu loquendi Hebraeorum, quo numerus septenarius pro quavis multitudine ponitur; cf. Symm.

*) Vetus Testamentum Graece iuxta septuaginta interpretes, Ratisbonae 1866.

Jer. 15, 9 πολλούς pro הַשִּׁבְעָה; Ps. 119 (118), 164 שֶׁבַע, LXX „ἑπτάκις“· ἄλλοι „πλειστάκις (Field l. c. II pag. 278).

15. καὶ ἀνοίξει τὸ στόμα αὐτοῦ ὡς κήρυξ.

V. L. „et apertio oris illius inflammatio est.“

G = וַיִּפְתַּח פִּיו כְּקֹרֵא

g (V. L.) = *) פִּיו קדח (vel וּפְתֹחַ) וּמְפַתַּח

16. φαῦλοι γλώσσῃ, V. L. „falsae linguae“; sed codd. γ, τ „falsi linguae“.

17. V. L + (= 19 V. L.) „neque enim quod habendum erat, directo sensu distribuit (διείληφεν); similiter et quod non erat habendum“. Compara huc, quae codd. 70 et 248 post v. 17 inserunt:

οὔτε γὰρ τὸ ἔχειν ἐν ὀρθῇ αἰσθήσει εἴληφεν (70 διείληφεν), καὶ τὸ μὴ ἔχειν ὁμοίως ἀδιάφορον αὐτῷ (70 ἀδιαφόρων ἄρτων!).

Cod. 106 ibd.: οὔτε γὰρ τὸ ἔχειν ἐν ὀρθῇ αἰσθήσει ὁμοίως ἀδιάφορον αὐτῷ. — Melior ceteris est textus codicis 248.

18. ὀλίσθημα ἀπὸ ἐδάφους μᾶλλον ἢ ἀπὸ γλώσσης.

V. L. „Lapsus falsae linguae quasi qui in**) pavimento cadens“.

اسو هدا واهنيم حلا معحا وحاها
معط لحمنه وحفلا حمط ولسقل

= „Ut aqua effusa in saxum lapideum,
ita lingua scelesti inter iustos“.

Verba Veteris Latinae ex alia textus Hebraici forma atque G ortum ducere suspicionem mihi infert P:

a) Aeque enim ac P falsitatis linguae mentionem hic facit V. L.

b) [وحاها] واهنيم حلا معحا (כְּמַיִם =) اسو هدا; cf. V. L. „quasi (= כְּמוֹ?) qui pavimento cadens“.***)

Obiter admonere mihi liceat illud ἀπὸ ἐδάφους (G), in quo merito meo iudicio offendit Drusius, fortasse textu Hebraico depravato atque contracto niti, qui sic melius legendus fuerit: ὀλί-

*) Substantivum tale in M.T. nusqam reperi, sed idem fuisse suspicor, quod Symmachus legerit, cum Is. 64, 1 כְּקֹרַח verteret ὡς ἔκκαυσις. An et Symmachum hic et *g* nostro Siracidae loco infinitivum קָרַח legisse putas?

**) Omitte „in“ cum α, γ, ϑ, κ¹, τ, Spec.¹ 135, 3.

***) Similis diversitas occurrit 31 (al. 34), 27 ἔπισον (= כְּמוֹ?) ζωῆς; P اسو هدا (כְּמַיִם) متنا. „μᾶλλον“ (G) loco nostro Ecclesiastici videtur fuisse אַף כִּי (= „quanto magis“), quod P legit בַּף (وحاها).

σθημα ὕδατος εἰς ἔδαφος κτλ. G pro מים nonnisi [ן]מ ἀπὸ legit neque terminum εἰς in Hebraico deprehendit.

19. ἄνθρωπος ἄχαρις, V. L. „homo acharis“. Quaedam manuscripta terminum Graecum duplici translatione explanant, e. g. κ^1: „homo ingratus acharis“. — codd. α, ϑ nonnisi: „homo ingratus“.

21. ἀπὸ ἐνδείας, V. L. „prae inopia“; sed codd. α, γ, ϑ, κ^1, τ „ab inopia“.

καὶ ἐν τῇ ἀναπαύσει αὐτοῦ οὐ κατανυγήσεται. — V. L. „et in requie sua stimulabitur“.

Sed negatio, quae a Latino interprete praetermittitur, videtur esse conservanda; nam

a) propugnatur ab omnibus codicibus Graecis atque etiam a S.H., Arm., Aeth. (In Sah. colon 21b desideratur aperte incuriâ librariorum). Poterat praeterea οὐ facile excidere post αὐτοῦ.

b) etsi P versum 21 libere vertit, tamen eius paraphrasis negationi οὐ retinendae favet: „Est qui servetur a peccatis propter egestatem suam“ (mente deinde suppleas: „atque ita optime accidit, cum non sentiat conscientiae morsus“); „quis est enim, qui sit iustus atque in divitiis suis acquiescat!“

22. ἀπολλύων, V. L. „qui perdet“; sed codd. α, γ, κ^1, τ Spec.^{1} 135, 7 „qui perdit“.

καὶ ἀπὸ ἄφρονος προσώπου ἀπολεῖ αὐτήν.
V. L. „et ab imprudenti persona perdet eam,
personae autem acceptione perdet se“.

V. L. comma nostrum aperte duplici translatione exhibet. Posterior cum 22b codicis 248 convenit: καὶ ἀπὸ λήψεως προσώπου ἀπολεῖ*) αὐτήν. (Sah. libere vertit ⲁⲩⲱ ⲛ̅ⲛⲧⲁⲕⲟ ⲉⲧⲃⲉ ϫⲓ-ϩⲟ „et perit personae acceptione“; Arm. և կորնչի յակնառուԹե՛ն իւրում „et interit aestimio suo personae“). — Unde lectio ἀπὸ λήψεως προσώπου exorta sit, diiudicare nequeo vel non audeo. Miror, quod P nos adhortatur, ut comma 22b sic legamus: καὶ ἀπὸ καλύψεως προσώπου ἀπολεῖ αὐτὴν (ܘܡܢ ܟܣܝܐ ܕܐܦܘܗܝ ܢܐܒܕ = „et absconsione vultus sui perit“). Pro מִכְסִילִים אַפַּיִם (ἀπὸ ἄφρονος προσώπου) P ergo legit מִכַּסּוֹת אַפַּיִם.

25. αἱρετόν. V. L. „potior“; sed codd. α, γ, ϑ, κ^1, τ, Spec.^{1} 135, 11 „potius“.

26 (= 28 V. L.). In codd. γ, τ (cf. et Spec.^{1} 135, 14) „et con-

*) Eadem verba adsunt in Mon. serm. 125 pag. 384; serm. 156 pag. 549.

fusio illius cum ipso“ (cf. Graecum), quamquam hemistichium praecedens sic sonat: „mores hominum mendacium sine honore“.

28. γῆν + αὐτοῦ V. L., cod. 248.

29. καὶ ὡς φιμὸς ἐν στόματι ἀποτρέπει ἐλεγμούς. V. L. „et quasi mutus in ore avertit correptiones eorum“. φιμός (G) in Hebraico fuisse substantivum radicis אטם suspicor, quod *g* legerit אֵלֶם.

XXI.

2. Omitte γάρ cum V. L., S.H., Sah., Arm., codd. 23, 55, 253, 254.

2. δήξεταί σε; V. L. male „suscipient te“ = δέξονταί σε. δέξεται etiam vitiose Aeth. (ኢታወጽእከ፡ = „non dimittet te“), codd. 70, 106, 248, 296, 307, 308.

4. καταπληγμὸς καὶ ὕβρις. V. L. „obiurgatio et iniuriae“ (ὕβρεις codd. 55, 155, 254); codd. γ, τ, Parisinus 9380, Malmundariensis, Rab. „cataplectatio et iniuriae“; codd. α et alii (cf. Luc. Brug. pag. 249): „cataplectatio et iniuriae obiurgatio“; alia manuscripta teste Luca Brugensi l. c.: „cataplectatio, obiurgatio et iniuriae“.

Vera ergo mihi videtur coniectura terminum „obiurgatio“ esse glossema explanatorium vocis genuinae „cataplectatio“ (= καταπληγμός), quod prolabente aetate in textum irrepserit ac pro illa substitutum sit (Est igitur lectio codicum γ et τ sincera interpretatio Latini). — Male καταπληγμός voce „obiurgatio“ exponitur. Substantivum illud Graecum, quod est ἅπαξ λεγόμενον, optime a Grotio Latine „territio“ redditur (= Arm. *արհաւիրք*; bene etiam Sah. ⲛⲟⲩⲱϣ̄) ac notione propinquum est verbo κατάπληξις, quod Exod. 23, 27 ab Aquila et Symmacho pro Hebraica voce אֵימָה (= „terror, formido“) usurpatur (cf. etiam Cant. 6, 10 M.T. אֲיֻמָּה, editio Sexta καταπληκτική). Quod si igitur eandem vocem Hebraice loco nostro exstitisse suspicari licet, eodem sensu viguisse mihi videtur, quo Prov. 20, 2 et Job 39, 20, ubi significat terrorem, quem quis incutit vel spargit. LXX illo loco habent ἀπειλή, hoc τόλμη.

οὕτως οἶκος ὑπερηφάνου ἐρημωθήσεται.

V. L. „et domus, quae nimis locuples est, annullabitur superbia:

sic substantia superbi (codd. α, γ, Malmundariensis, Rab. „superbiae") eradicabitur".

Partem priorem Veteris Latinae spuriam iudicare oportet, cum absit a codd. α, γ, τ, Cavensi, Parisinis 93, 9380, 11940 primaque manu etiam a manuscripto Malmundariensi. — Reliqua Veteris Latinae verba compara cum P 4b: حمدا [ماقبا صيتا] = [„et palatia multa (a radice שנא)] evellit" [sc. scortatio زنا]. ὑπερηφάνου et „superbiae" (haec est vera lectio Veteris Latinae; vide supra) a radice גאה. „eradicabitur" et حمدا verbo שרש, ἐρημωθήσεται autem verbo שדד Hebraice respondere videntur.

6. ἐπιστρέψει ἐν καρδίᾳ. V. L. „convertetur ad cor suum"; sed cod. α „convertit ad cor suum"; quibuscum congruit locus noster a Clemente Alex. paedag. 1, 8 (Migne Gr. 8, 325) laudatus: ἐπιστρέφει ἐπὶ καρδίαν αὐτοῦ. Cf. huc Hebraicam elocutionem הֲשִׁיב אֶל־לֵב Deutn. 4, 39; 30, 1; 1 regg. 8, 47.

8. Codex Sahidicus Taurinensis αὐτοῦ in 8b omittit, sed reperi hoc pronomen in manuscripto orientali Berolinensi, quod supra in pag. 24 commemoravi.

9. Pro στυππεῖον συνηγμένον cod. Sah. Taurinensis habet ⲟⲩⲗⲗⲁⲥ ⲫⲭⲥⲟⲟⲩ. Vocem posteriorem illud manuscriptum Berolinense secutus in ⲫⲭⲥⲟⲟⲩⲍ emendo, vocem priorem „stupae" significatione apud Peyronium desidero. Legitur etiam in fragmento Berolinensi. Si est mendum librarii cuiusdam, in ⲟⲩⲥⲁⲥⲉ ipsam corrigere velim.

12. ἔστι δὲ πανουργία V. L., S.H., Sah. maiorque pars codicum Graecorum.

17. Pro διανοηθήσεται legas διανοηθήσονται cum V. L., S.H., Sah., Arm., Lat.², codd. ℵ, A, C, 23, 155, 157, 248, 253, 254. Numerum pluralem commendat et P.

21. Pro κόσμος χρυσοῦ scribas κόσμος χρυσοῦς cum V. L., Arm., Lat.² plurimisque testibus Graecis.

22. αἰσχυνθήσεται ἀπὸ προσώπου. V. L. „confundetur a persona potentis"; sed male versus noster sic auctus est, cum, ut εἰς οἰκίαν 22a docet, προσώπου (פָּנִים) hic designet parietem, qui contra portam positus est atque primus in conspectum domum intrantis cadit (cf. פְּנִימָה „intus, intra, intrinsecus"). Similiter apud Homerum ἐνώπια appellantur parietes domus, qui sunt e regione ianuae vel potius ad utrumque eius latus atque praetereuntium oculis expositi sunt (Od. δ 42; χ 121; Il. N 261).

23. ἀπὸ θύρας. V. L. „a fenestra“ (= ἀπὸ θυρίδος) e correctura secundum 14, 23 instituta.

παρακύψει V. L., codd. 23, 106, 248, 253. Cum P habeat participium, formam receptam παρακύπτει retineo.

25. χείλη ἀλλοτρίων ἐν τούτοις (בְּאַלָּה) βαρυνθήσεται.

V. L. „Labia imprudentium stulta (אִוֶּלֶת) narrabunt“. Pro βαρυνθήσεται cum V. L., S.H., Sah., Arm., codd. א, 23, 55, 155, 157, 253, 254 legas διηγήσονται; suadet hoc etiam P (ܡܫܬܥ̈ܝ ܘܡܫܬܥ̈ܝ ܕܪܫ̈ܥ̈ܐ = „os impii in sui ipsius corpus loquitur“). Memoratu dignum iudico in Ps. 1, 1 editiones Quintam et Sextam pro M.T. רְשָׁעִים habere ἀλλοτρίων (cf. Field l. c. II pag. 87), nec tamen, quamquam P eiusmodi coniecturae favet, istam vocem Hebraicam et loco nostro Siracidae pro ἀλλοτρίων lectam esse opinor, ita ut termino ἀλλοτρίων hic hominum impiorum notio insit. Non elucet, quomodo loco isto Psalmorum רְשָׁעִים ita verti potuerit, et J. Fr. Fischer, qui in sua „Clavi reliquiarum versionum Graecarum Veteris Testamenti“ (Lipsiae 1758, pag. 21) locum istum allegat, ipse fatetur deesse talem vocis ἀλλότριος notionem in omnibus fere lexicis. Neque ἀλλότριοι Eccli. 45, 18 designat homines scelestos, ut quidam arbitrati sunt, sed significat alienigenas, id quod ibi testatur P: ܠܥܡܡܐ; [cf. et quomodo Num. 17, 5 (al. 16, 40) terminus iste explicetur]. Neve nefarii notionem voci ἀλλότριος assignaveris ex Eccli. 32 (al. 35), 18, quamquam terminus ille ibi cum adiectivo ὑπερήφανος coniunctus occurrit; cum enim ibi P pro ἀλλότριος habeat ܡܠܦܢܐ (= „eruditus“ = נוֹסָר), G ibi זָר (= ἀλλότριος), sed male ita pro זֵד (= „arrogans“) legisse suspicor. Eadem confusio et hoc loco nostro Ecclesiastici (21, 25) subesse mihi videtur, id quod tibi probent haecce:

ἀλλοτρίων = זָרִים; rectius vero P ܙܕ = זֵד. V. L. (*g*) „imprudentium“ = חַסְרֵי־לֵב (Est hic lectum לֵב pro particula בְּ, ἐν, quae in G pronomini τούτοις praefigitur atque etiam in P (ܒܗܠܝܢ) occurrit). — Praeplacet mihi inter varias commatis nostri formas textus *g*.

26. καρδία δὲ σοφῶν στόμα αὐτῶν. V. L. „et in corde sapientium etc.“ = ἐν δὲ καρδίᾳ σοφῶν (cod. 248 et Arm.); sed ita aperte e correctura legitur.

28. ὁ ψιθυρίζων. V. L. „susurro“ (sed genuine fortasse „susurrio“ = codd. α, γ, Parisinus 9380, Divodurensis 7, Spec.[1] 136, 17; Spec.[2] 520, 5); cf. cod. 248 ὁ ψιθυρός.

28. καὶ ἐν παροικήσει μισηθήσεται.

V. L. „et in omnibus odietur, et qui cum eo manserit, odiosus erit".

„cum eo" principio in V. L. defuisse docent codd. α, γ, ϑ, κ[1], Parisinus 9380, Divodurensis 7, Spec.[1] 136, 18. Pro οὗ ἐὰν παροικήσει (vel παροικήσῃ), quod pro ἐν παροικήσει exhibent S.H., Arm. multaque manuscripta Graeca, ab interprete Latino male lectum est ὃς ἐὰν παροικ.

XXII.

1. Λίϑῳ ἠρδαλωμένῳ συνεβλήϑη ὀκνηρός.

V. L. „In lapide luteo lapidatus est piger"; cf. cod. א[2] ἐλιϑοβολήϑη; codd. 23, 253 ἐβλήϑη.

Perperam istam diversitatem quispiam Hebraicae varietati attribuerit, ita ut pro (כָּ) דמה (συνεβλήϑη = „assimilatus est") alius legerit formam radicis רמה. Neque enim βάλλειν τινὰ λίϑῳ Hebraice dicitur רָמָה פ' בְּאֶבֶן, sed רָמָה אֶבֶן עַל־פ'. Quare hic lectionem Veteris Latinae correcturam vel textus diversitatem mere Graecam iudices. — Statuas idem de termino „lapidatus est" (codd. א[2], 23, 253 ἐβλήϑη) in versu sequenti, ubi G item habet συνεβλήϑη.

ἐκσυριεῖ. V. L. „loquentur", quae lectio qua ratione enata sit nescio. G formam verbi שָׁרַק sequitur (cf. Job 27, 23 וְיִשְׁרֹק, Symm. καὶ ἐκσυριεῖ). P ܘܢܫܪܘܩ ܟܠ ܓܒܪ ܕܡܟܘܢ = „et quivis homo ab odore eius fugit" (ערק; cf. Job 30, 3 הָעֹרְקִים, LXX οἱ φεύγοντες).

ἐπὶ τῇ ἀτιμίᾳ αὐτοῦ. V. L. „super aspernationem illius". ἀτιμία = בּוּשָׁה. *g* (V. L.) „aspernatio"*) et P ܒܘܫܐ substantivum radicis בּוּשׁ reddere videntur. (Ad *g* cf. Exod. 5, 21: הִבְאַשְׁתֶּם אֶת־רֵיחֵנוּ, LXX ἐβδελύξατε τὴν ὀσμὴν ἡμῶν; ad P compara substantivum בְּאֹשׁ = „foetor" Am. 4, 10; Joel 2, 20).

4. εἰς λύπην γεννήσαντος. V. L. „in contumeliam (εἰς λύμην?) fit genitoris".

5. καὶ ὑπὸ ἀμφοτέρων ἀτιμασθήσεται (sic etiam P = ܘܡܢ ܬܪܝܗܘܢ ܢܬܒܙܐ).

V. L. duplici lectione ita sonat:

„et ab impiis non minorabitur (= וּמִשְּׁנֵיאִם לֹא תִצְעָר),

ab utrisque autem inhonorabitur" (= ומשניהם היא תצער).

*) Cf. Tertull. (adv. Gnosticos Scorpiace, 2 Migne L. 2, 128), qui allegans Deutn. 27, 15 „aspernamentum" dicit pro βδέλυγμα LXX.

6. μάστιγες + δὲ Lat.², S.H., Sah., Arm., codd. ℵ, A, C, 55, 106, 155, 157, 248, 253, 296.

Pro σοφίας cum V. L., Lat.², Arm. legas σοφία; cf. enim antithesin ἄκαιρος διήγησις et P 6: ܘܡܘܣܪܐ ܘܡܠܦܢܘܬܐ ܟܠ ܙܒܢ ܣܟܠܬܐ ܐܝܬ = „et disciplina et eruditio omni tempore sapientia sunt“. Videtur etiam Aeth. legisse σοφία, cum sic vertat: „flagellum et disciplina ubique sapientiâ imbuunt“. Habet denique lectionem σοφία etiam cod. ℵ¹.

7. συγκολλῶν ὄστρακον ὁ διδάσκων μωρόν,
ἐξεγείρων καθεύδοντα ἐκ βαθέως ὕπνου.

8. διηγούμενος νυστάζοντι ὁ διηγούμενος μωρῷ,
καὶ ἐπὶ συντελείᾳ ἐρεῖ· τί ἐστιν;

V. L. „Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam;
qui narrat verbum non audienti (rectius „non attendenti“ codd. γ et septem Lucae Brugensis; Spec.¹ 137, 2; Rab.),
quasi qui excitat dormientem de gravi somno.
Cum dormiente loquitur, qui enarrat stulto sapientiam,
et in fine narrationis dicit: Quis est hic?“

Verba „cum dormiente loquitur“ omittas ac sequentia sic legas: „qui enumerat stulto et in fine dicit“*). Hoc nos admonent codd. α, γ, τ, Spec.¹ 137, 2 aliique testes (vide Luc. Brug. pag. 250).

Latinus translator textum Graecum continuo scriptum male interpunxit atque ordinem commatum sic immutavit:

„Qui docet fatuum (= 7aβ), quasi qui conglutinat testam (= 7aα),
qui narrat verbum non attendenti (pro 8aα), quasi qui excitat dormientem de gravi somno (= 7b),
qui enumerat stulto (= 8aβ), et in fine dicit: Quis est hic (= 8b)?“

Τίς ἐστιν male etiam S.H., codd. 253 et 296 habent.

11. ἐξέλιπε². V. L. „deficit“; sed codd. γ, τ, Divodurensis 7, Spec.¹ 137, 5 „defecit“.

ἤδιον. V. L. „modicum“. Utrum V. L. ita legit varietate mere Graeca (ἧσσον pro ἤδιον), an etiam Hebraica (הַמְעַט בְּכִי pro הַנְעֵם בְּכִי)? Pro hac sententia pugnare videtur P ܠܐ ܣܓܝ „non est, cur deplores“ (sc. mortuum quiescentem).

---

*) Quinque manuscripta Lucae Brugensis (pag. 250) habent „dicet“.

τοῦ δὲ μωροῦ ὑπὲρ θάνατον ἡ ζωὴ πονηρά.

V. L. „nequissimi enim*) nequissima vita super mortem fatui.“

Admonemur versione P حيقم اهم حسن مع هدها ستا حمقا (= „peior enim est morte vita mala“), ut verba Veteris Latinae legamus omissa voce „fatui“ (= μωροῦ). Quae ex G desumpta atque pro πονηροῦ (*g*) in margine adnotata postmodum incommodo loco in textum intrasse videtur.

13. ἐν τῷ ἐντιναγμῷ αὐτοῦ. V. L. „peccato illius“; sed codd. θ, τ, Parisinus 9380, Brev. 514 „in peccato illius“. — In Lat² pro „in excusatione illius“ scribo „in excussatione illius“ (ἐν τῷ ἐντιναγμῷ αὐτοῦ); minus apte Douais „in excussione illius“. Occurrit verbum „excussandi“ apud Tertullianum, de virginibus velandis cap. 7.

16. ἱμάντωσις ξυλίνη ἐνδεδεμένη εἰς οἰκοδομὴν ἐν συσσεισμῷ.

V. L. „Loramentum ligneum colligatum in fundamento aedificii“.

Cum V. L. aliquam similitudinem habet textus 16a P: اهو حزمة خشب ملصق اضعف حائط وقد = „quasi loramentum ligneum illigatum parietibus angulorum domus“.

Cum V. L. omittat ἐν συσσεισμῷ (deest etiam in P) et absque G addat „in fundamento“, *g* pro בְּמַעַר legisse בְּיסוֹד suspicio mihi incidit.

οὕτως καρδία ἐστηριγμένη ἐπὶ διανοήματος βουλῆς ἐν καιρῷ οὐ δειλιάσει.

V. L. „Sic et cor confirmatum in cogitatione consilii; cogitatus sensati in omni tempore (addas „vel“ cum codd. α, γ, θ, Parisino 9380, Divodurensi 7) metu non depravabitur“ (γ „pravabitur“).

V. L. hemistichium 16b duplici lectione exhibet (*g* et G); quae e G hic absunt (ἐν καιρῷ οὐ δειλιάσει)**), infra in v. (23 V. L.) textui immiscentur. Cum (v. 20 V. L.) componas colon 16b codicis 248: ἐν παντὶ***) καιρῷ φόβῳ οὐ δειλιάσει (a radice זוע; cf. P ولا يتزعزع = „neque ullus timor ipsum sc. cor prudens concutiet“). V. L. „metu non pravabitur“ (a radice עוה).

---

*) γὰρ habent etiam S.H., codd. 23, 248, 253.

**) Similis seiunctio verborum occurrit in Sah., Boh., papyro Achmimico, Arm., Aeth., ubi verba ἐν καιρῷ οὐ δειλιάσει falso ad versum sequentem (17) attrahuntur.

***) παντί ibi habent etiam codd. 70 et 106.

Versus 17 Sixtinae in V. L. desideratur; nam quae codd. ϑ, Parisinus 9380, Divodurensis 7 aliaque praesertim tertii decimi saeculi manuscripta Latina (cf. Douais l. c. pag. 24 not. 1) post v. 16 (= 20 V. L.), quaedam teste Luca Brugensi post (v. 22 V. L.) inserunt: „sicut ornatus arenosus in pariete limpido", optimorum codicum Latinorum auctoritate carent. Idem dic de commate „et cor confirmatum in cogitationibus sensus non turbabitur" (cf. 17a), quod paulo inferius in quibusdam manuscriptis additur (vide Luc. Brug. pag. 253 et cod. Divodur. 7 apud Douais pag. 23).

Estne „cor contritum", quod Lat.[2] pro καρδία ἡδρασμένη (v. 17) habet, Latine correctum ex „cor constitutum?"

18. Χάρακες ἐπὶ μετεώρου κείμενοι κατέναντι ἀνέμου οὐ μὴ ὑπομείνωσιν,
οὕτως καρδία δειλὴ ἐπὶ διανοήματος μωροῦ κατέναντι παντὸς φόβου οὐ μὴ ὑπομείνῃ.

V. L. „Sicut pali in excelsis et caementa sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt,
sic et cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet;
sicut*) cor trepidum in cogitatione fatui omni tempore non metuet,
sic et qui in praeceptis Dei permanet semper".

Verba „caementa sine impensa" (בְּלִי־חֹמֶר)**) aliam lectionem continent pro χάλικες [Arm., codd. A, C, 55, 70, (106), 157, 254, 296 etc.] ἐπὶ μετεώρου (= עַל־רָמָה). — χάλικες (= „caementa") nec vero χάρακες (= „pali") legendum esse ex P coniectura assequor: ܘܢܚܐ ܠܐ ܡܩܘܡ ܠܚܫܐ ܕܥܠ ܐܒܢ = „fasciculus parvus (positus) super lapidem excelsum". Hinc enim efficitur G in Hebraico צְרֹרוֹת (= lapilli, caementa,***) χάλικες) legisse, cui voci P inepte hic sensum usitatiorem fasciculi attribuerit. — Inter varias textus nostri formas *g* „caementa sine impensa etc." ceteris praeferendam esse contextus (18b) sat edocet.

---

*) rectius „sic et" codd. α, ϑ, τ, Parisinus 9380.

**) Cf. Gen. 11, 3. Ad substantivum „impensae" notione rariore mortarium (nostra lingua „Mörtel") designans videas, quae egregie doceat Seeck, Archiv IV pag. 421.

***) Cf. 2 Sam. 17, 13 (LXX). H. Stephanus, Thesaurus Graecae linguae, Parisiis 1831—65, tom. VIII pag. 1255: „χάλιξ vero dicitur etiam μικρὸν λιθίδιον, teste Suida, ut Hesychio quoque χάλικες sunt οἱ εἰς τὰς οἰκοδομὰς μικροὶ λίθοι, lapides minuti, quibus ad structuras aedium utuntur, ut sunt silices et caementa".

Colon versus 23 Veteris Latinae „omni tempore non metuet“ (= ἐν παντὶ καιρῷ οὐ δειλιάσει) e G 16 huc insertum esse supra iam admonuimus. Iteratam lectionem „sicut cor trepidum in cogitatione fatui“ omittit codex collegii Atrebatensis, quem Luc. Brug. (pagg. 253 sq.) vocat sericatum, quod manuscriptum deinde sic pergit: „et in omni tempore non metuet, qui in praeceptis Dei permanet semper“.

21. ἐὰν καὶ σπάσῃς V. L., S.H., Arm., codd. 23, 253.

22. Pro ἀνοίξῃς (στόμα) Latinus interpres male legit ἀνοίξῃ (στόμα), cum codd. γ, Parisinus 9380, Divodurensis 7, Spec.[1] 137, 11 habeant „aperuerit“.

23. μετὰ τοῦ πλησίον, V. L. „cum amico“; sed codd. α, γ, ϑ, τ „cum proximo“.

Pro ὁμοῦ πλησθῇς scribe εὐφρανθῇς cum V. L., S.H., Sah., fragmento Achmimico, Arm., Aeth., codd. ℵ, A, 23, 55, 106, 157, 248, 253, 254, 296, (155).

25. φίλον σκεπάσαι οὐκ αἰσχυνθήσομαι. V. L. „amicum salutare [= ἀσπάσαι?*)] non confundar“; quae lectio quadam ratione etiam a P commendatur, ubi sic libere legitur: لا تخجل من صديقك = „si pauper factus est amicus tuus, ne afficias illum pudore“.

25 (= 31 V. L.) + „et“ ante „a facie“ codd. γ, ϑ, τ; cf. Graecum.

27. Omitte μοι cum V. L., codd. ℵ, A, 55, 106, 155, 157, 296, 308.

ἵνα μὴ πέσω ἀπ' αὐτῆς. V. L. „ut non (α, γ, ϑ, Spec.[1] 137, 16 „uti ne“) cadam ab ipsis“ = ἀπ' αὐτῶν, quod de labiis intelligas. — ἀπ' αὐτῆς = ἀπὸ τῆς γλώσσης; cf. 28, 26. Vide etiam, quae de usu pronominis αὐτός ad 17, 13 commemoravi.

XXIII.

2. ἵνα ἐπὶ τοῖς ἀγνοήμασί μου μὴ φείσωνταί.

V. L. „ut ignorationibus eorum (sc. τοῦ διανοήματος καὶ τῆς καρδίας) non parcant mihi“.

Locum 2 bβ (καὶ οὐ μὴ παρῇ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν, sc. τοῦ

*) De verbi ἀσπάζειν genere activo rarissimo cf. Stephanum I[2] pag. 2204. An habuit *g* ἀσπάσασθαι varietate textus in Hebraico enata?

διανοήματος καὶ τῆς καρδίας), cuius integritas merito in dubium venit enarratoribus libri nostri, sic sanandum propono:

καὶ οὐ μὴ παριῆται τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν.

Facile syllaba TAI sequente articulo TA praetermitti ac ΠΑΡΙΗ in ΠΑΡΗΙ transformari poterat. Suadent istam correcturam:

a) S.H. ܘܠܐ ܢܥܕܝ ܚܛܗܬܗܘܢ.

b) Arm. և ոչ թողլ տուհալ լինիցին մեղք նոցա.

c) Origenes, hom. 2 in Ps. 38 (39) § 7 (Migne Gr. 12, 1406): „ut ignorationibus meis, quas feci, non parcatur, et peccata mea non praetereantur".

3. ἔναντι τῶν ὑπεναντίων, V. L. „in conspectu adversariorum meorum"; deest vero „meorum" in codd. α, γ, τ, Spec[1] 137, 22.

4a. V. L. + „ne derelinquas me in cogitatu illorum". Similiter P post 4a inserit ܘܠܐ ܬܫܒܩܢܝ ܒܛܥܘܬ ܗܘ = „ne prosternas me errore illorum". Cf. v. 1 μὴ ἐγκαταλίπῃς με ἐν βουλῇ αὐτῶν; quae verba P in v. 1 missa facit, unde enascitur mihi suspicio ista locum suum rectum tenere nonnisi hemistichium 4a secuta, e versu 1 vero ipsa esse demenda. Suffragantur nostrae opinioni:

a) terminus βουλῇ αὐτῶν, cum αὐτῶν commodius ad ὑπεναντίους atque ἐχθρούς (v. 3) referatur, quam ad στόμα, χείλη, γλῶσσαν versus 27 capitis 22. — Quapropter e. g. Drusius textum Graecum vulgarem explanans opinatur αὐτῶν in 23, 1 respicere ad ὑπεναντίους infra (in v. 3) commemorandos, vel ad eos, qui lingua sua falsum iurent vel Dei nomen blasphement.

b) parallelismus membrorum, qui approbatâ sententiâ nostrâ et commate 4b textus Sixtini ad versum 5 adiuncto optime restituitur.

7. ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ. V. L. „labiis"; sed „in (γ, ϑ, τ) labiis + suis" (α, γ, Spec.[1] 138, 6). — Verba ista in Sixtina ad versum 8 seiungi debent (= ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ καταλ. ἁμαρτωλός), ita ut quae codd. 157 et 248 verbo καταλ. adnectunt (ἐν τῇ ἀφροσύνῃ αὐτοῦ) seriora complementa esse videantur. — Distinctio stichorum a nobis proposita commendatur a textu Armeniaco ac praesertim a P; nam in hac versione post ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ (ܒܡܠܬܗ = „sermone suo") inseritur particula ܓܝܪ (= „enim"). Falso ergo in editionibus τῶν LXX post ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ interpungi solet. In Sah. et Boh. inepte verbum καταλ. ad v. 7 assumitur. S.H. male ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ et in fine versus 7 et in initio versus 8 (bis ergo) legit.

8. Pro καταλειφθήσεται scribas καταληφθήσεται = V. L., Sah., Boh., Arm., cod. 157. Cf. et P ܢܬܬܟܚ.

9. καὶ ὀνομασίᾳ τοῦ ἁγίου μὴ συνεθισθῇς.

V. L. „Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, et nominibus sanctorum non admiscearis".

Ad priorem Veteris Latinae partem comparare velim P 9b:

ܐܠ ܬܗܘ ܝܬܒ ܒܝܢ ܕܝܢܐ

= „neve sis sedens inter iudices" =

וְאַל־תְּהִי יֹשֵׁב בֵּין שֹׁפְטִים׃

„Nominatio Dei non sit assidua in ore tuo" =

שֵׁם יהוה אַל־יִשְׁכֹּן(*) בְּשָׂפָתֶיךָ׃

11. ἐπαγωγῶν V. L. et cod. 248 numero singulari afferunt.

12. ἔστι λέξις ἀντιπεριβεβλημένη**) θανάτῳ. V. L. „est et alia loquela contraria morti"; legit ἀντιπαραβεβλημένη (= „quae comparatur cum morte" i. e. ipsi est aequalis), sed male transtulit. „alia" deest in G, occurrit vero apud P: ܐܘ ܐܠ ܐܚܪܝܢ ܕܡܫܬܘܐ ܠܗ = „et si quid est aliud huic simile". Sequitur hinc praeterea

a) veram lectionem esse ἀντιπαραβεβλημένη θανάτῳ (= S.H., Arm., codd. 70, 253).

b) colon 12aα sensu conditionali vel concessivo vigere.

ἐγκυλισθήσονται. V. L. „volutabuntur"; scribas „volutabunt" (= codd. α, γ, ϑ, τ). Occurrit activum „volutare" sensu mediali apud Publium Vegetium, de arte veterinaria 1, 47: „iumentum inveneris volutare"; vide et Vergilii Aen. 3, 607 sq. „genibus volutans haerebat".

13. ἀπαιδευσίαν ἀσυρῆ. V. L. „indisciplinatae loquelae"; pro quibus codd. α, τ et manuscripta C, L Speculi² 522, 6 habent tantum „indisciplinose"***), quam lectionem esse sinceram interpretis nostri vel inde apparet, quod adverbium „indisciplinose" nonnisi in libro nostro occurrit, ut fidem facere videtur Rönsch: Itala und Vulgata, ed. 2 pag. 230. Etiam P omittit ἀσυρῆ: ܐܠ ܬܫܬܘܐ ܠܐ ܠܟ ܦܡܟ = „neve stultitiam doceas os tuum".

Pro συνεθίσῃς V. L. legit συνεθίσῃ (= codd. 70, 253).

---

*) „Habitare in aliqua re" dicitur Hebraice etiam pro „familiarem esse cum aliqua re"; cf. Prov. 8, 12: אֲנִי חָכְמָה שָׁכַנְתִּי עָרְמָה = „ego sapientia habito in prudentia, quasi familiaritate cum ipsa utor, peculiaris mihi est": cf. سَكَنٌ = „familiaris, amicus".

**) = „circumsepta undique morte", ut vulgo explicatur.

***) Cod. γ et manuscripta S, M¹ Speculi² 522, 6 tantum „indisciplinosae", quod est mendum librariorum.

14. μή ποτ' ἐπιλάθῃ. V. L. „ne forte obliviscatur te Deus"; vocem ultimam V. L. antiquitus non agnovisse testantur γ et τ. Lectioni G μή ποτ' ἐπιλάθῃ (תִּשְׁכַּח) praefero textum P ܠܐ ܢܬܠ = „ne offendas", (תכשל); cf. Perles, Revue des Études juives XXXV pag. 59.

καὶ τῷ ἐθισμῷ σου μωρανθῇς. V. L. „et assiduitate tua infatuatus improperium patiaris". Nonne tibi duae lectiones hic in V. L. consociatae esse videntur, cum P pro verbis e G allegatis habeat ܘܬܫܡܥ ܠܪܓܓ (= „neve in disciplina tua contumelia afficiaris")?

V. L. legit μὴ καταράσῃ (sic enim γ et τ) = Ald. et codd. B^1, 68 (manuque recentiore) 253.

16. ἐπάξει, V. L. „adducit"; sed τ et cod. S Speculi[1] 138, 25: „adducet".

ἕως ἂν καταποθῇ; male V. L. „donec aliquid glutiat" (= ἕως ἂν καταπίῃ τι cod. $\aleph^2$).

ἄνθρωπος (S.H., cod. 253 καὶ ἄνθρωπος) πόρνος ἐν σώματι σαρκὸς αὐτοῦ. Vitiose V. L. „et homo nequam (πονηρός) in ore (ἐν στόματι!) carnis suae".

17. οὐ μὴ κοπάσῃ ἕως ἂν τελευτήσῃ.

18. ἄνθρωπος παραβαίνων ἀπὸ τῆς κλίνης αὐτοῦ κτλ.

V. L. „non fatigabitur transgrediens usque ad finem.
Omnis homo, qui transgreditur lectum suum etc."

Pro quibus cod. τ, quod manuscriptum est optimae notae, prima manu habet solum „non cessabit transgrediens a lecto suo". Cod. γ: „non cessabit transgrediens a lecto suo. Omnis homo, qui transgreditur lectum suum". Rabanus Maurus: „non cessabit transgrediens, donec moriatur a lecto suo. Omnis homo, qui transgreditur lectum suum". Genuina interpretis nostri lectio primae manus codicis τ esse mihi videtur, ita ut postmodum ab aliis hic quaedam in V. L. suppleta sint. 'Translatorem Latinum praetermissa una linea (ἕως ἂν τελευτήσῃ. ἄνθρωπος) tantum haec legisse suspicor: οὐ μὴ κοπάσῃ παραβαίνων ἀπὸ τῆς κλίνης αὐτοῦ κτλ.

19 (= 28 V. L.). „sunt" (∧ in Graeco) ignoratur a codicibus α (primaque manu) τ; item a Spec.[1] 139, 10 sq.

20. οὕτως καὶ μετὰ τὸ συντελεσθῆναι. V. L. et codd. 70, 248 addunt καθορᾷ τὰ πάντα. P adicit ܗܘ ܕܕܝܢ ܠܗ = „ipse iudicat eum" sc. mundum.

23. V. L. καὶ (S.H., Arm., codd. ℵ, A, 106, 155 etc. habent καὶ) ἐξ ἄλλου (sic et S.H., codd. 23, 248, 253) ἀνδρὸς τέκνα

παρέστησεν. — Sed admonet P, ut omittamus καὶ ac retineamus ἀλλοτρίου.

25. εἰς, quod ante ῥίζαν V. L. aliique interpretes (sic etiam cod. 248) missum faciunt, est germana interpretis G lectio. — Adopto Fritzschii coniecturam translatorem Graecum non intellexisse hic לְ ante שֹׁרֶשׁ esse notam accusativi (cf. Gesenius: Hebr. Gramm. ed. 26 pag. 359 n.).

26. καταλείψει, V. L. „derelinquet"; sed α, γ, ϑ „derelinquent" (mendose τ „delinquent"). P passive: „relinquetur in exsecrationem memoria illius".

(37. V. L.) ∧ „est" codd. α, ϑ, τ; ∧ etiam in G.

27. V. L. + „Gloria magna est sequi Dominum; longitudo enim*) dierum assumetur ab eo" (emendes in „assumi te ab eo").

Cf. codd. 70, 248, qui hic addunt:

δόξα μεγάλη ἀκολουθεῖν Θεῷ,
μακρότης δὲ ἡμερῶν τὸ προσληφθῆναί σε ὑπ' αὐτοῦ.

XXIV.

1. καὶ ἐν μέσῳ λαοῦ αὐτῆς καυχήσεται.

V. L. „et in Deo honorabitur,
et in medio populi sui gloriabitur".

In V. L. male hic perfringitur parallelismus membrorum, sed si huc P 1b comparaveris (ܒܐܠܗܐ ܢܫܒܚ ܒܓܘ ܥܡܗ = „et in medio populi Dei honorabitur"), facile perspicies comma 1b in V. L. duplici forma occurrere ac posteriorem partem, cum e G desumpta sit, hinc auferendam esse. Cui opinioni accrescit probabilitas vel e verbis paulo inferius in (3 V. L.) absque G occurrentibus: „et in medio populi sui**) exaltabitur", quae aliqua ratione cum 1b G conveniunt. — Cum igitur formam hemistichiorum 1b G, 1b *g*, 1b P, (3a V. L.) animo complectar, non temeraria mihi videtur coniectura V. L. textum Hebraicum ampliorem hic sequi nec vero cum Lesètre versus (3 et 4 V. L.)***) pro spuriis additamentis

---

*) De particula „enim" vide ad 1, 20b (pag. 51).

**) ∧ „sui" in codd. α, ϑ, τ, Miss. 164, Brev. 1283.

***) = „et in medio populi (sui) exaltabitur,
et in plenitudine sancta admirabitur,
et in multitudine electorum habebit laudem,
et inter benedictos benedicetur dicens:"

habendos esse. Errat igitur idem, ut ex verbis meis efficitur, cum versum (3 V. L.) esse glossema versum (2 V. L.) iterans declaret. Quod si vero ille de versu (4 V. L.) hanc sententiam fert: „electorum, benedictorum", expressions étrangères à l'Ancien Testament, pour désigner les habitants du ciel. Ce sont des locutions évangéliques dont la présence trahit la date de l'insertion du verset dans notre livre", — ipsum revoco

a) ad (v. 13 V. L.) „et in electis meis", ubi terminum proxime subsequentem „mitte radices" Hebraica auctoritate non carere mox infra probabile reddemus.

b) ad Eccli. 46, 1: ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, quod et alibi est nomen filiorum Israel; cf. 1 chron. 16, 13.

c) ad Sap. 4, 15: ὅτι χάρις καὶ ἔλεος ἐν τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ καὶ ἐπισκοπὴ ἐν τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ, ubi terminis, quos literis latius dispositis reddidi, homines pii ac iusti secundum contextum denotantur.

d) ad Ps. 115, 12 (LXX 113, 20): „Dominus memor fuit nostri, benedicet; benedicet domui Israel, benedicet domui Aaron".

Lesètre denique secum reputare debebat verbis „electorum" et „benedictorum" eosdem designari, quos auctor noster paulo inferius Jacob, Israel (v. 8), Sion (v. 10), Jerusalem (v. 11) vocat.

6. ἐκτησάμην (a rad. ירש). V. L. „primatum habui"; cf. cod. $\aleph^2$ ἡγησάμην; conspirat P ܐܬܪܫܝ = „princeps constituta sum" (a rad. שׂרר).

7. μετὰ τούτων πάντων. V. L. „et in his omnibus", quae congruunt cum P ܒܗܠܝ ܟܠܗܘܢ.

καὶ ἐν κληρονομίᾳ τίνος αὐλισθήσομαι; V. L. „et in hereditate Domini morabor". Cum vero pro „Domini" codd. α, γ, ϑ, τ afferant „eius", Veterem Latinam antea habuisse „cuius" apparet, pro qua lectione dimicant et P (ܒܐܬܪ ܕܗܘ ܐܬܪ;) et contextus (cf. verbum antecedens „ἐζήτησα" et responsum subsequens „ἐν Ἰακὼβ κατασκήνωσον").

8. τότε ἐνετείλατό μοι. V. L. „tunc praecepit et dixit mihi"; sed cod. τ ignorat verba „et dixit".

καὶ εἶπέ + μοι V. L. — Idem addunt Sah., Boh., codd. 55, 254. Habet etiam P μοι.

καὶ ἐν Ἰσραὴλ κατακληρονομήϑητι [= „et in Israel heres constituaris" (a rad. ירש)].

V. L. „et in Israel hereditare,
et in electis meis mitte radices".

P ܘܬܬܪܫ ܒܝܫܪܝܠ = „et firmeris (a radice שרר) in Israel“.

Non abest mihi suspicio verba „et in electis meis mitte radices“ (a verbo שרש) etiam Hebraice adfuisse, sed aberrantia oculorum librariorum in quibusdam manuscriptis Hebraicis praetermissa esse.

9. πρὸ τοῦ αἰῶνος ἀπ' ἀρχῆς = מֵעוֹלָם מִקֶּדֶם.

V. L. „ab initio et ante saecula“; sed legamus cum α, γ, ϑ „ab initio ante saeculum“ = מִקֶּדֶם מֵעוֹלָם.

P ܡܢ ܩܕܡ ܥ = „ante saecula“ = מִקֶּדֶם עוֹלָמִים.

Pro ἔκτισέ με V. L. habet „creata sum“, quod consentit cum P ܐܬܒܪܝ.

ἕως αἰῶνος. V. L. „usque ad futurum saeculum“. Interpretem Latinum de suo addidisse „futurum“ credo, quo ille antithesin (vide ἀπ' ἀρχῆς πρὸ τοῦ αἰῶνος) premere in animo habuerit; cf. Is. 9, 5 (6): אֲבִי־עַד, Vulg. „pater futuri saeculi“.

11. ἐν πόλει ἠγαπημένῃ (sic etiam P). V. L., Arm., Aeth., cod. 248 e correctura Graeca: ἐν πόλει ἡγιασμένῃ.

με κατέπαυσε. V. L. „requievi“, quocum convenit P ܐܫܬܪܝ.

12. ἐν μερίδι Κυρίου κληρονομίας αὐτοῦ. V. L. „et in parte Dei mei hereditas illius“; qua textus forma male intercipitur nexus cogitationum, cum melius lectum esset κληρονομία μου pro κληρονομία αὐτοῦ. Ut V. L. ita et Arm. Lectio sincera Graeca est Sixtina. Videtur in Hebraico נַחֲלָתוֹ vel מוֹרָשׁוֹ appositio termini ἐν μερίδι Κυρίου fuisse, ita ut sic verti debuerit: ἐν μερίδι Κυρίου, (ἐν) τῇ κληρονομίᾳ αὐτοῦ.

13. ἐν ὄρεσιν (cf. Ps. 42, 7 חֶרְמוֹנִים*) Ἀερμών. V. L. „in monte Sion“; compara huc Deutn. 4, 48: שִׂיאֹן הוּא חֶרְמוֹן (LXX Σηών; cave confundas cum Σιών צִיּוֹן). P loco nostro Ecclesiastici ܒܠܒܢܘܢ ܘܫܠܓ ܚܫܒ = „in Senir, monte nivis“; cf. Deutn. 3, 9: צִידֹנִים יִקְרְאוּ לְחֶרְמוֹן שִׂרְיֹן וְהָאֱמֹרִי יִקְרְאוּ־לוֹ שְׂנִיר.

14. ἐν αἰγιαλοῖς. V. L. „in Cades“, e vitio Graeco, quod interpres Latinus deprehendit pro ἐν Ἐγγαδί vel ἐν Ἐγγάδοις (= SH., Arm., codd. 296, 308 primaque manu 253);**) cf. P

---

*) Cf. Fr. Delitzsch: Biblischer Commentar über die Psalmen ed. 4, Lipsiae 1883, pagg. 347 sq.: „Hermonim ist nach Dietrich, Abhandlungen zur hebräischen Grammatik [Lipsiae 1846] S. 18 amplifikativer Plural: der Hermon als alle niederen Höhenzüge mächtig überragender Kegel. John Wilson, Lands of the Bible [Edinburgi 1847] 2, 161 bezieht den Plural auf die zwei Gipfel. Aber der Plural dient dazu, den ganzen südöstlich auslaufenden Rücken des Antilibanos zu bezeichnen“.

**) cod. א² ἐν Ἐγγάδδοις.

ܒܟ ܒܟ. Est genuina haec lectio (ΕΝ ΕΓΓΑΔΟΙC), e qua facile corruptione vel emendatione ΕΝ ΑΙΓΙΑΛΟΙC enasci poterat.

καὶ ἀνυψώθην ὡς πλάτανος.

V. L. „et quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis".

Cf. cod. 248: καὶ ὡς πλάτανος ἀνυψώθην ἀφ' (rectius codd. 70, 157 ἐφ') ὕδατος; etiam P addit ܒܟ ܡܝ, quod bene in textum recipitur, quoniam et in praeviis ad arbores locus nominatur. עַל־מַיִם post עַרְמוֹן (= πλάτανος) facile excidere potuisse in promptu est. — Quod deinde V. L. absque reliquis testibus adicit: „in plateis", infectum esse videtur mendo quodam Graeco, quo ἐν πλατείαις lectum sit pro ἐν πλάτει (h. e. „exaltata sum, ἀνυψώθην in latitudine" i. e. late extendens ramos meos). Constituitur ergo termino ἐν πλάτει antithesis vocis εὐπρεπής, quam in 14a legimus. — Optime quadrat in coniecturam a nobis modo propositam vox Graeca πλάτανος, quae etymologiâ arborem ramos longe diffundentem designat (sanscrit. „prath, prathê" = „extendo").

15. καὶ ἀσπάλαθος ἀρωμάτων. V. L. „et balsamum aromatizans"; sed „balsamum" (quod in V. L. paulo inferius genuine citatur) loco nostro exstat correcturâ Latinâ pro „aspalathum", ut habent Brev. 1283 et Rab. (α, γ „aspaltum"; τ mendose „asphaltum", quod est genus bituminis; Miss. 164 „affaltum").

V. L. ante ὡς χαλβάνη inserit „et quasi storax" = וּכְלִבְנָה; cf. Gen. 30, 37 M.T. מַקַּל לִבְנָה, LXX ῥάβδον στυρακίνην. — P loco nostro Ecclesiastici ante ὡς χαλβάνη absque G addit ܐܘ ܠܒܢܬܐ = „et quasi tus" = וְכִלְבְּנָה.

∧ δέδωκα ὀσμήν S.H., codd. 23, 248, 253; abest etiam a P.

καὶ ὡς λιβάνου ἀτμὶς ἐν σκηνῇ.

V. L. „et quasi libanus non incisus (= ὡς λίβανος ἄτομος)
vaporavi habitationem meam,
et quasi balsamum non mistum odor meus".

καὶ ὡς λίβανος ἄτομος ἐν σκηνῇ (G)*) = וְכִלְבְּנָה טוֹבָה בְּמִשְׁכָּנִי,
„et quasi balsamum non mistum odor meus" (*g*) = וּכְבֹשֶׂם טוֹב רֵיחִי,
P ܘܐܝ ܣܡܐ ܛܒ ܐܬܕܟ ܒܡܫܟܢܝ = „et quasi oleum bonum dedi odorem meum" = וּכְשֶׁמֶן טוֹב רֵיחִי.

Ex hoc conspectu sequitur:

a) auferenda esse e V. L. verba „et quasi libanus non incisus vaporavi habitationem meam"; quae sunt e G.

b) *g* et P ampliorem textum Hebraicum sequi ideoque minus

*) sc. ἁγίᾳ; male V. L. („vaporavi) habitationem meam".

quam G a genuina auctoris Hebraici oratione discedere videri. Neque *g* neque P in 15bβ agnoscunt verba ὡς λίβανος (= כַּלְבֹנָה), sed videas (supra), quid uterque testis in 15bα ante ὡς χαλβάνη absque G addat. Poterat וְכַלְבֹנָה (P) [vel וּכְלְבֹנָה (*g*)] in manuscripto quodam Hebraico facile omitti ante כְּחֶלְבְּנָה (ὡς χαλβάνη), ita ut postea suppletum in alium locum (cf. G 15bβ ὡς λίβανος) abierit.

c) Pro λιβάνου ἀτμίς veram lectionem esse λίβανος ἄτομος (= לְבֹנָה טוֹבָה)*), e qua facile etiam locutio λιβάνου ἀτμός (= ἀτμίς) codicum 155 et 248 enasci poterat.

16. V. L., S.H., codd. 23, 248, 253 male κλάδοι[2] omittunt.

17. ἐγὼ ὡς ἄμπελος βλαστήσασα χάριν. Legerunt ἐβλάστησα V. L., S.H., Sah., Arm., Aeth. cum maiore parte manuscriptorum Graecorum. Sed retineas lectionem Sixtinam, cui favet et P انا مثل الكرمة التي افرخت = „ego similis sum viti speciosae pulchritudinis“.

Pro χάριν V. L. et cod. 248 habent εὐωδίαν.

17. V. L. + (= 24sq. V. L.) „ego mater pulchrae dilectionis
et timoris et agnitionis et sanctae spei;
in me gratia omnis viae (falso, ut videtur, α, γ, Miss. 164,
Brev. 1283 „vitae“) et veritatis,
in me omnis spes vitae et virtutis“.

Codd. 70 et 248 hic inserunt:

ἐγὼ μήτηρ τῆς ἀγαπήσεως τῆς καλῆς (70 ἀγαθῆς) καὶ φόβου καὶ γνώσεως καὶ τῆς ὁσίας ἐλπίδος,

δίδωμι δὲ σὺν πᾶσι (70 δίδομαι οὖν πᾶσι) τοῖς τέκνοις μου ἀειγενεῖς (70 ἀειγενὴς) τοῖς λεγομένοις ὑπ᾽ αὐτοῦ.

Hemistichium posterius partim Grotium secutus sic emendandum propono:

δίδωμι δὲ σύμπασι τοῖς τέκνοις μου ἀεὶ γενέσθαι λεγομένοις ὑπ᾽ αὐτοῦ (= ὑπὸ Θεοῦ).

---

*) λίβανος ἄτομος (= „tus non incisum“, sed indivisum atque integrum) primas tenet secundum Dioscoridem (de materia medica 1, 82): „πρωτεύει ὁ ἄρρην (sc. λίβανος) καλούμενος σταγονίας, στρογγύλος φυσικῶς· ἐστὶ δὲ ὁ τοιοῦτος ἄτομος λευκός τε, καὶ θλασθεὶς ἔνδοθεν λιπαρὸς ἐπιθυμιαθείς τε ταχέως ἐκκαιόμενος“. Dicitur λίβανος ἄτομος, qui secari non solet, sed talis relinquitur, qualis ex arbore manavit, unde et σταγονίας nominatur. Dicitur autem ἄτομον hoc tus i. e. a ferro intactum ad differentiam Indici, quod cum rotundum sua natura non sit ut illud: „κατὰ τὴν ἐπιτήδευσιν στρογγύλον γίνεται“· nam „τέμνοντες αὐτὸ εἰς τετράγωνα σχήματα καὶ βάλλοντες εἰς κεράμεια κυλίουσιν, ἕως ἂν ἀπολάβοι τὸ στρογγύλον σχῆμα.

Grotii emendatione ἐκλεγομένοις opus non est, cum ut Hebraicum קרא ita etiam Graecum λέγειν nonnunquam eligendi notionem contineat.

20. ὑπὲρ μέλιτος κηροῦ. V. L. „super mel et favum“ (cf. cod. A ὑπὲρ μέλιτος καὶ κηρίου), quae lectio in Graeco secundum LXX Ps. 18, 11 (ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον) est transformata. Adversatur ei praesertim P, ubi hic tantum una res (ܕܒܫܐ = „favus“) designatur, quacum hereditas sapientiae comparatur. Sed recte admonet V. L. lectionem κηρίου (= „favi“) Sixtinae κηροῦ (= „cerae“) praeferendam esse. Docent idem etiam versio S.H., maiorque pars codicum Graecorum. Cumque omnia manuscripta Graeca lectionem μέλιτος tueantur, scribi debet ὑπὲρ μέλιτος κηρίον (= codd. 106, 296; Arm.?); ὑπὲρ enim sensu comparativo vigens nonnisi cum casu accusativo connecti solet.

23. Ταῦτα πάντα βίβλος διαθήκης Θεοῦ ὑψίστου,
νόμον ὃν ἐνετείλατο Μωυσῆς, κληρονομίαν συναγωγαῖς Ἰακώβ.

V. L. „Haec omnia liber vitae et testamentum Altissimi et agnitio veritatis.
Legem mandavit Moyses in praeceptis iustitiarum et hereditatem domui Iacob et Israel promissiones.
Posuit David puero suo excitare regem ex ipso fortissimum et in throno honoris sedentem in sempiternum“.

Forsitan interpres Latinus textum suum Graecum continuo scriptum male interpunxit, cum, ut opinor, verba sic seiungere deberet:

„. . . . . hereditatem domui Iacob et Israel. Promissiones posuit David puero suo excitare etc.“

Vox „posuit“ (cf. ἔστησεν in 44, 21 et 22; 45, 24) verbis, quae hic V. L. absque reliquis libri nostri testibus addita habet, Hebraicam originem vindicare videtur (cf. קָיַם*) et Chaldaeorum קְיֵם). — Ad coniunctionem nominum („domui) Iacob et Israel“, quae coniecturâ nostrâ efficitur, compara Is. 44, 1 et 21. — Pro νόμον ὃν V. L. vitiose tantummodo νόμον legit. Etiam lectio νόμος ὃν (S.H., codd. 70, 248, 253) reprobari debet. De attractione casus (νόμον), quae hic genuine exstat, consule Winer, Grammatik des neutest. Sprachidioms, ed. 7 § 24, 2a. — Post verbum ἐνετείλατο adiciunt ἡμῖν S.H., Arm., Sah., pars quaedam

*) Cf. huc Ps. 119 (118), 106 אֲקַיְּמָה.

manuscriptorum Aeth., codd. ℵ, A, 55, 70, 155, 248, 253, 254; similiter P (inepte ὑμῖν in codd. 23, 106, 157, 296). Cum v. 23b textus G componas Deutn. 33, 4 M.T. et LXX.

28. οὐ συνετέλεσεν. V. L. „qui (ὃς!) perficit" (cod. τ, Brev. 57 „perfecit").

Pro „infirmior" legendum esse „infimior" egregie docet Thielmann VIII 516; Graecus habet ὁ ἔσχατος.

30. κἀγὼ ὡς διῶρυξ ἀπὸ ποταμοῦ.

V. L. „Ego sapientia effudi flumina.
Ego quasi trames aquae immensae de fluvio,
ego quasi fluvii dioryx".

V. L. triplici versione commatis 30a deformari videtur. Primam inde enatam duco, quod ΚΑΓΩ ΣΟΦΙΑ [an ΚΑΓΩ C̄ΙA̅?] ΩΡΥΞΑ ΠΟΤΑΜΟΥC lectum sit (pro ΚΑΓΩ ΩC ΔΙΩΡΥΞ ΑΠΟ ΠΟΤΑΜΟΥ) = „ego sapientia effodi*) flumina". Tertiam constituunt verba „ego quasi fluvii dioryx" = ΚΑΓΩ ΩC ΔΙΩΡΥΞ ΠΟΤΑΜΟΥ. — Versionem commatis 30a recensioni *g* propriam puto eam, quae medium locum tenet: „ego quasi trames aquae immensae de fluvio" [cf. etiam v. 31 (= 43 V. L.) διῶρυξ, V. L. „trames"]. Aeque ac tertiam hemistichii 30a translationem in V. L. reicio primam („ego sapientia effudi flumina"), etsi quae mox sequuntur in V. L. — considera praecipue (v. 45 V. L.) — nonnisi Sapientiam dicentem facere possumus. — Bretschneider, Fritzsche aliique explanatores verba, quae a versu 30 in Graeco exordiuntur, Siracidam, non Sapientiam loquentem fingunt.

Pro εἰς παράδεισον V. L. habet: „de paradiso" (cod. α, Brev. 57 „a paradiso"); sic et Arm. Sed ita aperte e correctura; nam pro lectione vulgari εἰς cum versus sequens tum P 30 ليجنا pugnant.

31. μου τὴν πρασιάν. V. L. „prati mei fructum"; codd. α, ϑ, κ^{1} „partus mei fructum" (α „fructus"), sed est „partus" mendum pro „pratus"**). Videtur interpres Latinus legisse μου τῆς πρασιᾶς καρπόν pro μου τὴν πρασιὰν καρπῶν.

31. καὶ ὁ ποταμός μου ἐγένετο εἰς θάλασσαν, V. L. „et fluvius meus appropinquavit (α, ϑ, τ „propinquavit") ad mare". Cum V. L. consentit P ومبلغ نهري الى البحر = „et fluvius meus pervenit ad mare".

*) Lectio editionis Vulgatae: „effudi".

**) = „prati"; cf. Georges: Lexikon der lateinischen Wortformen, Lipsiae 1890 pag. 553.

32 (= 44 V. L.). V. L., codd. 55, 248 ὅτι vitiose pro ἔτι (P ܥܕ).

V. L., Sah., Aeth., codd. 106, 248 αὐτήν emendate pro αὐτά.

XXV.

1. ἐν τρισὶν ὡραΐσθην καὶ ἀνέστην ὡραία ἔναντι Κυρίου καὶ ἀνθρώπων.

V. L. „In tribus placitum est spiritui meo, (codd. α, ϑ + „et) quae sunt probata coram Deo et hominibus".

Ad partem priorem Veteris Latinae cf. P: ܠܐ ܙܥ ܠܝ ܢܦܫ = „Tria concupivit anima mea".

Textus G errore interpretis Graeci nititur, qui hic adhuc Sapientiam loqui opinaretur, cum iam ad se ipsum redeat auctor libri nostri.

G = לְשָׁלֹשׁ נֶחְמְדָה נַפְשִׁי

Rectius *g* (V. L.) et P = לְשָׁלֹשׁ חֻמְדָה נַפְשִׁי

Pro καὶ ἀνέστην ὡραία κτλ. P habet: „et ipsa (ܗܝ ܕܢ) sunt speciosa coram Deo et hominibus". Quare suadeo, ut Graece legas καὶ ἅ ἐστιν ὡραῖα (cod. 253 καὶ ἔστιν ὡραῖα; vide et supra V. L.).

V. L., S.H., Sah., codd. 248, 253, P sic voces in 1bβ disponunt: καὶ ἀνὴρ καὶ γυνή.

ἑαυτοῖς συμπεριφερόμενοι. V. L. „bene sibi consentientes"; sed abest „bene" a codd. α, γ, ϑ, τ, Spec.[2] 347, 9; 579, 12.

2. γέροντα μοιχὸν ἐλαττούμενον συνέσει. V. L. „senem fatuum et insensatum". Pro μοιχόν etiam cod. 23 et S.H. habent μωρόν, P ܣܟܠ (= „stultum"). Quae cum ita se habeant, Graece μωρόν ex μοιχόν depravatum esse statuere nolo. Neque Graece ex μωρόν enatum esse μοιχόν existimo, cum sit haec lectio multo difficilior. Praeterea Hebraicae origini elocutionis μοιχόν fidem faciunt, quae effato nostro Siracidae simillima in Talmude (Pesachim fol. 113b) sic allegantur: „Quattuor sunt, quae non fert ratio (הדעת): ea sunt: pauper superbus et dives mendax et senex moechans (זקן מנאף) et princeps, qui superbe se gerit contra multitudinem sine data causa". — Utramque lectionem coniungit cod. א[2]: γέροντα μωρὸν καὶ μοιχὸν καὶ ἐλασσούμενον συνέσει (א[1] nonnisi γέροντα μοιχὸν ἐλασσούμενον συνέσει).

3. ἐν νεότητι οὐ συναγήοχας. V. L. „quae in iuventute tua

(σου addit et cod. 248) non congregasti"; sed ∧ „quae" codd. γ et κ^1.

καὶ πῶς ἂν εὕροις ἐν τῷ γήρᾳ σου; V. L. „quomodo in senectute tua invenies"; sed in codd. α, γ, ϑ, κ^1, Spec.^{1} 139, 14 idem est ordo verborum, qui in Graeco.

7. ἐννέα ὑπονοήματα ἐμακάρισα ἐν καρδίᾳ.

V. L. „Novem insuspicabilia cordis magnificavi".

Cf. cod. $\aleph^2$, in quo ad ὑπονοήματα adscribitur ἀνϋπονόητα. P secundum editionem Waltonii: ܬܫܥ ܠܐ ܥܠܘ ܒܠܒ ܫܒܚܬ*) ‎ = „novem, quae non subierunt animum meum, laudavi".

G תֵּשַׁע לִי עָלוּ | בְּלֵב שִׁבַּחְתִּי =

g (V. L.) = תֵּשַׁע לֹא עָלוּ בְלֵב | שִׁבַּחְתִּי

Ut *g* ita et P Hebraice legit.

Meliore textu innititur G, qui et recte בְּלֵב ad verbum sequens שִׁבַּחְתִּי (ἐμακάρισα) assumpsit; cf. enim antithesin 7aβ ἐρῶ ἐπὶ γλώσσης.

ἐπὶ γλώσσης, V. L. + „hominibus" (ἀνθρώποις). Hocne additamentum exortum est dittographia vocis ἄνθρωπος, a qua hemistichium sequens (7b) incipit?

ἐχθρῶν, V. L. „inimicorum suorum"; sed ignoratur pronomen „suorum" a codd. α, γ, κ^1, τ.

8. ἐν γλώσσῃ (cod. 70 + αὐτοῦ). V. L. (γ et ϑ + „in) lingua sua".

9. φρόνησιν (= מַדָּע; cf. enim ad 19, 24 φρονήσει P ‎ܒܡܗܝܡܢ‎). V. L. „amicum (verum") = מֵרֵעַ, vel cum hoc substantivum sine suffixo non occurrat in M.T., certe = רֵעַ. — P habet ‎ܒܛܝܒܘ‎ = „gratiam"), quod tamen propter 9b („et narrat auri audienti") ex ‎ܪܥܝܐ‎ (= „amicum") correctum esse arbitror. — Cum paulo post sequatur ὡς μέγας ὁ εὑρὼν σοφίαν (= 10a), in 9a lectionem V. L. praefero Sixtinae.

11. πᾶν ὑπερέβαλεν (= „omnia excedit"). V. L. „super omnia se superposuit" (sed ∧ „se" in α, ϑ, τ, Spec.^{1} 139, 18).

11. V. L. + (= 16 V. L.) „Timor Dei initium dilectionis eius, fidei autem initium (πίστεως δὲ ἀρχὴ) agglutinandum est ei" (τὸ προσκολλᾶσθαι αὐτῷ).

Compara huc, quae codd. 70, 248 versui 11 adnectunt:

φόβος Κυρίου ἀρχὴ ἀγαπήσεως αὐτοῦ,
πίστις δὲ ἀρχὴ κολλήσεως αὐτοῦ.

---

*) Lagarde ‎ܚܒܝ‎.

Pro quibus P haec habet:

ܐܝܟ ܕܫܪܝܬ ܕܚܟܡܬܐ ܕܕܚܠܬ ܡܪܝܐ
ܘܐܝܟ ܕܫܪܝܬ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܕܬܬܩܢ ܠܗ

„initium timoris Domini est ipsum diligere,
et initium fidei est ipsum pone sequi".

Edersheim ad verba codicis 248 haec commemorat: „We can scarcely doubt that it is a spurious addition and due to a Christian hand". Sed melius Fritzsche: „Ob dieser Zusatz von christlicher Hand stamme, steht gar sehr dahin". — In isto additamento verba codicis 248 cum P comparanti mihi non arridet coniectura ex his duobus testibus alterum ex altero hic quaedam deprompsisse,*) sed illud textus augmentum Hebraico fundamento non destitui existimo. Edersheimii opinio hoc loco Veterem Latinam e P hausisse refellitur eis, quae in prolegomenis (pag. 11) admonuimus. Patet insuper hic Veteris Latinae nonnisi partem posteriorem cum P convenire, priorem vero cum cod. 248 conspirare, neque animum meum abducere possum a suspicione hemistichium b Veteris Latinae Graece initio fortasse sonuisse: πίστις δὲ ἀρχὴ τοῦ προσκολλᾶσθαι αὐτῷ (cf. cod. 248).

13. Πᾶσαν πληγήν, καὶ μὴ πληγὴν καρδίας,
καὶ πᾶσαν πονηρίαν, καὶ μὴ πονηρίαν γυναικός.
V. L. „Omnis plaga tristitia cordis est,
et omnis malitia (= κακία) nequitia (= πονηρία) mulieris.
Et omnem plagam, et non plagam videbit cordis,
et omnem nequitiam, et non nequitiam mulieris".

Ad terminum „non videbit" compares, quod nostrates dicunt: „er wird nicht erleben" (= Graecorum οὐκ ὄψεται sc. ὁ κρατῶν τοῦ φόβου Κυρίου v. 11); unde sequitur ex ambabus versus nostri translationibus, quae in V. L. exstant, posteriorem e codice desumptam esse, in quo versus 13 Sixtinae undecimum non interiecto alio sequeretur. Est ergo prior, quae praeterea paululum a G recedit, genuina recensionis *g* versio.

15. Οὐκ ἔστι κεφαλὴ ὑπὲρ κεφαλὴν ὄφεως.
„Non est caput nequius super caput colubri".

Item Arm. et Sah. in transferendo addunt notionem „malitiae"; quod factum est, quia textus vulgaris Graecus haud commode legi

*) Edersheimii (pag. 26) suspicio codicem 248 ad Syriacum textum correctum esse certis argumentis adhuc nondum confirmata est.

videbatur. Nepos auctoris Hebraici, id quod iam alii cognoverunt, mendum hic contraxit, cum ראש (= רוש) vertere deberet „venenum“ (cf. Deutn. 32, 32sq.).*)

ὑπὲρ θυμὸν ἐχθροῦ. V. L. „super iram mulieris“; similiter et P: ܡܢ ܚܕܘܬܗ ܕܐܢܬܬܐ ܘܡܪܝܪ ܥܡ = „neque sunt inimicitiae amariores quam mulieris“. Lectione „mulieris“ versus noster arctiore cogitationum nexu cum sequenti coniungitur.

16. εὐδοκήσω. V. L. „placebit“ (= εὐδοκήσει). Plurima manuscripta Graeca habent εὐδοκῆσαι, sed hoc aperte ex emendatione, cuius ansam praebuit praevium συνοικῆσαι. Cod. 248 εὐδοκῶ. — Lectionem rectam duco εὐδόκησεν (= codd. A, Vind. II) = „praeplacet“. Verbum enim impersonale hic legendum esse comprobat etiam P: ܛܒ ܠܡܬܒ = „melius est habitare“. Ad istum vocis εὐδοκεῖν usum compara e. g. Polybium 20, 5, 10: τοῖς Θηβαίοις οὐχ ὅλως εὐδόκει τὸ γεγονός.

17a. V. L., codd. 157, 248 τὸ πρόσωπον αὐτῆς pro τὴν ὅρασιν αὐτῆς.

17b. V. L., cod. 254 τὴν ὅρασιν αὐτῆς pro τὸ πρόσωπον αὐτῆς.

17. καὶ σκοτοῖ τὸ πρόσωπον αὐτῆς ὡς σάκκον.

V. L. „et obcaecat (α, ϑ, κ[1] „obcaecavit“, γ „obcaecabit“) vultum suum tamquam ursus et quasi saccum ostendit“.

Pro σάκκον S.H., Aeth., codd. א, A, 23, 55, 106, 155, 157, 248, 253, 254, 296, Vind. I et II habent ἄρκος. V. L. utramque lectionem consociavit. Iure meritoque Nestle, Marginalien etc. pag. 51 istam diversitatem mere Graecam esse declaravit. Cum ipso lectionem difficiliorem σάκκον recipias, quam suadet et P ܘܥܡܠ ܐܦ ܐܝ ܟܝܢ ܕܥܡܠ = „et nigrum reddit eum (sc. vultum eius) quasi colorem sacci“.

18. ἀνὰ μέσον τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἀναπεσεῖται ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, καὶ ἀκούσας ἀνεστέναξε πικρά.

Falso in V. L. verba „in medio proximorum eius“ ad versum praevium assumuntur. Reliqua in versione Latina sic sonant:

„ingemuit vir eius et audiens suspiravit modicum“.

Cum codd. α, τ, Parisinus 9380, Rabanus Maurus colon „ingemuit vir eius“ ignorent, ipsum postea in Latino suppletum esse arbitror, nec vero Vetus Interpres verba ἀναπεσεῖται ὁ ἀνὴρ αὐτῆς Graece legisse videtur. Quod mea sententia aberratione oculorum evenit,

---

*) Cf. Ps. 141 (140), 5, ubi pro voce ראש (= „capitis“) versio Hieronymi ex Hebraico facta „amaritudinis“ (= רוש?) exhibet.

cum linea quaedam a verbis ANAMECON (τοῦ πλησίον αὐτοῦ) inciperet, sequens vero a voce ANAΠECEITAI (ὁ ἀνὴρ αὐτῆς) exordiretur, ita ut haec facile praeteriri posset.

Pro τοῦ πλησίον αὐτοῦ V. L., S.H., Arm., codd. 248, 253 τῶν πλησίον αὐτοῦ. Prior lectio est sincera interpretis G, sive in Hebraico numerus singularis vocis חָבֵר sensu collectivo exstabat, sive ille male חֲבֵרוֹ legit pro חֲבֵרָיו. Cf. etiam 1. Sam. 30, 26 לְרֵעֵהוּ.

Pro πικρά interpres Latinus textu Graeco continuo scripto propter sequens μικρά (v. 19) mendose legit μικρά („modicum").*)

21. μὴ προσπέσῃς (bene Nestle, Marginalien etc. pag. 52 „fall' nicht herein"). — P ܠܐ ܬܬܥܠ „ne alliciaris". — V. L. vero „ne respicias"; sic etiam vertit Arm. մի հայիր.

Post γυναῖκα V. L., S.H., Aeth., codd. א, A, 55, 106, (155), 157, 254, 296, 308, Ald. addunt male ἐν κάλλει, unde 21b fere mera iteratio hemistichii praevii 21a fit. Melius sonat cod. 248 καὶ γυναῖκα μὴ ἐπιποθήσῃς εἰς τρυφήν. P habet: ܐܦ ܐܢ ܐܝܬ ܠܗ ܡܘܢ ܠܐ ܬܬܐܚܙ ܒܗ „etiamsi habet opes, ne concupiveris eam".

22. ὀργὴ καὶ ἀναίδεια καὶ αἰσχύνη μεγάλη
γυνὴ ἐὰν ἐπιχορηγῇ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.
V. L. „Mulieris ira et irreverentia et confusio magna.
Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo".

Cum V. L. conferas, quae e 23a et 22b conflata sic citantur in Mon. serm. 183 pag. 608: καρδία πονηρὰ καὶ πρόσωπον σκυθρωπὸν καὶ πληγὴ καρδίας γυνὴ πονηρὰ ἀντιτασσομένη τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. — P versum nostrum sic legit:

ܡܛܠ ܕܥܒܕܘܬܐ ܩܫܝܬܐ ܘܥܠܒܘܢܐ ܒܝܫܬܐ ܐܢܬܬܐ
ܕܚܛܝܬ ܥܠ ܒܥܠܗ ܕܒܪܗ

= „quia servitus dura et ignominia mala
mulier, quae peccat contra maritum suum".

Edersheim: „How are we to account for the difference between the „sustaining" of the Greek and the „doing harm and lording" in the Syriac. Can it be that there was here a confusion between some form of סעד (in the Greek) and סער (in the Syr.)?" Qua difficultate mea sententia liberamur Vetere Latina, quae hic verbum ἐπιχορηγεῖν notione „imperandi"**) exstare opinionem suggerit.

---

*) Pro ἀκούσας, ut annotatiunculae gratia commemorem, legendum esse ἀκουσίως optime cognovit iam J. Chr. Doederlein: Auserlesene theologische Bibliothek II, Lipsiae 1783 pag. 736. Firmat eius coniecturam P: ܠܐ ܚܪܫܬ.

**) quod nostra lingua bene dicitur „das Commando führen".

Quo sensu etsi alibi vocem nostram non deprehendimus, tamen istam suspicionem mihi confirmat Arm., qui aeque ac V. L. verbum ἐπιχορηγεῖν vertit (Հրամանաւատար լինի). Denique Siracidae nepotem voci ἐπιχορηγεῖν peculiarem significatum attribuisse vel inde probabile fit, quod suppeditandi notione alibi verbo simplici χορηγεῖν, nusquam vero composito ἐπιχορηγεῖν utitur. Cum ergo opinionis meae veritas stabiliri videatur, suspicio mihi inicitur in V. L. duas lectiones connexas esse, ita ut „si primatum habeat“ e V. L. extrudi debeat (Item „mulieris“ initio versus nostri in eadem versione superfluit).

ἐὰν ἐπιχορηγῇ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς =
אִם נְגִידָה (*לְבַעְלָהּ הִיא׃
„si contraria est viro suo“ =
אִם לָנֶגֶד (**בַּעְלָהּ הִיא׃
P = אִם בּוֹגְדָה בַעְלָהּ הִיא.

Pro וְקָשָׁה (***עֲבָרָה (ὀργὴ καὶ ἀναίδεια) G rectius legisset עֲבֹדָה קָשָׁה (= „labor durus“; sic P), unde in G et *g* optimus loci nostri sensus effectus esset: „Labor durus et confusio magna mulier, si imperat viro suo“ vel („si contraria est viro suo“).

25. ἐξουσίαν, V. L. „veniam prodeundi“ (= παρρησίαν ἐξόδου cod. 248). Pro ἐξουσίαν habent παρρησίαν etiam S.H., Sah., codd. א, A, 23, 70, 106, 155, 157, 253, 254 etc., quam lectionem veram esse probat mihi multitudo testium ipsam propugnantium. P ⲙⲉⲛⲧⲉ (ⲙⲉⲛⲧⲉ) = („vultum) ac potestatem“, quo lectio ἐξουσίαν commendari videtur, sed considera Ez. 16, 30 זוֹנָה שַׁלְּטַת (אִשָּׁה), quod quidam codices vertunt πόρνη παρρησιαζομένη (cf. Field II pag. 806).

(35 V. L.) cod. γ ∧ „in conspectu inimicorum“.

XXVI.

1. καὶ ἀριθμὸς τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ διπλάσιος.
V. L. „numerus enim annorum illius (α, γ, ϑ, κ[1] „illorum“) duplex“.

Pro ἡμερῶν etiam Arm. habet „annorum“. P legit ut Sixtina.

---

*) Cf. 2 chron. 19, 11.

**) Cf. Neh. 3, 37.

***) Cf. Ez. 2, 4 קְשֵׁי פָנִים. Vide Edersheim et Nestle (Marginalien etc. pag. 52) ad locum nostrum.

Ad quam compara, quae in Talmude (Sanhedrin fol. 100b) sic laudantur: אשה יפה אשרי בעלה מספר ימיו כפלים, quae prorsus cum Sixtina consonant. — Pro ἡμερῶν occurrit ἐτῶν in Eccli. 26, 27 codicis 248: γυναικὸς ἀγαθῆς μακάριος ὁ ἀνήρ· ὁ γὰρ ἀριθμὸς τῶν ἐτῶν αὐτοῦ διπλάσιος ἔσται. Similiter P ibidem.

2. τὰ ἔτη αὐτοῦ. V. L. et cod. 248 τὰ ἔτη τῆς ζωῆς αὐτοῦ; item in P, ubi tamen versus noster tertium sequitur.

3. γυνὴ ἀγαθὴ μερὶς ἀγαθή,
ἐν μερίδι φοβουμένων Κύριον δοθήσεται.
V. L. „Pars bona mulier bona,
in parte*) timentium Deum dabitur viro pro factis bonis".
cf. P: ܐܢܬܬܐ ܛܒܬܐ ܡܬܝܗܒ ܠܓܒܪܗ ܒܡܫܟܚ ܕܡܪܗ ܕܕܚܠܬ ܒܥܒܕܘܗܝ = „mulier bona dabitur viro verenti Domini pro bonis operibus eius".

4. Πλουσίου δὲ καὶ πτωχοῦ καρδία ἀγαθή,
ἐν παντὶ καιρῷ πρόσωπον ἱλαρόν.
V. L. „Divitis autem et pauperis cor bonum,
in omni tempore vultus illorum hilaris".

In V. L. in peius mutatur mens auctoris Hebraici, quae Syro teste haec erat: „Sive ille (sc. cui est mulier bona) dives sive pauper est, cor eius bonum omni tempore et facies eius hilaris" = ܠ ܚܕ ܡܢ ܕܥܫܝܪ ܐܘ ܡܣܟܝܢ ܠܒܗ ܛܒ ܟܠ ܥܕܢ ܘܐܦܘܗܝ ܒܫܪܝܪ ܟܠ ܥܕܢ.

5. καὶ ἐπὶ τῷ τετάρτῳ προσώπῳ ἐδεήθην.
V. L. „et in quarto facies mea metuit".
Vitiose S.H., cod. א¹ ἐδόθην pro ἐδεήθην. Pro lectione genuina interpretis G ἐδεήθην in V. L., (Aeth., Sah.?), codd. א², A, 55, 106, 155, 157, 248, 253, 296 exstat ἐφοβήθην, qui textus facilior e correctura est, qua quis comma 5aβ ad 5aα accommodare studuit. Multimodis hic textui Graeco remedium afferre conati sunt libri nostri explanatores, sed eorum coeptis parum adhuc successit. Mea opinione G male legit:

וְעַל־הֲרְבִיעִים אַפַּיִם חָלִיתִי (a radice חלה):
pro וְעַל־הֲרְבִיעִית אַף חַלְתִּי (a radice חיל):
= „et in quarto vel tremo."

Coniecturae nostrae favet P: ܘܥܠ ܐܪܒܥ ܦܓܪ ܐܬܚܝܠ ܘܐܬܪܥܕ = „et quattuor valde pertimesco".

5. καὶ καταψευσμόν. V. L. (α, γ, ϑ, κ¹ + „et) calumniam mendacem".

---

*) + „bona" α, γ, ϑ, κ¹, Miss. 747, Brev. 868 et 1127.

6. καὶ μάστιξ γλώσσης πᾶσιν ἐπικοινωνοῦσα. V. L. „in muliere zelotypa („in muliere infideli" α, γ, ϑ, τ, Spec.[2] 533, 19) flagellum linguae omnibus communicans". ἐπὶ γυναικί e fine commatis 6a ad sequentia falso assumptum est, id quod fuit in causa, cur hic „zelotypa" vel „infideli" spurie adderetur.

9. Pro (ἐν) μετεωρισμοῖς V. L. et Clemens Alex. paedag. 3, 11 (Migne Gr. 8, 645) habent numerum singularem eiusdem substantivi.

11. ὀπίσω ἀναιδοῦς ὀφϑαλμοῦ φύλαξαι. V. L. „ab omni irreverentia oculorum eius cave"; sed α, γ, ϑ, κ[1] „ab omni irreverentia oculis cave", quae lectio congruit cum S.H. et cod. 253: ὀπίσω ἀναιδοῦς ὀφϑαλμοῖς φύλαξαι. Est autem haec correcta, cum lectioni vulgari Graecae suffragetur P: حذاء عينها حتقا بوقاح = „post eam, quae oculis impudens est, curre". Latinus translator errore ἀναιδοῦς esse genitivum adiectivi neutrius generis ἀναιδές vel substantivi cuiusdam ἀναιδώς interpretatus est.

12. ἀνοίξει pro ἀνοίγει habent V. L., Arm., S.H., codd. ℵ[2], A, 55, 106, 155, 157, 253, 254, 296. Cod. 248 ἀνοίξει + εὑρὼν πηγήν; V. L. addit „ad fontem"; P + حتقا مزبا („ad aquas frigidas").

12. βέλους. V. L. + „omnis"; sic etiam P.

13. ἡ ἐπιστήμη αὐτῆς(. 14.) δόσις Κυρίου; quae in V. L. sic male connectuntur: „Disciplina illius datum Dei est"; sed ∧ „est" in codd. α, γ, ϑ, κ[1], Spec.[1] 140, 7; Miss. 747; Brev. 1128.

14. γυνὴ σιγηρά (codd. 70, 248 + καὶ εὔνους). V. L. „mulier sensata et tacita".

15. γυνὴ αἰσχυντηρά (cod. 248 + καὶ πιστή). V. L. „mulier sancta et pudorata".

16. ἥλιος ἀνατέλλων ἐν ὑψίστοις Κυρίου. Cod. 157 et V. L. post ἀνατέλλων addunt κόσμῳ. Textus sic auctus est parallelismi gratia, sed male, cum κόσμῳ in 16b alio sensu vigeat atque illud κόσμῳ in 16a insertum.

18. ἐπὶ βάσεσιν ἀργυραῖς V. L., S.H., cod. 248.

καὶ πόδες ὡραῖοι ἐπὶ στέρνοις εὐσταϑοῦς. V. L. „et pedes firmi super plantas stabilis mulieris". Putasne BEBAIOI (V. L.) esse varietatem mere Graecam ex ΩPAIOI (P تلاع) propter sequens εὐσταϑοῦς enatam? — V. L. pro ἐπὶ στέρνοις εὐσταϑοῦς exhibet ἐπὶ πτέρναις εὐσταϑοῦς, quod rectius legi docet P 18b: تلاع حمقلة حملاع حلة = „speciosi sunt gressus eius in dispositione domus illius". (Est πτέρνα Hebraice עָקֵב).

29. ἀπὸ ἁμαρτίας, V. L. „a peccatis labiorum“; sed recte abest „labiorum“ a cod. α, Spec.[2] 554, 5 (primaque manu a) τ, cum contextui adversetur, quo versum nostrum cum 27, 1 arctissime cohaerere ex mox dicendis tibi manifestabitur.

XXVII.

1. χάριν ἀδιαφόρου [Scribas διαφόρου*) = „pecunia“ cum Arm. et cod. א[1]; cf. enim antithesin 1b καὶ ὁ ζητῶν πληθῦναι. Vide quae ad 7, 18 adnotavimus; imprimis vero considera 42, 5, ubi διαφόρου pro ἀδιαφόρου Sixtinae substituendum perinde atque hic divitias denotat, quas mercatores pariunt]. Ballii opinionem, quae nititur textu P (ܠܝܬ ܒܗ ܕܚܠܬܐ = „quia non est in eis timor“), διαφόρου Hebraice hic fuisse אוֹן**) confirmari video versione V. L. (*g*): „propter inopiam“ = יַעַן אֵין לָהֶם. Perperam quispiam textu Peschittoniano inductus Graece ἀδιαφόβου emendarit pro lectione Sixtina ἀδιαφόρου. Locus noster optime probat, quae Nestle, Marginalien etc. pag. 57 ad 30, 10 de Syro commemorat.

2. συντριβήσεται ἁμαρτία. V.L. „angustiabitur peccatum (α, γ, ϑ, κ[1], Spec.[2] 554, 23 „angustabitur peccatis“), conteretur cum delinquente delictum“ (sed ∧ „cum delinquente“ γ, τ, Spec.[1] 140, 13). — „angustabitur“ = συνϑλιβήσεται (an ϑλιβήσεται?), quod commodiorem sensum efficere videtur quam συντριβήσεται.

3. ἐὰν μὴ ἐν φόβῳ Κυρίου κρατήσῃ κατὰ σπουδήν,

V. L. „Si non in timore Domini tenueris te instanter“; sed abest „te“ a cod. τ. — Pro αὐτοῦ ὁ οἶκος hemistichii b V. L. habet „domus tua“. [Etiam in P secunda persona, non tertia deprehenditur, sed quae hic exhibentur, a Graeco aliquantum differunt.] Perperam in V. L. a textu recepto Graeco recedi patet, dummodo ipsum sic interpungamus atque interpretemur:

ἐὰν μὴ ἐν φόβῳ Κυρίου κρατήσῃ***) (sc. mercator quaestuosus),
κατὰ σπουδὴν ἐν τάχει†) καταστραφήσεται αὐτοῦ ὁ οἶκος.

4. ἐν σείσματι κοσκίνου διαμένει κοπρία. V. L. „sicut in

---

*) Videtur etiam Aeth. legisse χάριν διαφόρου; vertit enim inscite: **በሕይ ልም**: = „partium studio“.

**) Male P legit אַיִן.

***) Cf. pronomen indefinitum nostratium „man“; vide Gesenius: Hebr. Gramm. ed. 26 pag. 454d.

†) Cf. huc elocutiones quales Is. 30, 13: פִּתְאֹם לְפֶתַע; Num. 6, 9 בְּפֶתַע פִּתְאֹם etc.

percussura (sed α, γ, ϑ, κ[1] „pertusura“) cribri remanebit pulvis“ (sed γ, ϑ, τ, Spec.[1] 140, 15 „stercus“).

σκύβαλα. V. L. „aporia“, quam discrepantiam explicare nequeo nisi statuendo σκύβαλα Hebraice sonuisse אַשְׁפָּתוֹת, pro quo *g* substantivum radicis חשׂף (= exhaurire, denudare) vel שחף (= attenuari, tabescere) legerit; cf. Deutn. 28, 22 שַׁחֶפֶת, quod a LXX ἀπορίᾳ, a Vulg. „egestate“ vertitur.

6. Γεώργιον ξύλου ἐκφαίνει ὁ καρπὸς αὐτοῦ,
οὕτως λόγος ἐνθυμήματος καρδίας ἀνθρώπου.
V. L. „Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius,
sic verbum ex cogitatu cordis hominis“,

vel antiquitus „hominis cordis“ (α, γ, κ[1], Spec.[1] 140, 18), e correctura vero in Latino instituta „hominis cor“ (cod. τ et Rabanus Maurus). — καρδίας Graece esse genitivum numeri singularis probat sequens ἀνθρώπου. — Pro „ex cogitatu“ (= ἐνθυμήματος)*), cuius termini genuinitatem stabilit antithesis „de ligno“ (= ξύλου), in quibusdam codicibus Latinis e correctura seriore, sed ad mentem auctoris Hebraici conveniente legitur „excogitatum“. Interpres enim Graecus vocem, quam pro ἐνθυμήματος Hebraice legit, errore casu secundo intellexit, cum esset obiectum (= ἐνθύμημα) pendens a verbo ἐκφαίνει e commate 6a huc subaudiendo (vide Böttcher: Exegetisch-kritische Ährenlese zum A. T. pag. 102). In V. L. aliud mendum accedit, cum pro nominativo καρπός dicatur „fruct*um*“; quo detrimentum patitur recta dispositio cogitationum, cum haec fuerit mens auctoris libri nostri: „Quemadmodum culturam arboris demonstrat fructus eius, sic sermo ostendit considerationem cordis hominis“.

9. καταλύει V. L., Arm., codd. 70, 106, 157, 296, 308. P ﻓﺤﻄ.

10. ἐνεδρεύει. V. L. + „semper“; hoc additamentum fortasse e margine huc irrepsit, in quo adnotatum erat pro „manet“, quod in commate (12a V. L.) pro διὰ παντός textus recepti Graeci exstat.

11. Διήγησις εὐσεβοῦς διὰ παντὸς σοφία.
V. L. „Homo sanctus in sapientia manet sicut sol“.

Cf. Mon. serm. 286 pag. 913: ἄνθρωπος εὐσεβὴς ἐν σοφίᾳ μένει ὡς ὁ ἥλιος. Ibd. vero comma nostrum et ita citatur, uti in Sixtina legitur. — P: ﻫﻘﺤﻠﻬﻮﻫ ﺑﺴﻘﻄﺎ ﺣﺴﻤﻌﻠﺎ ﺍﻧﺘﻲ ﺣﻤﻠﻪ ﺭﺟ = „Sermones sapientium in sapientia semper“ (sc. fiunt).

---

*) Cf. 15, 2 „a virginitate“ = παρθενίας.

G = שִׂיחַ צַדִּיק תָּמִיד חָכְמָה
g (V. L.) = אִישׁ צַדִּיק בְּחָכְמָה עֹמֵד בַּחַמָּה
P = שִׂיחֵי חֲכָמִים בְּחָכְמָה תָּמִיד

Ex hoc conspectu atque ex antithesi 11b (ὁ δὲ ἄφρων ὡς σελήνη ἀλλοιοῦται) manifestum evadit Veterem Latinam dignam esse, quae ceteris textibus praeferatur. Quae fuerit causa, cur textus originalis libri nostri in quibusdam manuscriptis Hebraicis mutilaretur, non est difficile intellectu.

13. μωρῶν. V. L. „peccantium"; cf. ad 7, 16 (pag. 97).

14. ἡ μάχη αὐτῶν; melius V. L. „irreverentia ipsius". μάχη (G) a substantivo מַצָּה. — „irreverentia" (*g*) a voce מֵצַח; cf. Jer. 3, 3: מֵצַח אִשָּׁה זוֹנָה = „frons (= impudentia) mulieris meretricis"; Jer. 8, 5 (M.T. מְשֻׁבָה נִצַּחַת) a LXX vertitur ἀποστροφὴν ἀναιδῆ.

17. φίλον. V. L. „proximum" (sic et P).

18. τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ; V. L. „amicum suum"; P: ܦܘܪܣܐ (= „sortem suam"). — Videas, quae Nestle (Marginalien etc. pag. 54 nfra) de versu nostro disserat. Mea sententia discrepantia ista sic explicari debet:

τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ (G) = אֹיְבוֹ
„amicum suum" (*g*) = אֹהֲבוֹ

ܦܘܪܣܐ fuit Hebraice substantivum radicis יהב (= „donum"). Cf. Ps. 55, 23: יְהָבְךָ*) עַל־יְהוָה = „Proice super Dominum, quod tibi datum est" (quod rabbini „onus tuum" interpretantur). Cf. insuper ad P loci nostri Ps. 11, 6, ubi Targum habet יהבת כלידהון pro M.T. מְנָת כּוֹסָם.

Lectionibus G et *g* (V. L.) loco nostro Ecclesiastici aperte praestat P.

18. οὕτως ἀπώλεσας. V. L. „sic et qui perdit"; sed ∧ „et" in α, γ, ϑ, κ[1], τ, Spec.[1] 141, 12.

20. ἀπέστη, V. L. „abest" = ἄπεστι = cod. 253.

21. ὅτι ϑραῦσμά ἐστι καταδῆσαι. V. L. „ultra eum non poteris colligare". Estne hoc mendum Latinum pro „vulneratum enim poteris colligare", ita ut comma praevium „quoniam vulnerata est anima eius" serius additum sit? — Pro ϑραῦσμα scribe τραῦμα cum S.H., Arm., Sah., Aeth., codd. 23, 55, 106, 155, 157, 248, 253, 254, 307; sic enim etiam P ܚܒܠܐ.

ὁ δὲ ἀποκαλύψας. V. L. „denudare autem"; P ܘܗܘ ܕܓܠܐ.

---

*) Adest hic non forma verbi יהב, sed eiusdem radicis substantivum, ut ostendunt loci paralleli Ps. 37 (36), 5 et Prov. 16, 3.

ἀπήλπισεν. V. L. „desperatio est animae infelicis“; sed ⩚ cod. τ „animae infelicis“.

22. Hemistichium b secundum Arm. et codd. 70, 248 sic legendum iudico: καὶ ὁ εἰδὼς αὐτὸν ἀποστήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

23. Pro (στόμα) σου V. L., S.H., Arm., Aeth. maiorque pars codicum Graecorum αὐτοῦ. Sed licet contextus ac praesertim 23bα hanc lectionem requirere videantur, est tamen haud dubie σου genuina interpretis Graeci. „os tuum“ habent et quaedam manuscripta Speculi[1] 141, 19.

25. καὶ πληγὴ δολία διελεῖ τραύματα (Arm. δολίου pro δολία).

V. L. „et plaga dolosa dolosi dividet vulnera“; sed omittit cod. γ „dolosa“; vide et not. ad Spec.[2] 375, 1. Textus Latinus correctura Graeca nititur, cuius fuerunt causa verba Sixtina hisce mendis Hebraicis infecta:

a) Pro substantivo מַכָּה (πληγὴ) legi debebat participium מַכֶּה ac pro δολία adverbialiter δολίως; cf. enim P ܘܡܫܠܚ ܚܒܫܐ ܠܐܚܪܢ = ܘܡܫܠܚ ܒܚܒܫܐ ܠܐܒܕܢ = „et qui ferit clam, perditioni tradetur“.

b) διελεῖ Hebraice fuisse videtur [יִתְ]בַּצַּע, quod depravatione abierat ex [יִתְ]בַּצַּע = „sibi ipsi dirimet vulnera“.

27. πονηρά, V. L. „nequissimum consilium“; sed abest „consilium“ a codd. α, γ, τ, Spec.[2] 375, 3. — Pro ὁ ποιῶν πονηρά V. L. cum cod. 248 legit ποιοῦντι πονηρά, quo emendatur textus Sixtinus (ὁ ποιῶν πονηρὰ εἰς αὐτὸν κυλισθήσεται), qui grammatice non admittitur. Lectio sincera Graeca videtur esse haec: ὁ ποιῶν πονηρὰ εἰς αὐτὰ κυλισθήσεται = S.H., Arm., codd. א², A, 55, 106, 155, 157, 253, 254, 296, 307, 308 etc. Cf. etiam P: ܘܥܒܕ ܒܝܫܬܐ ܗܘ ܢܦܠ = „qui molitur malum, in illud incidet.“ Correcturae εἰς αὐτὸν absque dubio ansam dedit colon 27b: καὶ οὐ μὴ ἐπιγνῷ πόθεν ἥκει αὐτῷ.

XXVIII.

6b. καταφθορὰν καὶ θάνατον καὶ ἔμμενε ἐντολαῖς.

V. L. „tabitudo enim et mors imminent (α, γ, ϑ, κ[1], Spec.[1] 142, 12 „imminet“) in mandatis eius“ (⩚ „eius“ α, γ, ϑ, κ[1], τ, Spec.[1] 142, 12).

Textus Latinus deformatus esse ac sic initio sonuisse videtur: „tabitudinem et mortem et mane in mandatis“.

7. ἐντολῶν, V.L. „timorem Dei“; cf. not. 1 ad 2, 10 pag. 58. καὶ διαθήκην. V. L. „testamentum“; sed α, γ, κ^1, Spec.^{1} 142, 14; Spec.^{2} 377, 16: „testamenti“ (= διαθήκης codd. 106, 248, Ald.).

9. διαβολήν = דִּבָּה; V.L. „inimicitiam“ = אֵיבָה.

10. κατὰ τὴν ὕλην πυρὸς οὕτως ἐκκαυθήσεται. Vocem ὕλην, quam hic denotare materiem testis est P („quodcumque in ignem ieceris, ardebit“), interpres Latinus inepte vertit: „secundum enim ligna silvae sic ignis exardescit“. Compara huc Jac. 3, 5: ἰδοὺ ἡλίκον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει. Vulg.: „ecce quantus ignis quam magnam silvam incendit“.

ὁ θυμὸς αὐτοῦ ἔσται. V.L. „sic iracundia illius erit“; sed ∧ „sic“ in codd. α, γ, Spec.^{2} 520, 11.

V.L. ∧ καὶ κατὰ τὴν στερέωσιν τῆς μάχης ἐκκαυθήσεται. Sed Hebraice etiam haec verba exstitisse fidem facit P: ܘܐܦ ܟܡܐ ܕܐܪܒܐ ܡܣܓܐ ܟܝ ܗܟܢܐ ܢܣܓ = „et quantum exaggerabis litem, tanto magis crescit“. Ex P quoque efficitur verba illa Graeca suum locum tenere comma 10aα continuo subsecuta (sic etiam in S.H., Arm., Aeth. plurimisque codicibus Graecis). Facile ibi aberratione oculorum praetermitti poterant (cf. 10aα οὕτως ἐκκαυθήσεται); unde evenit, ut et in V.L. desiderentur et in textu Sixtino in fine versus 10 exstent (vide supra in pagg. 97 sq., quomodo 7, 17 in quibusdam manuscriptis Graecis falso ordine stichorum deformatum sit).

11 (= 13 V.L.). Post membrum b V.L. addit: „et lingua testificans adducit mortem“, quod comma, ut recte admonet Jansenius, haud commodum hic procreat sensum. Suspicio mihi movetur ipsum Hebraice exstitisse, sed interpretem vitiose לָשׁוֹן מַעִיד legisse pro לָשׁוֹן מֵרַע = „lingua malefica“, quae elocutio egregie quadrat ad materiem, quam iam tractaturus est Siracida (cf. vv. 12sqq.).

12. ἐὰν φυσήσῃς σπινθῆρα ἐκκαήσεται. V.L. „si sufflaveris in scintillam, quasi (בְּ) ignis exardebit“; sed ∧ „in scintillam“ a codd. γ, θ, κ^1, Spec.^{1} 142, 19. Cum V.L. componas P: ܠ ܐܦܘܚ ܕܢܘܪܐ ܒ = „cum sufflaveris in (בְּ) ignem, exardebit“.

∧ σου post στόματος V.L., Sah., Aeth.; P vero pronomini retinendo favet.

13. ψίθυρον καὶ δίγλωσσον καταρᾶσθαι. V.L. „susurro (al. „susurrio“) et bilinguis maledictus“; cf. P ܘܐܦ ܠܫܢܐ ܕܫܠܫܝܐ ܠܥܢ = „atque etiam lingua tertia (= fraudulenta) maledicta sit“. —

καταρᾶσθαι, lectio genuina G, est infinitivus Hebraeorum et Graecorum more pro imperativo positus.

13. ἀπώλεσαν. V. L. „turbabit"; sed codd. ϑ, κ^1, Spec.[1] 142, 22 „turbavit" (Sah., Arm., Aeth., codd. A, 55, 106, 155, 157, 307 ἀπώλεσεν).

14. καὶ (𝔄 καὶ codd. 55, 70, 254) πόλεις ὀχυρὰς καθεῖλε. V. L. „civitates muratas divitum destruxit". P: ܘܐܦ ܐܢܫ̈ܐ ܡܟܒ̈ܕܢ̈ܐ ܒܒ̈ܬ̈ܐ ܕܡ̈ܪ̈ܐ ܥ̈ܠ ܚܠ̈ܝ̈ܢ ܒ̈ܝ̈ܬ̈ܗ̈ = „atque etiam homines honoratos urbium domibus eorum expulit". Videntur „divitum" (*g*) et „honoratos" (P) Hebraice eadem radice (כבד?) reddita fuisse.

16b. οὐδὲ κατασκηνώσει μεϑ' ἡσυχίας. V. L. „nec habebit amicum in quo requiescat", quae verba sic emendata sunt e textu quodam Latine depravato; habent genuine ac recte codd. α, γ, τ, Spec.[2] 521, 7: „nec habitabit (α mendose „habitavit") cum requie".

17. Pro μώλωπας lege μώλωπα cum V. L., S.H., Arm. plurimisque testibus Graecis.

22. οὐ μὴ κρατήσῃ εὐσεβῶν,
καὶ ἐν τῇ φλογὶ αὐτῆς οὐ καήσονται.
V. L. „Perseverantia illius non permanebit,
sed obtinebit vias iniustorum,
et in flamma sua non comburet iustos".

Termino „perseverantia illius" in G non occurrenti lumen adhibere videtur P, ubi 21b sic legitur: ܘܫܠܝܐ ܕܠܗ ܕܥܡܗ ܠܐ ܢܫܟ̈ ܥ̈ܡ ܚ̈ܠ̈ܝ̈ܐ = „et requies in inferis melior est quam apud ipsam" (sc. linguam maledicam); unde 21b in *g* sic sonuisse coniecto:

καὶ λυσιτελὴς μᾶλλον ὁ ᾅδης ἢ ἐμμονὴ αὐτῆς.

Sed verba ista aeque ac 22a male interpuncta atque dittographia aucta interpretem Latinum sic legisse suspicor:

καὶ λυσιτελὴς μᾶλλον ὁ ᾅδης (+ αὐτῆς. additumne hoc erat e G?), ἡ (pro ἢ) ἐμμονὴ αὐτῆς οὐ μὴ καρτερήσῃ ἀλλὰ κρατήσει ὁδῶν ἀσεβῶν καὶ ἐν τῇ φλογὶ αὐτῆς οὐ καύσει εὐσεβεῖς. — Fortasse igitur in 22 *g* haec tantum legi debebant: κρατήσει ὁδῶν ἀσεβῶν, καὶ ἐν τῇ φλογὶ αὐτῆς οὐ καύσει εὐσεβεῖς.

24sqq. Ἴδε περίφραξον τὸ κτῆμά σου ἀκάνθαις,
τὸ ἀργύριόν σου καὶ τὸ χρυσίον κατάδησον·
25. καὶ τοῖς λόγοις σου ποίησον ζυγὸν καὶ σταθμόν,
καὶ τῷ στόματί σου ποίησον θύραν καὶ μοχλόν·
26. πρόσεχε, μή πως ὀλισθήσῃς ἐν αὐτῇ,
μὴ πέσῃς κατέναντι ἐνεδρεύοντος.

V.L. „Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire,
et ori tuo facito ostia et seras.
Aurum tuum et argentum tuum confla,
et verbis tuis facito stateram et frenos ori tuo rectos:
et attende, ne forte labaris in lingua,
et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi,
et sit casus tuus insanabilis in mortem".

Cum P verisimile reddat pro κτῆμά σου (ܩܢܝܢܟ) Hebraice adfuisse כַּרְמְךָ, in suspicionem adducor *g* hic legisse כַּתְמְךָ, ita ut „aures tuas" sit correctura Latina pro „aurum tuum", quae sequentibus verbis „et ori tuo facito ostia et seras" fuerit obvia atque occasionem illius additamenti „linguam nequam noli audire" praebuisse videatur. Colon 25b in V. L. perinde atque in P et codd. 70, 248 post 24a exstat. V. L. ut codd. 70 et 248 etiam θυρώματα et μοχλούς legit pro θύραν et μοχλόν (P quoque habet numerum pluralem). Pro κατάδησον (sic etiam P ܘܣܒܠ ܘܫܕ ܚܕ = חֲתֹם) V. L. habet „confla" (= הַתֵּךְ a radice נתך). Pro ζυγὸν καὶ σταθμόν V. L. nonnisi „stateram" exhibet; etiam in cod. 248 et P tantum unum substantivum (ζυγόσταθμον, P ܡܫܩܠ) legitur. Verba „et frenos ori tuo rectos" an sint glossema e textu extrudendum nescio; alibi ea non reperi.

His igitur expeditis hunc esse sensum versuum, de quibus hic agimus, intelligas: Sicut possessionem tuam (כֶּרֶם = vinea) spinis circummunis, ita etiam ori tuo facias ostia et seras, et quemadmodum aurum et argentum tuum devinctum habes (καταδεῖς, V. L. „conflas"), ne tibi diripiatur (vel iacturam facias), ita et verbis tuis facias stateram, ne irruas in perditionem. Est igitur tertium comparationis cautio ut in opibus ac divitiis ita etiam in sermonibus adhibenda. Apparet simul ex explanatione nostra verba καὶ τῷ στόματί σου ποίησον θύραν καὶ μοχλόν in Graeco textu vulgari post comma 25a inserta esse correcturâ, cum κατάδησον et ποίησον ζυγὸν καὶ σταθμόν antithesi haud apte inter se comparari cuidam viderentur; qua correctura colon τὸ ἀργύριόν σου καὶ τὸ χρυσίον κατάδησον ad versum 24 relegatum est.

26. ἐν αὐτῇ (sc. τῇ γλώσσῃ); cf. 22, 27 ἀπ' αὐτῆς. V. L. loco nostro „in lingua".

XXIX.

1. τῷ πλησίον. V. L. „proximo suo“; sed ∧ „suo“ α, γ, τ, Spec.[1] 143, 7.

4. V. L. („molestiam“) legit κόπον pro πόνον; illa videtur esse lectio recta, utpote quam maior pars testium Graecorum tueatur.

5. λάβῃ — καταφιλήσει (codd. 248 et 307 καταφιλεῖ). V. L. „accipiant — osculantur“; sed. cod. τ, Miss. 310 „accipiat — osculatur“. Pro ταπεινώσει V. L. habet „humiliant“, Miss. 310 „humiliat“.

χεῖρα αὐτοῦ. V. L. „manus (sed γ, τ, Rabanus Maurus „manum“) dantis“; cf. P ܐܝܕܗ ܕܡܫܥܒܕ = „manum foeneratoris“. Approbo lectionem χεῖρα, quamquam S.H., Sah., Arm. plurimaque manuscripta Graeca habent numerum pluralem.

ἀκηδίας, V. L. „taedii“; cod. τ, Miss. 310 „accidiae“.

6. Pro „adversabitur solidi vix reddet dimidium“ in V. L. fortasse legendum est: „adversatus solide vix reddet dimidium“ (= α, γ), quamquam lectio vulgata magnopere arridet.

7. Πολλοὶ χάριν πονηρίας ἀπέστρεψαν.

V. L. „Multi non causa nequitiae non foenerati sunt.“ Cum V. L. componas P ܟܝܬܐ ܠܐ ܕܠܐ ܥܡ ܚܕܕܐ ܕܒܝܫܬܗ ܕܡܫܥܒܕ = „multi nequaquam malitia mutuo dando abstinuerunt“. Hinc sequitur:

a) in 7a cum V. L., S.H., codd. 23, 253, 307 πολλοὶ οὐ χάριν etc. legendum esse;*) ex ista particula negativa emendatione inepta enatum est οὖν, quod inter voces πολλοί et χάριν inserunt Arm. et codd. ℵ[1], A, 55, 70, 106, 155, 157, 248, 254, 296, Vind. I.

b) 7b sensu adversativo sumendum esse: „sed (non foeneraverunt,) quia ne sine causa fraudarentur metuerunt“; addunt δὲ post ἀποστερηθῆναι V. L., S.H., codd. 23, 55, 248, 253, Vind. II.

8. Πλὴν ἐπὶ ταπεινῷ μακροθύμησον.

V. L. „Verumtamen super humilem animo fortior esto“; sed habet τ „patiens“ (pro „fortior“) itaque etiam Miss. 310, a quo tamen abest in praevio vox „animo“. — Lectio vulgaris Latina debetur correcturae, qua quis comma 8a conformare studebat ad

*) οὐ legit etiam Aeth., qui more suo transferendi nimis libero hemistichium 7a sic reddit: ወብዙኃን ፡ እሰ ፡ ኢይሴቅሑ ፡ በኢፈቂደ ፡ ጻሕብ ፤ = „et multi mutuum non dederunt, cum in angustum venire nollent.“

hemistichium 8b, quod tamen V. L. eodem vitio infectum reddit*), cui obnoxium vulgo in Graeco legitur. — Quod si vero cum Nestle (Marginalien etc., pag. 55) in 8b negationem sustuleris atque ita leges: καὶ ἐπ' ἐλεημοσύνην παρελκύσεις αὐτόν**) (sic cod. B et Ald.), verbum μακροθύμησον commatis 8a cum sequentibus optime concordare videbis.

10. δι' ἀδελφὸν καὶ φίλον. V. L. „propter fratrem et amicum tuum"; sed abest „tuum" a codd. α, ϑ, κ[1], τ, Spec.[2] 407, 8. — cod. γ et Spec.[1] 143, 16 sq. „pro fratre et amico".

καὶ μὴ ἰωθήτω. V. L. „et non abscondas illam"; cum V. L. compone P: ܘܠܐ ܬܫܬܘܩ ܠܗ = „neve ponas illam" (sc. pecuniam tuam). Forsitan P et *g* formam radicis שית, G radicis שחת legerunt.

12. ἐν τοῖς ταμείοις σου καὶ αὕτη ἐξελεῖται σε ἐκ πάσης κακώσεως. Edersheim: „When the Vet. Lat. thus paraphrases v. 12: „conclude eleemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo" — it may have had St. Luke XVI, 9***) in view". Inepte sic iudicat. Licetne coniectare ἐν τοῖς ταμείοις σου Hebraice fuisse בְּבֵית מִסְכְּנוֹתֶיךָ (P habet ܒܒܝܬ ܡܣܟܢܘܬܟ), ita ut *g* בְּלֵב מִסְכֵּן legerit?

„exorabit" (= ἐξιλάσεται) nescio an radice כפר nitatur; ἐξελεῖται a radice פרק (cf. P ܢܦܨܟ). Vide etiam „exorare" 7, 10 textusque varietatem Hebraicam, quam ibi adnotavimus (pag. 97).

13. κράτους (= עז); V. L. „potentis" (= עז).

V. L. ⩕ ἀλκῆς; Arm. habet ὁλκῆς, quod a maiore parte testium Graecorum agnoscitur.

14. τὸν πλησίον. V. L. „pro proximo suo"; abest „pro" a codd. α, γ, ϑ, Spec.[1] 143, 22; lectio varians τῷ πλησίον ab Hoeschelio in margine adnotatur.

καταλείψει αὐτόν. V. L. „derelinquet (= ἐγκαταλείψει, quae lectio est plurimorum codicum Graecorum) sibi".

16. Ἀγαθὰ ἐγγύου ἀνατρέψει ἁμαρτωλός,

17. καὶ ἀχάριστος ἐν διανοίᾳ ἐγκαταλείψει ῥυσάμενον (+ αὐτόν cod. 248).

---

*) „et pro eleemosyna non trahas illum"; καὶ ἐπ' ἐλεημοσύνην μὴ παρελκύσῃς αὐτόν = „et quod attinet ad beneficium, illius spem noli trahere" (Bretschneider).

**) Nestle: „lass' einem armen Schuldner Zeit zum Bezahlen, dränge ihn nicht". — ἐπ' ἐλεημοσύνην „ut misericordiam ipsi tribuas".

***) κἀγὼ ὑμῖν λέγω, ἑαυτοῖς ποιήσατε φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵνα ὅταν ἐκλίπῃ, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς.

V. L. „Repromissorem fugit peccator et immundus.
Bona repromissoris sibi adscribit peccator,
et ingratus sensu derelinquet liberantem se“.

Cf. huc, quae cod. 248 post versum 16 inserit: ἐγγύων (quod emendes in ἔγγυον) φεύξεται ἁμαρτωλός; qui ordo stichorum mihi praeplacet propter enunciatum 17 καὶ ἀχάριστος ἐν διανοίᾳ ἐγκαταλείψει ῥυσάμενον. — V. L. („sibi adscribit“) lectionem vitiosam ἀναστρέψει (cod. 68, Ald., Arm.) sequi videtur.

19. ἁμαρτωλὸς ἐμπεσὼν εἰς ἐγγύην.

V. L. „peccator transgrediens mandatum (α, γ, ϑ, κ[1], Spec.[1] 144, 9 „mandata“) Domini incidet in promissionem nequam.“

cf. codd. (70), 248: ἁμαρτωλὸς παραβαίνων ἐντολὰς Κυρίου ἐμπεσεῖται εἰς ἐγγύην.

P: ܠܥܒܪ (עֹבֵר) ܚܛܝܐ ܕܦܩܕ̈ܬܐ ܕܡܪܝܐ ܢܦܠ ܒܥܪܒܐ (בָּעֲרָבָה) = „peccator, qui transgreditur praecepta Domini, incidet in sponsionem“. Patet ex P in textu Hebraico, quem G ad manus habuerit, quaedam praetermissa esse, cum oculus librarii facile ab עֹבֵר ad בָּעֲרָבָה aberraret. Cum igitur V. L. et codd. 70, 248 omissa illa suppleant, testes hi Sixtina fide hic digniores sunt. Scribas ergo etiam ἐμπεσεῖται pro ἐμπεσών.

διώκων ἐργολαβείας. V. L. „qui conatur multa agere“. Cum ἐργολαβεῖν dicatur, qui aliena negotia redimit, atque P hic habeat: ܘܣܒܪ ܠܡܥܒܕ ܕܥܒܕ ܠܗ ܠܢܦܫܗ (?עֲקֻשׁוֹת), animum meum suspicio subit pro ἐργολαβείας Hebraice a G lectum esse: לְקַבֵּל עֲלָיו (עשׁקים*).

21. ζωῆς. V. L. „vitae hominis“; sed abest „hominis“ a codd. α, γ, τ (Addunt ἀνθρώπου P, S.H., Arm., codd. 55, 106, 155, 157, 248, 254, 296).

Cum Sah. ac plurimis testibus Graecis legas ἄρτος καὶ ὕδωρ (sic et P) pro ὕδωρ καὶ ἄρτος.

23. Ἐπὶ μικρῷ καὶ μεγάλῳ εὐδοκίαν ἔχε.

V. L. „Minimum pro magno placeat tibi;“

sed codd. α, γ, ϑ, τ „super minimum et magnum (τ „maximum“) placeat tibi“.

23. V. L. + (= 30b V. L.) „et improperium peregrinationis non audies“.

Cf. codd. א[2], 248, qui hic addunt: καὶ ὀνειδισμὸν οἰκίας σου μὴ ἀκούσῃς. Hebraico fundamento huius commatis, quod expostulat

*) vel עסקים; cf. *H* 40, 1 et locos in pag. 67 e Talmude a nobis allatos.

parallelismus membrorum in Graeco vulgari interruptus, fidem facit quodammodo P, ubi pro versu 23 haec habentur:

حكم ضيف مكم راحة انه لا تربح
معلم حكمة حي حكمة انه لا يدرا حده

quae ad verbum expressa sic sonant: „cum multo et cum parvo nemo scit,*) et quid agat intra domum suam, nemo videt“. — Pro lectione difficiliore οἰκίας forsitan quispiam inductus Vetere Latina („peregrinationis“) substituerit παροικίας; cui tamen adversatur P (حكمة). Praeterea terminus ὀνειδισμὸν οἰκίας luculenter illustratur iis, quae Siracida versibus sequentibus exponit. Denique lectioni ὀνειδισμὸν οἰκίας favet elocutio ἐπιτίμησις οἰκίας (in v. 28 infra).

24. οὐκ ἀνοίξει στόμα. V. L. „non fiducialiter aget (οὐ παρρησιάσεται) nec aperiet os“. *g* perinde ac P ampliorem textum Hebraicum quam G ad manus habuisse videtur.

P: محل بتبل تاوحا لا اهمس لحمحلس مممه

= „et adversus iudicia magna non potest aperire os suum“ =

וְעַל . . . . . רַבִּים לֹא יִפְתַּח פִּיו?

g „et ubi hospitabitur, non fiducialiter aget nec aperiet os“ =

. . . . . לֹא יַרְחִיב(**) וְלֹא יִפְתַּח פִּיו

25. ξενιεῖς καὶ ποτιεῖς εἰς ἀχάριστα.

V. L. „hospitabitur et pascet et potabit ingratos“.

Verbum ξενιεῖς ergo bis translatum hic occurrit. Tertiam personam V. L. minus apte posuit pro secunda, quam defendit et P: امصبا انك مغلا رحبا محة: محلم اهمس مزمنا = „peregrinus es et bibis contumeliam et post haec acerba audies“. — Eadem versione comprobatur pro ξενιεῖς καὶ ποτιεῖς G rectius translaturum fuisse ξενισθήσῃ (P „peregrinus es“) καὶ ποτισθήσῃ. — Pro εἰς ἀχάριστα lege tantum ἀχάριστα cum codd. א¹, A, 55, 155, 157, 254, 307, 308. (Ad terminum ἀχάριστα ποτίζεσθαι compara Prov. 26, 6 חָמָס שֹׁתֶה = „iniuriam bibens“ = iniuriam patiens.)

27. ἀπὸ προσώπου δόξης, V. L. „a facie honoris amicorum meorum“ (∧ „meorum“ cod. τ). Ita textus Graecus male auctus est a quodam sciolo, quem effugit כָּבוֹד hic denotare splendorem atque ornamentum domus, qua qui vocatur advena egredi iubetur, ut alii cedat.

---

*) לֹא יֵדַע; εὐδοκίαν ἔχε = רָצָה.

**) לֹא יַרְחִיב sc. פִּיו = „non dilatabit os suum“.

ἐπεξένωταί μοι ὁ ἀδελφός, χρεία τῆς οἰκίας. V. L. „necessitudine domus meae hospitio mihi factus est frater"; cod. 248 χρεία τῆς οἰκίας, ἐπεξένωταί μοι ὁ ἀδελφός. V. L. vitiose legit χρείᾳ.

28 (= 35 V. L.). „Hospitalitatis", quod pro „foeneratoris" habet cod. α, incommoda correctura est, cum Siracida versu nostro quasi unum in locum cogat, quae diffusius per totum caput 29 exposuit; cf.

ἐπιτίμησις οἰκίας = vv. 21—28
ὀνειδισμὸς δανειστοῦ = vv. 1—20.

De hisce consulere te velim Nestle, Marginalien etc. pag. 55, ubi et bene disseritur de clausula versus nostri sic corrigenda: καὶ δανεισμὸς δανειστοῦ (cf. P ܕܡܫܟ̈ܢ; ܕܠܐ).

XXX.

1. V. L. in fine huius versus addit: „et non palpet proximorum ostia", quae verba absunt a cod. γ (prima manu) et a Spec.[1] 144, 13.

2. ὀνήσεται ἐπ' αὐτῷ. V. L. „laudabitur in illo". Cum P habeat ܢܒܫ ܚܕ (= „laetabitur illo"; cf. cod. 248 et Mon. serm. 200 pag. 687 εὐφρανθήσεται), nec lectio vulgaris Graeca sana esse videatur, pro ὀνήσεται iam ἥσεται*) (= „laetabitur") substituere volui (cf. cod. 106 ἡσθήσεται); sed deliberet forsitan quispiam, an praestet scribere αἰνέσεται sensu passivo intelligendum (cf. V. L.; Sah. ϥⲛⲁϫⲓ ⲉⲟⲟⲩ ⲛ̄ϩⲏⲧϥ̄; Aeth. ይንእይዎ ፡ ቦቱ ፡; cod. א² αἰνεθήσεται). De usu passivo futuri medii consule Winer: Gramm. des neutest. Sprachidioms, ed. 7 § 38, 4.

4. ὅμοιον γὰρ αὐτῷ κατέλιπε μετ' αὐτόν. V. L. „similem enim reliquit sibi post se". Male interpres Latinus αὐτῷ ad κατέλιπε assumpsit.

5. οὐκ ἐλυπήθη[. 6.] ἐναντίον ἐχθρῶν κατέλιπεν ἔκδικον. V. L. „non est contristatus nec confusus est coram inimicis; reliquit enim defensorem domus contra inimicos" (duo ultima verba genuine ignorat V. L., cum absint a codd. α, γ, τ). — V. L. textum Graecum continuo scriptum male distinxit. Ad terminum „defensorem" compara vocem Graecam σύνδικος (= „qui in causa patro-

*) Vide aoristum apud Homerum, Od. ι, 353: ἥσατο δ' αἰνῶς ἡδὺ ποτὸν πίνων. Futurum generis activi occurrit in Synesii Cyrenaei episcopi epist. 153 Migne Gr. 66, 1556): τοὺς μὲν γὰρ ἥσει, τοὺς δὲ ὀνήσει.

cinatur"), cui ἔκδικος quandoque est synonymum (vide Ciceronis ad familiares epist. 13, 56).

7. περιψύχων υἱόν .(= „qui fovet filium"). Mendose V. L. „pro animabus filiorum" = περὶ ψυχῶν υἱῶν = codd. B, 307, Ald; sic etiam Sah. et Aeth.

10. ἵνα μὴ συνοδυνηθῇς. V. L. „ne doleas"; codd. α, κ[1] „nec doleas" (quod correctura lectionis vulgatae enatum est). Non oportet scribi „ne condoleas", ut ex ista lectione variante colligit Thielmann VIII pag. 508, sed Vetus Interpres legit Graece ἵνα μὴ ὀδυνηθῇς (sic S.H. et codd. 248, 253).

γομφιάσεις τοὺς ὀδόντας σου. V. L. „obstupescent dentes tui". LXX (an Symmachus?) Ez. 18, 2 verbum γομφιάζειν, quod amplius non occurrere videtur, sensu intransitivo adhibent. Sed loco nostro genuinitas usus transitivi probatur versione P: ܘܠܐ ܢܫܬܝܠܐ ܫܢܝܟ = „neve postremo dentes tuos obstupefaciat". Nescio an Syrum secuti γομφιάσει scribere debeamus, praesertim cum tertiam personam exhibeant etiam S. H., Sah., Arm., Aeth. (cf. cod. 55 et Co.).

11 sqq. Μὴ δῷς αὐτῷ ἐξουσίαν ἐν νεότητι·
12. θλάσον τὰς πλευρὰς αὐτοῦ, ὡς ἔστι νήπιος,
μή ποτε σκληρυνθεὶς ἀπειθήσῃ σοι.
13. παίδευσον τὸν υἱόν σου καὶ ἔργασαι ἐν αὐτῷ,
ἵνα μὴ ἐν τῇ ἀσχημοσύνῃ σου προσκόψῃ·
καὶ μὴ παρίδῃς τὰς ἀγνοίας αὐτοῦ,
κάμψον τὸν τράχηλον αὐτοῦ ἐν νεότητι.

V. L., „Non des illi potestatem in iuventute,
et ne despicias cogitatus illius.
Curva cervicem eius in iuventute
et tunde latera eius, dum infans est,
ne forte induret et non credat tibi:
et erit tibi dolor animae.
Doce filium tuum et operare in illo,
ne in turpitudinem illius offendas".

Commata καὶ μὴ παρίδῃς τὰς ἀγνοίας αὐτοῦ,
κάμψον τὸν τράχηλον αὐτοῦ ἐν νεότητι

cum V. L., P, codd. 70, 248, Mon. serm. 202 pag. 690 post enunciatum μὴ δῷς αὐτῷ ἐξουσίαν ἐν νεότητι inserere debemus. Alieno loco in textum Sixtinae ingressa sunt e margine, in quo erant adscripta, cum librarius quidam propter homoeoteleuton

errore illa praetermisisset (Simile vitium ad 7, 17 et 28, 10 supra animadvertimus). Aberrantia igitur oculorum in S.H., Sah., Arm., Aeth. plurimisque manuscriptis Graecis verba καὶ μὴ παρίδῃς usque ad sequens ἐν νεότητι incl. desiderantur. — Pro τὰς ΑΓΝΟΙΑC αὐτοῦ (P ⟨syr⟩) inepte V. L. („cogitatus illius") legit τὰς ΔΙΑΝΟΙΑC αὐτοῦ. Quae V.L. post v. 12 inserit „et erit tibi dolor animae", conveniunt cum commate in cod. 248 exstante: καὶ ἔσται σοι ὀδύνη ψυχῆς (correctum hoc esse videtur in cod. 106 et Mon. l. c.: καὶ ἔσται σοι ἐξ αὐτοῦ ὀδύνη ψυχῆς, in cod. 70: καὶ ἔσται ὀδύνη τῇ ψυχῇ σου). Hemistichio huic, quod requirit parallelismus membrorum complendus, non deesse fontem Hebraicum probabilitatem afferre videtur P, ubi effatum 13a sic incipit: ⟨syr⟩ = „vexationem animae doce filium tuum". Pro ἐν τῇ ἀσχημοσύνῃ σου προσκόψῃ scribendum esse ἐν τῇ ἀσχημοσύνῃ αὐτοῦ προσκόψῃς docent V. L., S.H., Sah., Aeth., (Arm.), codd. א, A, C, 23, 106, 155, 157, 248, 253, 307, praesertim vero P: ⟨syr⟩ = „ne in suis insipientiis offendere te faciat". Pro ἀσχημοσύνῃ (P ⟨syr⟩) nescio an Hebraice exstiterit substantivum נִבְלָה, quod Gen. 34, 7 LXX vertunt ἄσχημον·

14. τῇ ἕξει (= בְּעָצְמוֹ; cf. P ⟨syr⟩). V. L. „viribus" = בְּעָצְמוֹ.

μεμαστιγωμένος εἰς σῶμα αὐτοῦ (= בְּבְשָׂרוֹ; cf. P ⟨syr⟩).

V. L. „imbecillis et flagellatus malitia" (= κακίᾳ, „calamitate" = בְּשֶׁבֶר).

17. ἢ ἀρρώστημα ἔμμονον. V. L. „et requies aeterna quam languor perseverans"; cf. codd. א² et 70 καὶ ἀνάπαυσις αἰώνιος (70 αἰῶνος) ἢ ἀρρώστημα ἔμμονον. In Graeco vulgari textus Hebraicus mutilatus redditur, ut docet et P 17b, quae versio cum V. L. fere congruit: ⟨syr⟩ = „et descendere ad inferos quam dolor permanens".

18. ἀγαθὰ ἐκκεχυμένα = טוֹבוֹת מְסֻכוֹת.

V. L. „bona abscondita" = טוֹבוֹת מְכֻסּוֹת.

Cf. Nestle, Marginalien etc. pag. 57. Cod. 248 habet ἀγαθὰ ἐκλεισμένα (Co. ἀγαθὰ κεκλεισμένα). Praestat G, melius vero transtulisset ἀγαθὰ ἐσπεισμένα, cum pro עַל־פֶּה נָסוּךְ (= ἐπὶ στόματι κεκλεισμένῳ) legere deberet עַל־פִּי נָסָךְ (= ἐπὶ στόματι εἰδώλου); cf. Ball et Nestle ad locum nostrum.

21. Μὴ δῷς εἰς λύπην τὴν ψυχήν σου. P: „ne tradas aerumnae (⟨syr⟩) animam tuam". V. L. e correctura Graeca: „Tristitiam non des animae tuae"; cf. cod. 155 μὴ δώσῃς λύπην τῇ ψυχῇ σου.

22. εὐφροσύνη καρδίας (cod. 248 + αὐτὴ) ζωὴ ἀνθρώπου.
V. L. „iucunditas cordis haec est vita hominis“.
Cf. P: ܗܝ ܕܒܪܐ ܠܒܐ ܕܚܕܐ ܗܝ ܚܝܐ ܕܒܪܢܫܐ.

23. ἀγάπα τὴν ψυχήν σου. V. L. „miserere animae tuae placens Deo et contine“. Videas supra ad 14, 16, ubi etiam comprobavi pro ἀγάπα legendum esse ἀπάτα.

24. ἄγει. V. L. „adducet“; sed γ et Spec.[1] 145, 12 „adducit“.

25. λαμπρὰ καρδία καὶ ἀγαθὴ ἐπὶ ἐδέσμασιν.
V. L. „splendidum cor et bonum in epulis est“;
genuine vero in V. L. legitur: „Splendidum cor bonum in epulis“ (codd. α, γ, θ). Optime hinc admonemur καὶ ἀγαθή in Graeco esse praedicatum (= καὶ ἀγαθή ἐστιν ἐπὶ ἐδέσμασιν), λαμπρά autem attributum vocis καρδία. [In P comma nostrum sonat sic: ܕܛܒ ܠܒܐ ܘܡܦܩ ܠܦܘܪܣܗ = „qui est bono corde, largiter erogat epulas suas“]. Falso ergo Fritzsche versum nostrum sic vertit: „ein freigebiges und bei guten Gerichten fröhliches Herz trägt Sorge für seine Speisen“. Vide idem mendum apud Edersheim, Zöckler etc.

XXXI (al. XXXIV).

1. ἐκτήκει. V. L. „tabefaciet“; sed γ, τ „tabefacit“.

2. μέριμνα ἀγρυπνίας. V.L. „cogitatus praescientiae“ (Bengel: „Vix intelligitur, unde hoc?“), sed pro „praescientiae“ legas „praesentiae“*), quae est incommoda translatio termini Graeci παρουσίας, qui hoc loco „opes“ vel „rem familiarem“ significabat; compara huc P: ܡܕܡ ܠܐ ܢܣܒ = „cura victus“.

ἀπαιτήσει νυσταγμόν. V. L. „avertit sensum“ (praefero νυσταγμόν = תְּנוּמָה; cf. P ܬܢܘܡܬܐ. „sensum“ = תְּבוּנָה). — Lectio interpretis *g* (= V. L.) „avertit“ ex Hebraico fonte desumpta cum P ܫܡ conspirat; in G autem, ut consultis testibus persuasum mihi habeo, ἀπαιτήσει est genuinum, nititur autem vitio textus Hebraici, quia mea sententia ab isto translatore יָגוּשׁ vel תָּגוּשׁ lectum est pro יָגָרֹשׁ vel תָּגָרֹשׁ. Delibero, an similis commutatio adfuerit Zach. 9, 8 et 10, 4, ubi pro נֹגֵשׂ (= „exactor“) LXX exhibent ἐξελαύνων (= נֹגֵרֵשׁ?).

*) = codd. α, γ, θ.

καὶ ἀρρώστημα βαρὺ ἐκνήψει ὕπνος.

V. L. „et infirmitas gravis sobriam facit animam".

Sed huius correcturae („animam") occasionem praebuisse videtur lectio mendosa ἐκνήψει. Verba enim 2b sic corrigas: καὶ ἀρρώστημα βαρὺ ἐκνεύσει (= „evitabit") ὕπνος, quocum magis convenit P ܘܡܬܚܙܐ ܐܡܪܥܐ ܕܚܝܠ = „et morbus vehemens abigit somnum". EKNEYCEI facile in EKNEΨEI, EKNIΨEI (cod. 106 = eluet), EKNIΦEI (cod. 307), EKNHΨEI transmutari poterat.

Sic ergo totum versum secundum accipias: „Cura rei familiaris expellit dormitationem, quemadmodum*) morbum gravem fugit somnus".

5. καὶ ὁ διώκων διαφθορὰν αὐτὸς πλησθήσεται (+ αὐτῆς codd. 296, 308).

V. L. „et qui insequitur consumtionem, replebitur ex ea". Legas καὶ ὁ διώκων διάφορα (= „opes, divitias"; cf. supra ad 7, 18) αὐτοῖς πλανηθήσεται. Vide Nestle, Marginalien etc. pag. 56 et P: ܘܕܪܕܦ ܠܗ ܡܢ ܗܘ ܕܠܗ = „et qui insequitur possessionem, ipsa aberrabit."

6. εἰς πτῶμα χάριν χρυσίου. V. L. „in auri casus"; χάριν, quod deest etiam in Arm., facile ante χρυσίου inadvertentia praeteriri poterat.

κατὰ πρόσωπον αὐτῶν. V. L. „in specie ipsius"; sed γ, τ, Miss. 811, Spec.[2] 392, 4 „in facie ipsius" (Spec.[2] „illius").

7. ξύλον προσκόμματός ἐστι τοῖς ἐνθυσιάζουσιν αὐτῷ.

V. L. „Lignum offensionis est aurum sacrificantium: vae illis, qui sectantur illud".

Putasne in V. L. duas lectiones coniunctas esse, ita ut „illis, qui sectantur illud" Graece sonuerit τοῖς ἐνθουσιάζουσιν αὐτῷ? Quam lectionem pro τοῖς ἐνθυσιάζουσιν αὐτῷ exhibent Aeth. (ለእሉሰመ፡ እለ፡የኀሥሥዋ፡) et codd. א[1], 106[1], 157, 308, Ald. Videtur ipsa esse genuina (a radice שגע?), cum P (ܕܠܐ ܙܒܢ ܠܗ = „quicumque aberrat ipso") formam radicis שנג sine dubio sequatur.

8. Sunt manuscripta Latina, quae pro „dives" habeant „vir", cum a versu hoc nonnunquam lectio officii divini inciperet; cf. Brev. 1305 et Com. 285 (Vide supra ad 15, 1).

9. τίς ἐστιν οὗτος V. L., codd. 70, 106, 248.

10. τίς ἐδοκιμάσθη; V. L. „qui (sed α, γ, ϑ, Spec.[1] 145, 20; Com. 285; Miss. 811; Brev. 1182 „quis) probatus est".

---

*) = ֽ; cf. Gesenius: Hebr. Gramm. ed. 26 § 161, 1.

καὶ ἔστω εἰς καύχησιν. V. L. „erit illi gloria aeterna"; sed α, γ, ϑ, Spec.[1] 145, 20sq., Brev. 1182 „et erit illi in gloria aeterna"; καὶ ἔσται αὐτῷ εἰς καύχησιν S.H., Arm., codd. א[2], 23 (ita post 9b etiam cod. 253). P quoque addit αὐτῷ.

καὶ ποιῆσαι, V. L. (+ „et" α, ϑ, Spec.[1] 145, 22; Miss. 811; Brev. 1182 et 1305; Com. 285) „facere mala".

11. Praefigunt hemistichio 11a διὰ τοῦτο V. L., codd. 70, 248; P ܒܗܝ ܕܠܐ.

ἐκκλησία, V. L. „omnis ecclesia sanctorum"; sed ∧ „omnis" α, γ, Spec.[1] 145, 23; Miss. 811; Brev. 1182 et 1305; Com. 285).

12. καὶ μὴ εἴπῃς· πολλά γε τὰ ἐπ᾽ αὐτῆς.

V. L. „Non dicas sic: multa sunt, quae super illam sunt." Olim fortasse sonuit: „non dicas: si multa (γ, ϑ; mendose α „simulata") sunt, quae super etc."

13. ὅτι κακὸν ὀφθαλμὸς πονηρός. V. L. „quoniam malus est oculus nequam"; sed ∧ „est" in codd. α, γ, ϑ, τ.

διὰ τοῦτο ἀπὸ παντὸς προσώπου δακρύει.

V. L. „ideo ab omni facie sua lacrymabitur".

„Sua" etsi glossema serius esse videtur*), tamen non inepte additum est. Interpres Graecus peccavit hic, cum מִכָּל־פָּנִים**) adeo non ἀπὸ παντὸς τοῦ προσώπου***) verteret, ut ἀπὸ παντὸς προσώπου redderet.

14. οὗ ἐὰν ἐπιβλέψῃ. V. L. „cum (male ὅταν) viderit", quod in plerisque exemplaribus Latinis falso ad versum praevium attrahitur. Quapropter in sequentibus „prior" post μὴ ἐκτείνῃς χεῖρα spurie additum est, ut textu completo commodus sensus enasceretur.

καὶ μὴ συνϑλίβου αὐτῷ ἐν τρυβλίῳ.

V. L. „ne (sed α, γ „nec") comprimaris in convivio".

ἐν τρυβλίῳ = בְּקֻעָרָה?

„in convivio" = בסעודה? (quae vox in Hebraismo seriore et in Chaldaismo est usitatissima). Compara huc 1 (3) regg. 13, 7 סֻעָה, LXX ἀρίστησον; integre dicitur לַב סְעַד.

---

*) Lucas Brugensis pronomen illud a quibusdam manuscriptis abesse reperit, neque eodem teste Hugonem a Sto. Charo cardinalem illud cognovisse credibile est. — Jansenius alicubi invenit „tua".

**) Cf. Js. 1, 5 כָּל־רֹאשׁ = „totum caput", non „quodvis caput"; vide, quae disserat Gesenius, Hebräische Grammatik ed. 26 pag. 406, c.

***) = tantopere lacrymatur, ut lacrymae de tota facie decurrant. Est ergo hic constructio quaedam, quae vocatur praegnans.

15. νόει τὰ τοῦ πλησίον ἐκ σεαυτοῦ.

V. L. „intellige, quae sunt proximi tui, ex te ipso“; sed α, γ, ϑ, τ „intellige (γ, ϑ + „rem“) proximi (α, γ, ϑ, τ + „tui“) ex te ipso“.

V. L. ^ καὶ ἐπὶ παντὶ πράγματι διανοοῦ; sed additur in eadem versione post 14a absque G: „et invidia contaminatus erubescas“.

16. καὶ μὴ διαμασῶ. V. L. „ne cum manducas multum“; sed α, γ, ϑ „et non cum manducas multum“ (vide et not. ad Spec.[1] 145, 25).

19. ὡς ἱκανὸν ἀνϑρώπῳ πεπαιδευμένῳ τὸ ὀλίγον.

V. L. „quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum“. Clem. Alex. paedag. 2, 2 (Migne Gr. 8, 432) versum nostrum sic recitat: τὸ ἱκανὸν ἀνϑρώπῳ πεπαιδευμένῳ οἶνος.

καὶ ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ (עַל־מִשְׁכָּבוֹ, P ܥܠ ܡܥܪܥܗ) οὐκ ἀσϑμαίνει.

V. L. „et in dormiendo (בְּשָׁכַב) non laborabis ab illo et non senties dolorem“.

Cum colon πόνος ἀγρυπνίας καὶ χολέρας κτλ. (v. 20) in V. L. aeque atque in P proximum sit versui 19, Latinus interpres pro οὐκ ἀσϑμαίνει· πόνος ἀγρυπνίας incommoda verborum distinctione legit οὐκ αἰσϑάνει („non sentis“)*) πόνον· ἀγρυπνία κτλ. Idem activum κοπιάσει (= laborabit)**) male formam medii iudicavit („laborabis“).

20. ἐπὶ ἐντέρῳ (בְּקֶרֶב) μετρίῳ. V. L. „in homine (בְּנֶבֶר) parco“. Cum V. L. congruit P: ܒܓܒܪܐ ܕܚܣܝܢ ܒܗ = „cum viro, qui temperate dispositus est natura“.

ἀνέστη πρωΐ (הִשְׁכִּים בַּבֹּקֶר). V. L. „dormiet usque (α, ϑ, Spec.[2] 527, 11 + „in“) mane“ (יִשְׁכַּב עַד־הַבֹּקֶר); cum V. L. consentit P: ܒܫܚܪܐ ܢܫܟܒ.

καὶ χολέρας. V. L. (α, Spec.[2] 527, 10 + „et) cholera“; item cod. 248 et Clemens Alex. l. c.

21. ἀνάστα μεσοπωρῶν καὶ ἀναπαύσῃ.

V. L. „surge e medio, evome et refrigerabit te“. Pro μεσοπορῶν***) (sic scribas cum codd. ℵ[2], 68, 106, 254, 307,

---

*) cod. 296 οὐκ ἀσϑαίνῃ!

**) Ad vocem (οὐ) κοπιάσει, quam in G desidero, conferre te velim 19 P ܠܐ ܢܬܥܝܐ.

***) μεσοπορεῖν = „mediam carpere viam“,
μεσοπωρεῖν = „in medio autumni esse“.

Ald. etc.) substituendum esse ἔμεσον quidam iam pridem arbitrati sunt; cf. cod. 248, qui duplici lectione habet ἀνάστα μεσοπορῶν, ἔμεσον. Est nihilominus μεσοπορῶν in G genuinum, quamquam exortum est e textu vitioso Hebraico, quod mendum a *g* (V. L.) abest.

G ἀνάστα μεσοπορῶν*) = קוּם | בַּתָּוֶךְ צְאָה,

g „surge e medio, evome“ = קוּם מִתָּוֶךְ | הָקֵא.

Praestat textus V. L. (*g*), cuius terminum „evome“ lectioni Hebraicae a G diversae attribuere malim.

21. (= 25 V. L.) + „et non adduces corpori tuo infirmitatem“ (α, γ „infirmitates“); vide 22bβ in Sixtina.

23. χείλη, V. L. + „multorum“; cf. ad 1, 24 (pag. 54).

25. ἐν οἴνῳ μὴ ἀνδρίζου (אַל־תִּתְגַּבֵּר; cf. P ܠܐ ܬܬܓܒܪ). — V. L. „diligentes in vino noli provocare“ (אַל־תִּתְעָרֵב).

26. οὕτως οἶνος καρδίας ἐν μάχῃ ὑπερηφάνων.

V. L. „sic vinum corda superborum arguet in ebrietate potatum“;

cf. codd. 70 et 248 οὕτως οἶνος καρδίας (248 ἐν καρδίᾳ) ὑπερηφάνων ἐν μέθῃ. Sed favet textui vulgari Graeco versio P: ܗܟܢܐ ܚܡܪܐ ܡܟܣܝܢ ܠܒܐ ܕܥܒܕ ܥܘܠܐ = „ita vinum est provocator iniquitatis“. — Sah. et Arm. emendate vertunt: οὕτως οἶνος (Sah. + δοκιμάζει) καρδίαν ὑπερηφάνων (Sah. ὑπερηφάνου) ἐν μάχῃ.

27. ἔπισον ζωῆς οἶνος ἀνθρώπῳ. V. L. „aequa vita hominibus vinum in sobrietate“; sed α, (γ), τ pro istis habent nonnisi: „aequavit in vita vinum hominibus“. Pro ἀνθρώπῳ substituas ἀνθρώποις (= V. L., S.H., Arm. plurimique codices Graeci).

καὶ αὐτὸς ἔκτισται εἰς εὐφροσύνην ἀνθρώποις.

V. L. „vinum in iucunditatem (-te“ γ, ϑ, Spec.² 528, 2) creatum est, et (∧ „et“ α, γ, ϑ, τ, Spec.² 528, 3) non in ebrietatem (-te“ γ, ϑ, Spec.² l. c.) ab initio“.

Cum V. L. componas P ܗܟܢܐ ܚܡܪܐ ܕܫܪܝܐ ܠܫܟܪܘܬܐ ܡܢ ܪܫ = „quod a principio ad iucunditatem creatum est“. — Clemens Alex. paed. 2, 2 (Migne Gr. 8, 416): ἀγαλλίαμα ψυχῆς καὶ καρδίας οἶνος ἔκτισται

---

*) Habent e correctura mere Graeca:

cod. 23: ἀναστὰς ἔπεσον(! pro ἔμεσον) καὶ ὑγιὴς ἔσῃ.

cod. 70: ἀναστὰς ἔμεσον καὶ ἀναπαύσῃ.

ed. Basileensis anni 1551: ἀνάστα, πορεύου, ἔμεσον καὶ ἀναπαύσῃ.

Sah.: ἀνάστα, ἔμεσον καὶ ἀναπαύσῃ.

S.H.: ἀνάστα ἐκ μέσου (pro ἔμεσον) καὶ ἀναπαύσῃ.

ἀπ' ἀρχῆς πινόμενος αὐτάρκως [vide ad haec Clementis verba etiam (v. 36 V. L.)].

28. ἀγαλλίαμα καρδίας καὶ εὐφροσύνη ψυχῆς
οἶνος πινόμενος ἐν καιρῷ αὐτάρκης.

29. πικρία ψυχῆς οἶνος πινόμενος πολὺς
ἐν ἐρεθισμῷ καὶ ἀντιπτώματι.

30. πληθύνει μέθη θυμὸν ἄφρονος εἰς πρόσκομμα,
ἐλαττῶν ἰσχὺν καὶ προσποιῶν τραύματα.

(36 V. L.) „Exultatio animae et cordis vinum moderate potatum" (vide Clementis Alex. verba modo citata).

(37 V. L.) „Sanitas est animae et corpori sobrius potus*).

(38 V. L.) Vinum multum potatum irritationem et iram et ruinas multas facit.

(39 V. L.) Amaritudo animae vinum multum potatum**).

(40 V. L.) Ebrietatis animositas imprudentis offensio, minorans virtutem et faciens vulnera".

Ad verba (versus 38 V. L.) considera, quomodo Clemens Alex. paed. 2, 2 (Migne Gr. 8, 417) colon hoc proferat: οἶνος πινόμενος πολὺς ἐν ἐρεθισμῷ καὶ παντὶ πτώματι (e 29 G) πληθύνει (e 30 G). Textus ergo Graecus olim continuo scriptus hic aliter atque vulgo distinctus apparet. (In V. L. praeterea pro πικρία ψυχῆς in priore commatis 29a translatione substituitur „sanitas est animae et corpori"). Sed perperam ita factum est, ut probat P cum Graeco consentiens divisione textus: ܕܚܕ ܡܬܫܥܒܢܐ ܘܡܕܘ ܢܓ ܫܥܒܐ ܘܫܥܐ ܕܪܫܐ ܚܡܪ ܕܫܬܐ (= „aerumna et paupertas et dolor capitis vinum, quod bibitur in iurgio"). Deinde sic pergitur: ܡܫܟܪܐ ܚܒܐ ܕܚܡܬܐ ܘܫܥܐ ܕܣܟܠܐ ܘܡܟܫܠܐ (= „multitudo vini stulto struit offendiculum"). Vides ergo ἐν ἐρεθισμῷ καὶ ἀντιπτώματι ad πινόμενος, non ad πληθύνει (ut habet V. L.) pertinere. — Denique in V. L. pro μέθη θυμόν occurrit „ebrietatis animositas" (= μέθης θυμός), itaque verbo πληθύνει ad praevia assumpto legitur emendatione mere Graeca. Hac in opinione confirmor cum ordine verborum μέθης θυμός, tum dispositione textus versionis P***) supra allegati. Istius cor-

*) Deleas verba „sobrius potus"; quae desunt in γ, τ.

**) Quod hemistichium expungas; serius insertum esse videtur, cum versum 29a iteret atque cum textu vulgari Graeco congruat.

***) ܫܬܐ ܚܒܐ = שֵׁכָר עֲבָרָה
μέθη θυμόν = שֵׁכָר (אֶת־)עֲבָרָה

recturae (μέθης θυμός) ansam praebuit, ut patet, sequens ἐλαττῶν ἰσχύν (in Sixtina ut subiectum subaudias ὁ οἶνος), quod cum antecedentibus grammatice concordare non posse videbatur.

XXXII (al. XXXV).

2. (= 3 V. L.) + „et dignationem consequaris corrogationis". Quod additamentum aliquam similitudinem habet cum eis, quae P in fine versus 2 pro καὶ εὐκοσμίας χάριν λάβῃς στέφανον affert: ܘܬܣܒ ܟܪܝܡܘܬܐ ܒܣܘܡܐ = „et apud mensam consequeris honorem"; quare in suspicionem mihi venit Latinum interpretem legere debuisse καὶ ἀξίωμα λάβῃς ἐπὶ τραπεζῶν („et dignationem consequaris apud mensas") pro καὶ ἀξίωμα λάβῃς ἐπιτραπέζων*). Coniecturam nostram praeter P stabilire videtur etiam ordo verborum „dignationem consequaris corrogationis".

3. λάλησον πρεσβύτερε, πρέπει γάρ σοι, ἐν ἀκριβεῖ ἐπιστήμῃ. Textum Veteris Latinae aliter atque in editione vulgata distinguas sic: „Loquere, maior natu, (decet enim te primum verbum) diligenti scientia" (ἐν ἀκριβεῖ ἐπιστήμῃ). — Clemens Alex. paed. 2, 7 (Migne Gr. 8, 461) versum nostrum sic profert: λάλησον, πρεσβύτερε, ἐν συμποσίῳ, πρέπει γάρ σοι, ἀλλ' ἀπαραποδίστως λάλησον καὶ ἐν ἀκριβείᾳ ἐπιστήμης. Haesito, an ἀλλ' ἀπαραποδίστως (= „non praepedite, sine impedimento") olim Graece sonuerit πρωτίστῳ (cf. „primum verbum" V. L.), ita ut Clemens Alex. libere hic citet.

μουσικά, V. L. „musicam"; sed α, γ, τ „musica".

4. ὅπου ἀκρόαμα; cod. 106[2] ὅπου οὐκ ἔστιν ἀκρόαμα; edd. Stephani (Parisiis 1555) et Basileensis anni 1551 ὅπου οὐκ ἀκρόαμα. — V. L. „ubi auditus non est", sed γ, τ, Spec.[1] 146, 7 „ubi auditus est". At negationem recipiendam commendant

a) contextus; cf. enim ἀκαίρως (4b) et colon 3a, quod versu nostro accuratius exsequitur auctor.

b) fortasse et P: ܕܠܐ ܐܝܬ ܒܗ ܫܬܝܐ
= „loco, ubi bibitur vinum" = בְּמָקוֹם יֵין שֹׁתִים בּוֹ
ὅπου οὐκ ἀκρόαμα = בְּמָקוֹם אֵין שְׁיִת לֵב

Post v. 6 Sixtinae V. L. male addit: „audi tacens [cf. v. 8 (= 12

*) Occurrit vox ἐπιτράπεζος de convivis intelligenda in L. Bachmannii „Anecdotis Graecis" (vol. I. Lipsiae 1828 pag. 234, 1). Est ergo „corrogatio" hic coetus eorum, qui ad convivium rogati sunt.

V. L.)], et pro reverentia accedet tibi bona gratia“ [vide ad v. 10 (= 14 V. L.)].

7. λάλησον, νεανίσκε, εἰ χρεία σου,
μόλις δὶς ἐὰν ἐπερωτηθῇς·
8. κεφαλαίωσον λόγον, ἐν ὀλίγοις πολλά,
γίνου ὡς γινώσκων καὶ ἅμα σιωπῶν.
V. L. „Adolescens loquere in tua causa vix.
Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum.
In multis esto quasi inscius,
et audi tacens simul et quaerens“ (τ „verens“).

Ut V. L. ita etiam Sah., Arm., Aeth. inter μόλις et δίς interpungunt. — Legit interpres Latinus: ἐν πολλοῖς γίνου ὡς οὐ γινώσκων. — Prae εἰ χρεία σου arridet mihi lectio Veteris Latinae ἐν χρείᾳ σου. Eadem versione quodammodo inducor, ut versus 7 et 8 aliter atque in editionibus vulgaribus sic distinguendos proponam:

λάλησον, νεανίσκε, ἐν χρείᾳ σου μόλις δίς·
ἐὰν ἐπερωτηθῇς, κεφαλαίωσον λόγον,
ἐν ὀλίγοις πολλά,
γίνου ὡς γινώσκων καὶ ἅμα σιωπῶν.

9. μὴ ἐξισάζου; V. L. „non praesumas“ (quod Germanice dicitur „nimm dir nichts heraus“) = μὴ ἐξουσιάζου (= cod. ℵ). Recipias hanc lectionem, quippe quam suadeat et P ܠܐ ܬܬܝܗܒ (= „ne extollaris“).

καὶ ἑτέρου λέγοντος; V. L. „et ubi sunt senes“; Co. καὶ ὅπου γέροντες (cod. 248 vero καὶ ὅπου λέγοντες)*); vera et antiqua lectio meo iudicio erat καὶ οὗ γέροντες.**) Habet P: ܘܠܘܬ ܡܣܒ̈ܐ ܐܢܬ = „et seniores te“ (sc. noli probris afficere).

10. καὶ πρὸ αἰσχυντηροῦ προελεύσεταί χάρις.
V. L. „et ante verecundiam praeibit gratia,
et pro (= ὑπὲρ) reverentia accedet (προσελεύσεται cod. 55)
tibi bona gratia“.

Priorem partem Veteris Latinae ignorant codd. γ***), τ, Cavensis, Spec.[1] 146, 13 primaque manu Parisini 93 et 11940.

11. ἐν ὥρᾳ ἐξεγείρου (בְּעֵת קוּמָה) καὶ μὴ οὐράγει,
ἀπότρεχε εἰς οἶκον καὶ μὴ ῥᾳθύμει.

*) Sic etiam S.H. et Arm. habent.

**) οὗ deprompsi e cod. 23 (καὶ) οὗ (λέγοντες).

***) ita Bergerio teste; Sabatierio autem auctore pars posterior in manuscripto γ desideratur.

V. L. „et hora surgendi (בְּעֵת קוּמָה) non te trices, praecurre autem prior in domum tuam“.

Cum V. L. componas verba Clementis Alexandrini (paed. 2, 7; Migne Gr. 8, 460): ἐν ὥρᾳ ἀναστάσεως μὴ οὐράγει καὶ ἀπότρεχε εἰς οἶκόν σου. Mea sententia Latinus interpres in exemplari suo Graeco reperit haec:

καὶ ἐν ὥρᾳ ἀναστάσεως μὴ βραδύνῃς,*)
καὶ μὴ οὐράγει ἀποτρέχων εἰς οἶκόν σου.

12. ἐκεῖ παῖζε, V. L. „et illic avocare et illic lude“.

Falso Lucas Brug. (pag. 257) vocem „avocare“ translationem termini καὶ μὴ ῥᾳθύμει iudicat (= illinc sc. e domo convivii avoca te, separa te, vel illuc sc. domum tuam avoca te). Sed „avocari“ voci παίζειν synonymum designat abductionem animi oblectandi a sollicitudine, id quod nostrates dicunt „sich zerstreuen“, respondetque verbo cuidam Graeco, quod apud alium libri nostri testem non reperi.

12. καὶ μὴ ἁμάρτῃς λόγῳ ὑπερηφάνῳ.

V. L. „et non in delictis et verbo superbo“.

Cf. S.H., Sah., codd. א¹, 23, 248, 253: καὶ μὴ ἁμαρτίᾳ (א¹, 248 ἐν ἁμαρτίαις) καὶ λόγῳ ὑπερηφάνῳ.

13. καὶ ἐπὶ τούτοις εὐλόγησον τὸν ποιήσαντά σε.

V. L. „et super his omnibus benedicito Dominum (Spec.¹ 146, 16 „Deum“), qui fecit te“.

P: „et super his omnibus benedic nomen Dei“.

14. ὀρθρίζοντες + πρὸς αὐτόν V. L., Arm., Aeth., codd. 70, 307.

Pro ΕΥΔΟΚΙΑΝ V. L. habet „benedictionem“ (ΕΥΛΟΓΙΑΝ). Lectioni illi difficiliori favet et Syri paraphrasis 14b: „et cum orabit coram illo, ipsum exaudiet.“

18. καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι μετ' αὐτοῦ ἄνευ βουλῆς.

V. L. + „et suis insectationibus arguetur“,

quod comma Fritzsche complendi parallelismi membrorum causa in textum assumendum ducit. Idem egregie auguratur verbis καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι μετ' αὐτοῦ ἄνευ βουλῆς mendum interpretis

*) In Mon. serm. 119 pag. 375 legitur: ἐν ὥρᾳ σου ἐξεγείρου καὶ μὴ βραδύνῃς. — „Non te trices“ (V. L.) = noli morari, noli differre [cf. Du Cange, Glossarium ad scriptores mediae et infimae Latinitatis, Parisiis 1846 vol. VI pag. 666; vide et K. Hamann, Weitere Mitteilungen aus dem Breviloquus Benthemianus (in programmate lycei Johannei Hamburgensis anni 1882) pag. 31].

inesse. Opinatur enim G וְאַחֲרֵי עֲשׂוֹת עַמּוֹ לֹא עָצָה vertere debuisse: καὶ (= vel etiam) μετὰ τὸ ποιῆσαι μετ' αὐτοῦ οὐκ ἔστι βουλή.

21. Μὴ πιστεύσῃς ἐν ὁδῷ ἀπροσκόπῳ. Inepte textus Sixtinus a quibusdam (Sah., S.H., Fritzsche etc.) intelligitur sic: viae, quae sine offendiculo est (vel potius esse videtur, neque tamen est), noli confidere. Item reicio lectionem (ἐν ὁδῷ) ἀπροσκόπτῳ[*) = Co., Ald.]. Magis commendatur interpretatio „viae improvisae, inopinatae" (ἀπροσκόπῳ a radice προσκοπέω); cf. 3 Macc. 3, 8 ταραχὴν ἀπροσδόκητον . . . . . καὶ συνδρομὰς ἀπροσκόπους γινομένας. Sed a me impetrare nequeo, ne suspicer locum nostrum antiquitus sic conscriptum fuisse:

μὴ πιστεύσῃς ἐν ὁδῷ ἀπροσκόπως (= „cum non prospexeris", בְּלֹא דַעַת vel בְּלֹא מַדָּע),

P ⸗ = „ne confidas viae impiorum" (= עַוְלִים),

V.L. „nec credas te viae laboriosae" (עָמָל?).

23. ἐν παντὶ ἔργῳ, V. L. „in omni opere tuo"; sed ∧ „tuo" codd. α, τ, Com. 280; Brev. 239.

24. (ὁ πιστεύων) νόμῳ; V.L. et cod. 248 Κυρίῳ.

XXXIII (al. XXXVI 1—16 et XXX 25—40).

2. ὁ δὲ ὑποκρινόμενος (a radice שקר?) ἐν αὐτῷ ὡς ἐν καταιγίδι πλοῖον.

V. L. „et non illidetur (a radice שבר?) quasi in procella navis".

3b sq. καὶ ὁ νόμος αὐτῷ πιστὸς ὡς ἐρώτημα δικαίων (δήλων pro δικαίων suadent S. H., Sah. maiorque pars testium Graecorum). Ἑτοίμασον λόγον καὶ οὕτως ἀκουσθήσῃ, σύνδησον παιδείαν καὶ (+τότε S.H., Sah., codd. 55, 157 etc.) ἀποκρίθητι.

Pro quibus omnibus in V. L. leguntur haecce:

„et lex illi fidelis (ὡς post πιστός missum factum est). Qui interrogationem manifestat, parabit (ἑτοιμάσει) verbum et sic deprecatus exaudietur (ἀκουσθήσεται) et conservabit disciplinam et tunc respondebit" (ἀποκριθήσεται).

*) Est adiectivum ἀπρόσκοπτος (a radice προσκόπτω) synonymum voci ἀπρόσκοπος (= „sine offendiculo" ab eadem radice).

V. L. ergo textu Graeco male interpuncto atque perperam mutato nititur. Sequitur praeterea versio Latina lectionem vitiosam δηλῶν („qui . . . manifestat") pro δήλων, qua voce Urim (Num. 27, 21) et Thummim (Deutn. 33, 8) Hebraeorum significantur („et lex certe illi enuntiat, quemadmodum Urim et Thummim se consulentibus"). — Patet vero ex maiore numero testium δήλων, non δικαίων nostro Siracidae loco esse lectionem veram. Pro σύνδησον צוֹר [*) a radice צרר] rectius *g* (V. L.) legit συντήρησον (V. L. συντηρήσει vitiose) = נְצֹר (a radice נצר).

6. ἵππος εἰς ὀχείαν ὡς φίλος μῶκος.

V. L. „equus emissarius (cod. γ „admissarius"; cod. Carol. Turic. „ammissarius"; α „amissarius") sic et amicus subsannator" (pro „sic et" cum α, γ, ϑ, Rab. scribas „sicut"; cf. Graecum).

Pro „emissarius" substituendum esse „admissarius" egregie admonet Ph. Thielmann in programmate, quod inscribitur: „Beiträge zur Textkritik der Vulgata, insbesondere des Buches Judith", Spirae 1883, pag. 14.

7. καὶ πᾶν φῶς ἡμέρας ἐνιαυτοῦ ἀφ' ἡλίου.

V. L. „et iterum (καὶ πάλιν e corr., cum lectioni πᾶν suffragetur P) lux lucem et annus annum a sole".

V. L. sensum originalem commatis 7b vel in Graeco inepte translati in deterius commutatum reddidit. Effatum 7b adversative ita accipi debet: (quare dies diem exsuperat,) cum tamen (וְ) omnis lux dierum anni ab eodem sole progrediatur.

9. ἡγίασε, V. L. „magnificavit"; sed cod. τ „sanctificavit".

10. καὶ ἄνθρωποι πάντες ἀπὸ ἐδάφους,
καὶ ἐκ γῆς ἐκτίσθη Ἀδάμ.

V. L. „et omnes homines (α, ϑ „homines omnes") de solo et ex terra, unde (ἐκ γῆς ἐξ ἧς?) creatus est Adam".

Sed ita in V. L. aperte ex emendatione legitur. Consentit cum G versio P ܘܒܥܦܪ ܐܬܒܪܝ ܐܝܟ ܕܐܬܒܪܝ ܐܕܡ = „et ex pulvere creatus est Adam" = quemadmodum (καὶ = וְ; cf. Gesenius, Hebr. Gramm. ed. 26 pag. 494) de terra creatus est Adam".

12. Pro ἀπὸ στάσεως αὐτῶν V. L. male „a separatione ipsorum" = ἀπὸ ἀποστάσεως αὐτῶν. Cum lectione Sixtina compara P ܡܢ ܡܫܪܝܬܗܘܢ = „a mansionibus ipsorum".

*) Cf. Is. 8, 16.

13. ὡς πηλὸς κεραμέως ἐν χειρὶ αὐτοῦ,
πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ·
οὕτως ἄνθρωποι (cod. 248 ἄνθρωπος) ἐν χειρὶ τοῦ ποιήσαντος αὐτούς (cod. 248 αὐτόν),
ἀποδοῦναι αὐτοῖς κατὰ τὴν κρίσιν αὐτοῦ.
V. L. „Quasi lutum figuli in manu ipsius,
plasmare illud et disponere,
omnes viae eius secundum dispositionem eius,
sic homo in manu illius, qui se fecit,
et reddet illi (sed α, γ „illis“) secundum iudicium suum“.

Verba „plasmare (πλάσαι) illud et disponere“ constituunt aliam lectionem in Graeco emendatam pro genuina recensionis *g* „omnes (πᾶσαι) viae eius secundum dispositionem eius“. Ad priorem lectionem compara cod. 70, in quo 13aβ sic sonat: πλάσαι αὐτὸ κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ. Videtur huius correcturae (πλάσαι) ansam dedisse terminus πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ, in quo quis offenderit. Nescio an Graecus interpres melius translaturus fuerit πάντα τὰ πλάσματα (κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ; cf. Job 40, 19 (14) M.T.: רֵאשִׁית דַּרְכֵי־אֵל, LXX ἀρχὴ πλάσματος Κυρίου), vel si hoc minus probatur, verba Sixtina ita intelligas: „omnes fortunae illius (sc. luti) secundum voluntatem eius“ (sc. figuli; cf. Ps. 37,5 דַּרְכֶּךָ).

14. V. L., cod. 248 καὶ οὕτως ἀπέναντι ἀνδρὸς εὐσεβοῦς ὁ ἁμαρτωλός.

15. δύο δύο, ἓν κατέναντι τοῦ ἑνός. V. L. „duo et duo et unum contra unum“; sed codd. γ et τ „duo duo, unum contra unum“.

16. ἠγρύπνησα, V. L. „evigilavi“; sed α, γ, ϑ „vigilavi“.

ἔφθασα (= קִדַּמְתִּי), V. L. „speravi“ (= קִוִּיתִי*), P ܩܕܡܬ (= קִדַּמְתִּי); sed praeplacet G, quia magis quadrat ad antithesin 16aα: κἀγὼ ἔσχατος ἠγρύπνησα, ubi בַּתִּי**) vitiose lectum esse pro בָּאתִי (= κἀγὼ ἔσχατος ἦλθον) eximie coniectavit Edersheim ex P ܐܦ ܐܢ ܐܬܝܬ ܐܚܪܢ = „et ego novissime veni“.

V. L. ante ὡς καλαμώμενος inserit „et“, sed incommode, ut efficitur ex eis, quae modo exposuimus de vero commatis 16a sensu; e quo verba ὡς καλαμώμενος ὀπίσω τρυγητῶν ad praevia adiungenda esse sequitur (κἀγὼ ἔσχατος ἦλθον ὡς καλαμώμενος

*) Falso Edersheim de Latino sic iudicat: The Latin is perhaps an error for „properavi“.

**) a radice בוא.

ὀπίσω τρυγητῶν). Fallitur igitur Fritzsche, qui opinatur: „Vor ὡς wird nach Vet. Lat. „et quasi“ καὶ zu setzen sein“. Nostrae suspicioni accedit probabilitas ex versione P, in qua pro ἐν εὐλογίᾳ Κυρίου ἔφθασα habentur haec: ܘܐܬܩܝܡ ܒܛܝܒ̈ܬܐ ܕܡܪܝܐ = („*et* in bonis Dei steti“).

19. μεγιστᾶνες λαοῦ, V. L. „magnates et omnes populi“; verba haec in Latino male esse amplificata (pro „magnates populi“) concludo cum ex P (ܘܪܒ̈ܪܒ̈ܢܐ), tum ex antithesi 17b οἱ ἡγούμενοι ἐκκλησίας.

21. ἕως ἔτι ζῇς (a radice חיה), V. L. „dum adhuc superes“ (a radice היה).

μὴ ἀλλάξῃς σεαυτὸν πάσῃ σαρκί.

V. L. „non immutabit te omnis caro“ (emendate legit μὴ ἀλλάξῃ σεαυτὸν πᾶσα σάρξ).

Difficultas loci nostri auferri non posse mihi videtur, nisi Graecum interpretem אַל־תִּתְמוֹרֵר mendose legisse pro אַל־תִּתְמַכֵּר („ne te cuiquam vendideris“) statuimus. Quam opinionem fulciri puto versione P, quae, ut mea est sententia, libere hic vertat: ܠܐ ܬܗܘܐ ܚܪ ܠܐ ܚܕ = „ne dederis potestatem super te ulli carni“. — Reicio Edersheimii iudicium de verbo μὴ ἀλλάξῃς: The Heb. (Fritzsche) was אל תמר, which the Syrian may have interpreted from the Aram. מר, a „lord“ or „master“, rendering: „make no flesh lord over thee“.

26. ἔργασαι ἐν παιδὶ καὶ εὑρήσεις ἀνάπαυσιν.

V. L. „Operatur in disciplina (ἐν παιδείᾳ codd. 23, 248) et quaerit (cod. 248 ζητήσεις; Co. ζητήσει) requiescere“.

Apparet textus receptus Graecus apud Latinum interpretem male correctus. Legitne ἐργᾶται (pro ἔργασαι), quod tamen idem valet atque ἐργάσεται? ἔργασαι ἐν (παιδί) = עֲבֹד בְּ = „ad laborandum adige (servum tuum“); cf. supra ad 3, 7 (pag. 63).

27. Cum S.H., codd. א, A, 55, 106, 155, 157, 253, 254, 296, 307 scribendum duco τράχηλον κάμψουσιν.

30. βάρυνον τὰς πέδας αὐτοῦ, V. L. „curva (sed γ, τ „grava“) illum compedibus“ (cod. 307 βάρυνον ταῖς πέδαις). Videtur αὐτοῦ omittendum esse cum Arm. et plurimis manuscriptis Graecis.

ἐν πάσῃ σαρκί, sed V. L. et codd. א, A, C, 55, 157, 254, 307 ἐπὶ πάσῃ σαρκί, quocum convenit et P ܠܐ ܘܠܐ ܒܟܠ ܒܪ = „neve tamen ita super unumquemque“.

31. Εἰ ἔστι σοι οἰκέτης, ἔστω ὡς σύ,
ὅτι ἐν αἵματι ἐκτήσω αὐτόν·
εἰ ἔστι σοι οἰκέτης, ἄγε αὐτὸν ὡς σεαυτόν,
ὅτι ὡς ἡ ψυχή σου ἐπιδεήσεις αὐτοῦ.
V. L. „Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua
(cod. 248 ἔστω σοι ὡς ἡ ψυχή σου);
quasi fratrem sic eum tracta,
quoniam in sanguine animae comparasti illum.“
P ܐܝ ܐܝܬ ܠܟ ܥܒܕ ܐܝܟ ܢܦܫܟ
ܐܝܟ ܐܚܘܟ ܬܚܫܒ ܐܘܬܗ
ܐܝ ܐܝܬ ܠܟ ܥܒܕ ܐܝ ܐܝܟ ܢܦܫܟ ܬܗܘܐ ܠܟ
ܠܐ ܬܚܫܒ ܐܘܬܗ ܒܕܡ

= „Si est tibi servus unus, sit tanquam tu,
quia sicut tu ita iactura tua.
Si est tibi servus unus, quasi fratrem tuum illum reputa,
neve contendas in sanguinem animae tuae“ (= tui ipsius).

Ex his eruo:

a) V. L. quaedam (cf. clausulam textus Graeci supra allegati) missa facere, quae versione P teste Hebraice etiam exstiterunt. (Refellitur translatione P etiam quorundam opinio in Sixtina hic adesse textus Hebraici duplicem versionem).

b) ἄγε αὐτὸν ὡς ἀδελφόν (pro ἄγε αὐτὸν ὡς σεαυτόν) scribi oportere; quam lectionem propugnant cum P, tum V. L., S.H., Sah., Arm., Aeth. plurimique codices Graeci.

c) verba ὅτι ὡς ἡ ψυχή σου ἐπιδεήσεις αὐτοῦ reponenda esse post comma εἰ ἔστι σοι οἰκέτης ἔστω ὡς σύ (V. L. „quasi anima tua“). In promptu igitur manifestumque est, cur in vulgari textu Graeco emendate ἄγε αὐτὸν ὡς σεαυτόν legatur. — ὡς ἡ ψυχή σου est mendum interpretis Graeci, quem fugit כְּנַפְשְׁךָ idem valere atque כִּלְנַפְשְׁךָ*) (ὅτι ὡς τῇ ψυχῇ σου κτλ.). — Pro ἐπιδεήσεις αὐτοῦ (plurima manuscripta habent αὐτῷ) legas cum codice 155 ἐπιδέησις αὐτῷ.

d) „animae“, quod post αἵματι V. L. adicit absque G, ex Hebraico fonte derivari demonstrat P.

e) ἐκτήσω interpreti Graeco vitio vertendum videtur, qui, quod ego augurer, עַל־יָנַעְתָּ בְּדָם**) (ὅτι ἐν αἵματι ἐκτήσω) legerit pro: וְאַל־תִּנַּע בְּדַם נַפְשֶׁךָ = „neve vexes sanguinem animae tuae“. —

*) Vide quae de termino כְּשׁוֹר ad 6, 2 docuimus (pag. 89).
**) Cf. Is. 47, 15.

Ad terminum ܐܬܬ translationis P compara Targum ad Ps. 73, 5 et 14, ubi radix כתש pro Hebraica נגע adhibetur. Posteriore loco M.T. נְגוּעַ Targ. כתיש, priore M.T. יְנֻגָּעוּ Targ. מתכתשין.

f) V. L. post οἰκέτης[1] addit „fidelis", ϑ et Rab. „bonus", cod. Carol. Turic. altera manu „sensatus"; α habet tantum „servus". Quapropter non sine veritatis specie esse mihi videtur suspicio omnia ista additamenta esse seriora atque spuria. Etiam cod. 106 ibd. habet εἰ ἔστι σοι οἰκέτης πιστός, sed vocem ultimam alia manu in margine adscriptam.

His igitur a nobis excussis verba versus 31 Graeca sic correcta legenda commendo:

εἰ ἔστι σοι οἰκέτης, ἔστω ὡς σύ,
ὅτι ὡς τῇ ψυχῇ σου ἐπιδέησις αὐτῷ·
εἰ ἔστι σοι οἰκέτης, ἄγε αὐτὸν ὡς ἀδελφόν,
καὶ μὴ ταλαιπωρήσῃς αἷμα τῆς ψυχῆς σου.

32. ἐὰν κακώσῃς αὐτόν; V. L. absque Graeco + „in fugam convertetur", quae γ (cf. Berger pag. 67) et τ ignorant. Pro sequenti „et si" codd. α, γ, ϑ tantum „et" exhibent (exstat in Graeco solum καί).

XXXIV (al. XXXI).

2. οὕτως ὁ ἐπέχων ἐνυπνίοις. 3. τοῦτο κατὰ τούτου ὅρασις ἐνυπνίων.

V. L. „sic et qui attendit ad visa mendacia. Hoc secundum hoc visio somniorum".

Pro κατὰ τούτου cum maiore numero testium κατὰ τοῦτο (= V. L., S.H., Sah., codd. א, 55, 106, 157, 248, 253, 296, 307) legendum esse e textu Hebraico nobis restituendo atque e versione P infra elucebit. Correcturae κατὰ τούτου occasionem attulit, ut patet, hemistichium 3b κατέναντι προσώπου (ὁμοίωμα προσώπου). — Quanti momenti hic sit Vetus Latina, dummodo pronomen „hoc" in initio commatis 3a occurrens extrudatur, utpote quod e G huc depromptum sit, nemo adhuc satis perspexit. Absque dubio G textum Hebraicum continuo scriptum vitiose divisit ac legit:

οὕτως ὁ ἐπέχων ἐνυπνίοις (לַחֲלֹמוֹת). τοῦτο (זֹאת) κατὰ τοῦτο (= כֵּן, P ܗܟܢ) ὅρασις ἐνυπνίων.

Multo melius *g* (= V. L.) habet:

„sic et qui attendit ad visa mendacia (לְחָזְיוֹת חֲלָקוֹת). [Hoc*)] secundum hoc (כֵּן) visio somniorum".

Praestat etiam textu G versio P:

ܗܘܝ ܐܝ (כֵּן) ܗܕܐ (לְחָזוּת הַלַּיְלָה) ܕܠܚܙܘ ܗܘܝ ܕܡܬܦܣܩ ܒܝ ܐܝ ܗܕܐ ܕܡܫܒܚ ܕܠܚܙܘ

(= „ita qui confidit visioni noctis. Sic visio ac somnium noctis" sc. se habent).

Quae cum ita sint, optime nos commata 2 et 3 sic legere atque interpretari censeo:

(2) „Quasi qui apprehendit umbram et persequitur ventum, ita qui attendit ad visa mendacia (seu „noctis").

(3) Ita se habet visio somniorum(κατὰ τοῦτο ὅρασις ἐνυπνίων): (quasi sit) ante faciem similitudo faciei".**)

Cognoscitur etiam e textu ita a nobis sanato versus 2 et 3 genuine figuram rhetoricam, quae vocatur chiasmus membrorum, parere:

2a = A; 2b = B.
3a = B; 3b = A.

5. μάταια, V. L. „vanitas", P ܕܚܫܐ (= „deceptio").
V. L. et cod. 248 φαντάζεταί σου ἡ καρδία.

6. V. L., Arm., cod. 106 male ἐπισκοπή pro ἐν ἐπισκοπῇ.

7. γάρ addas post πολλούς cum V. L., S.H., Sah., Arm., Aeth., P plurimisque testibus Graecis.

8. συντελεσθήσεται νόμος, V. L. „consummabitur verbum legis"; sed ∧ „legis" α, γ, ϑ, τ, Spec.[1] 147, 20.
καὶ σοφία στόματι πιστῷ τελείωσις. V. L. „et sapientia in ore fidelis (τ, Spec.[1] 147,21 „fideli") complanabitur"; pro τελειωθήσεται V.L. (fortasse defectu codicis) perperam legit λειωθήσεται.

9. ἀνὴρ πεπαιδευμένος ἔγνω πολλά,
καὶ ὁ πολύπειρος ἐκδιηγήσεται σύνεσιν.

10. ὃς οὐκ ἐπειράθη ὀλίγα οἶδεν,

11. ὁ δὲ πεπλανημένος πληθυνεῖ πανουργίαν.
V. L. „Qui non est tentatus (ὃς οὐκ ἐπειράσθη), quid scit?
Vir in multis expertus cogitabit multa (cf. v. 9a),
et qui multa didicit, enarrabit intellectum (cf. v. 9b).
Qui non est expertus (ὁς οὐκ ἐπειράθη), pauca recognoscit (cf. v. 10),

*) Expungas, ut iam admonui, pronomen „hoc", quod e G (τοῦτο) praeter *g* hic additum esse videtur.

**) Male V. L. ἀνθρώπου pro προσώπου affert.

qui autem in multis factus est, multiplicat (α, ϑ, τ „multiplicavit"; itane legendum pro „multiplicabit"?) malitiam (cf. v. 11).

Qui tentatus non est (ὃς οὐκ ἐπειράσθη), qualia scit (cf. v. 10)?

qui implanatus est, abundabit nequitia (cf. v. 11)".

a) *g* (V. L.) verba, quae Hebraice in v. 9 respondebant terminis πεπαιδευμένος*) et πολύπειρος, inverso i. e. alio ordine ac G deprehendit; cf. πεπαιδευμένος = V. L. „qui multa didicit"; πολύπειρος = V. L. „in multis expertus".

b) Ex duabus translationibus versuum 10 et 11 in V. L. occurrentibus posterior (= v. 11 V. L.) spuria est, cum absit a codd. γ, τ, Cavensi, Parisinis 2, 93, 9380, Bibliis Maurdramni abbatis, Rabano Mauro primaque manu a Parisinis 13, 11504, 11532 (vide et Luc. Brug. pag. 258). — Putasne etiam verba „qui non est expertus, pauca recognoscit" auferenda esse, ita ut in V. L. genuina sit tantum, quae paulo superius exstat, altera translatio versus 10 „qui non est tentatus, quid scit"?

c) Pro οὐκ ἐπειράθη (P ܠܐ ܢܬܝ) legitur correcturâ immerito in textum introductâ ὃς οὐκ ἐπειράσθη in V. L., S. H., codd. א, 23, 106, 155, 253, Co.

d) Loco πανουργίαν (עָרְמָה v. 11) in V. L. male occurrit „malitiam" (= *g* = יִרְעָה?). Vox „malitiae" in V. L. fere pro verbo Graeco κακία in usu est.

12. καὶ πλείονα τῶν λόγων μου (^ μου cod. 106) σύνεσίς μου. V. L. „et plurimas verborum consuetudines". (Ait Grotius apud quosdam reperiri καὶ πλείονα τῶν λόγων συνήθη μοι. Veteris Latinae translatio est incommoda, cum lectio *g* hunc sensum procreet: et plurium rerum, quam quas dicere possim, gnarus factus sum). σύνεσίς μου = לִקְחִי; συνήθειαι (cf. V. L.) Hebraice substantivum radicis אלף fuisse fingo (compara huc Prov. 17, 9, ubi Symmachus pro M.T. אַלּוּף ponit συνήθειαν). Fulcitur coniectura nostra versione P, qua sola textus nostri lectio vera asservatur: ܙܕܡܘ ܕܟܠ ܕܒ ܥܠܝ = „multa negotia super me transierunt". Syrus ergo hic prae oculis habuisse videtur formam radicis חלף, quae notione imprimis in sermone poetico cum עבר fere congruit.

*) Est lectio πεπλανημένος (S.H., Sah., Arm., codd. א, A1, 23, 248, 307) correcta.

13. Πλεονάκις ἕως θανάτου ἐκινδύνευσα,
καὶ διεσώθην τούτων χάριν (verba ultima ad copiam peritiae atque experientiae in peregrinatione et vicissitudinibus comparatam spectare praeviis luculenter demonstratur).
V. L. „Aliquoties usque ad mortem periclitatus sum horum causa,
et liberatus sum gratia Dei".

Verba τούτων χάριν ergo duplici forma in V. L. translata occurrunt. Haesito, an posterior debeatur correcturae in textum invectae a lectore quodam terminum τούτων χάριν in mentem Siracidae parum convenire rato, cui elocutione illa adiutorium Dei in periculis auxiliantis excludi falso videretur. Nam eiusmodi opinionis error admodum probatur ex cap. 51, 1 sqq.

14. ζήσεται. V. L. „quaeritur", sed codd. α, γ, θ, κ^1, τ, Miss. 609 „quaeretur". Male ergo Vetus Interpres legit ζητήσεται. De usu passivo temporis futuri medii vide apud Winer, Grammatik des neutest. Sprachidioms ed. 7 § 38, 4.

15. V. L. + „et oculi Dei in diligentes se"; cf. v. 19 οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν. Sed V. L. inferius ibd. „et oculi Dei super timentes eum" (cod. 307 eodem loco habet ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν).

16. Pro οὐ μὴ^1 habent οὐδέν V. L., Sah., Arm. plurimique codices Graeci.

17. Φοβουμένου τὸν Κύριον μακαρία ἡ ψυχή, V. L. et cod. 157 + αὐτοῦ. De huiusmodi dicendi Hebraismo cf. Kaulen: Handbuch zur Vulgata, pag. 243.

19. φυλακὴ ἀπὸ προσκόμματος, V. L. „deprecatio (scribas „et precatio" cum α, γ, Spec.^{1} 148, 9, Brev. 242) offensionis"; φυλακή = יְשַׁע? „precatio" = שְׁוַע?
βοήθεια πτώσεως V. L. et cod. 248.

20. ἴασιν διδοὺς ζωὴν καὶ εὐλογίαν. V. L. „dans sanitatem et vitam et benedictionem"; sed „et^1" abest a γ, τ, Spec.^{1} 148, 10.

21. θυσιάζων ἐξ ἀδίκου προσφορὰ μεμωκημένη,

22. καὶ οὐκ εἰς εὐδοκίαν μωκήματα ἀνόμων.
V. L. „Immolantis ex iniquo oblatio est maculata (= μεμωμημένη Sah., codd. A, 70, 106, 157)
et non sunt beneplacitae subsannationes (= μωκήματα) iniustorum".

Pro „immolantis" in α, Spec.^{1} 148, 11 (primaque manu in cod.

Carol. Turic.) legitur „immolans“. [Videtur interpres Graecus (θυσιάζων) inepte זֹבֵחַ pro זָבַח legisse]. In Hebraico verbis ἐξ ἀδίκου et προσφορά annominationem effectam fuisse admonet P:

ܙܒܚܐ ܕܥܘܠܐ ܘܩܪܒܢܐ ܕܥܘܠܐ ܗܢܘ

= „sacrificia impiorum ex iniquitate sunt“.

ἐξ ἀδίκου = מַעֲוָלָה*); προσφορά = עֲלָה vel עוֹלָה.

Ita sentit Edersheim. Sed equidem opinor etiam μεμωκημένη radice verbis istis specie simili Hebraice redditum fuisse, quam P (ܩܪܒܢܐ) paulo aliter legerit. Cum enim μωκάω vel μωκάομαι idem valeat quod ἐμπαίζω**) atque hac voce LXX saepenumero pro coniugatione Hithpael radicis עלל utantur,***) loco nostro προσφορὰ μεμ. Hebraice עֲלֹת תַּעֲלוּלִים sonuisse suspicio mihi movetur. Incertus sum, an huic coniecturae suffragetur 33 (al. 36), 6, ubi pro φίλος μῶκος translatio P alia textus Hebraici lectione atque interpretatione exhibet †)ܩܪܒܢܐ ܕܫܦܝܪ. Qui locus praeterea aeque ac Jer. 38, 19 (vide infra notam sub linea) verisimile reddit in nostro Siracidae effato προσφορὰ μεμωκημένη, non προσφορὰ μεμωμημένη genuine exstare. Cum vero in commate sequenti Siracidam sermonem variasse probabile sit, pro μωκήματα in versu 22 μωμήματα (= Sah., codd. א², A, 106, 157, Ald.)††) scribendum duco. Pro μωκήματα ἀνόμων codd. א² (in margine) et 248†††) habent δωρήματα ἀνόμων (cf. P 22 ܠܐ ܡܬܩܒܠ ܡܢ ܕܚܣܝܪܐ = „neque accipiuntur munera eorum“). Simile aliquid deprehenditur in V. L., ubi pro 23a (οὐκ εὐδοκεῖ ὁ ὕψιστος ἐν προσφοραῖς ἀσεβῶν) haec habentur: „Dona iniquorum (= 22 δωρήματα ἀνόμων) non probat Altissimus nec respicit in oblationes (al. „oblationibus“) iniquorum“. Haesito, an versus 23a in V. L. genuine sic concisus legatur: „Altissimus non respicit in oblationibus iniquorum“.

25. ἄνθρωπος αἱμάτων, V. L. „homo sanguinis („sanguinum“ Spec.¹ 148, 18; Spec.² 371, 5) est“ (∧ „est“ in γ).

---

*) vel מַעוָלָה.

**) Cf. e. g. מַעֲשֵׂה תַּעֲתֻעִים, quod Jer. 51, 18 (LXX 28, 18) dicitur ἔργα μεμωκημένα, Jer. 10, 15 ἔργα ἐμπεπαιγμένα.

***) Vide e. g. Exod. 10, 2; Num. 22, 29; Judic. 19, 25; 1 Sam. 6, 6 et 31, 4; 1 chron. 10, 4; cf. et Is. 66, 4 תַּעֲלוּלֵיהֶם = LXX τὰ ἐμπαίγματα αὐτῶν; Jer. 38, 19 וְהִתְעַלְלוּ = LXX Jer. 45, 19 καὶ καταμωκήσονταί (μου).

†) a radice עול.

††) codd. 296 et 308 emendate μωμητά.

†††) Arm. պատարագ անօրինաց = „oblatio iniustorum“.

26. Φονεύων τὸν πλησίον ὁ ἀφαιρούμενος συμβίωσιν·
27. καὶ ἐκχέων αἷμα ὁ ἀποστερῶν μισθὸν μισθίου.

V. L. „Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum (∧ „suum“ in τ),
qui effundit sanguinem et qui fraudem facit mercenario, fratres sunt“.

Sed e codd. γ, τ atque partim e Spec.[2] 371, 7 versum 27 antiquitus sic in V. L. sonuisse coniecto: „qui effundit sanguinem et qui fraudem facit mercedem (τ mercede) mercenario“. Terminum συμβίωσιν libri nostri enarratores vulgo falso accipiunt, cum ei „victus“ seu „rerum ad vivendum necessariarum“ significatum attribuant, licet hic aliunde voci nostrae assignari nequeat (similiter transferunt S. H. ܫܘܬܦܘܬܐ atque Arm. պախարէ). — Dicitur esse συμβίωσις inter eos, qui simul vivunt et contubernales sunt; atque adeo redditur etiam contubernium, item vitae consuetudo, vel etiam coniugium, matrimonium (cf. H. Stephani Thesaurum linguae Graecae VII 1053). Haud contemnenda igitur est elocutionis ὁ ἀφαιρούμενος συμβίωσιν versio Aethiopica: ዘፈለጠ ፡ ብእሴ ፡ እምብ እሲቶ ፡ = „qui distrahit maritum ab uxore eius“. — Ut mea est opinio, translator G hic mendum contraxit, cum vitiose legeret אֲחֻזָּה (= „fraternitatem“, συμβίωσιν) pro אֲחֻזָּה (= „possessionem“).*) Quam in coniecturam adducor textu P, in quo colon 26 hanc speciem gerit: ܘܫܩܐ ܢܫܐ ܕܒܥܐ ܠܦܠܚ = „qui interficit proximum suum, hereditate accipit**) opes eius“.

30. V. L. verba καὶ πάλιν ἁπτόμενος αὐτοῦ olim haud agnovisse constat cum e controversiis Donatistarum, qui versu nostro omissis a Vetere Interprete verbis illis ad comprobandum suum errorem de baptismate ab haereticis aut malis collato abutebantur,***) tum efficitur e locis imprimis e sanctorum Cypriani atque Augustini operibus a Sabatierio et Lagardio (Mittheilungen I pag. 345)

---

*) Vide similem vocum commutationem Zach. 11, 14, ubi M.T. אַחְוָה a LXX (κατάσχεσιν) lectum est אֲחֻזָּה.

**) Erravit P, cum ירש redderet ܢܫܐ „hereditate acquirit“. Rectius G eidem radici hic capiendi, rapiendi, auferendi notionem assignavit (ὁ ἀφαιρούμενος).

***) De ipso enim dante baptisma falso accipiebant illud „a mortuo“ atque vitiose elocutionem „baptizatur“ sensu passivo, non mediali interpretabantur. [Egregie ἀπὸ νεκροῦ in Anglica versione redditur „after the touching of a dead“; adest enim hic in textu Graeco constructio quae dicitur praegnans.] In similem errorem atque Donatistae iam antea inductus erat St. Cyprianus auctoritate loci nostri commotus.

allatis. Quibus addere velim testimonium Speculi[2] 592, 3 eadem verba (καὶ πάλιν ἁπτόμενος αὐτοῦ) ignorantis. Ceterum te ad auctores modo citatos relego, cum acquiescam hic in proferendis verbis sancti Augustini (retract. I c. 21 n. 3 = Migne L. 32, 618): „Nec sane Donatus Carthaginiensis ut Christiani rebaptizarentur instituit; quod ego eum instituisse credideram, quando eius epistolae respondebam. Nec de libro Ecclesiastici ipse abstulit de media sententia verba ad rem necessaria, ubi cum scriptum sit „qui baptizatur a mortuo et iterum tangit illum, quid proficit lavatio eius?“ iste sic posuit, tanquam scriptum esset „qui baptizatur a mortuo, quid proficit lavatio eius?“ Nos autem et antequam esset pars Donati, sic habuisse codices plurimos, verumtamen Afros, ut non esset in medio „et iterum tangit illum“, postea didicimus“.

XXXV (al. XXXII).

1. ὁ συντηρῶν νόμον πλεονάζει προσφοράς (= אֹשֶׁם?). V. L. „qui conservat legem (sed fortasse genuina est lectio difficilior „verbum“ codicum α, ϑ, κ[1])*), multiplicat oblationem“, sed olim hic exstabat „orationem“ = α, γ, ϑ, κ[1], Spec.[1] 148, 27, Brev. 242 = שִׂיחָה?

2. ϑυσιάζων (זֹבֵחַ) σωτηρίου ὁ προσέχων ἐντολαῖς. V. L. „Sacrificium (זֶבַח) salutare est (∧ „est“ α, γ, τ, Spec.[1] 148, 27, Spec.[2] 592, 6; 622, 8) attendere mandatis“ (fortasse *g* loco participii προσέχων coniugationis Kal legit infinitivum eiusdem coniugationis). Addit deinde V. L.:

„et discedere ab omni (τ ∧ „omni“) iniquitate.
(3 V. L.) Et propitiationem litare sacrificii super iniustitias,
et deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia.
(4 V. L.) Retribuet gratiam, qui offert similaginem,
et qui facit misericordiam, offert sacrificium.
(5 V. L.) Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate,
et deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia“.

Pro quibus Graecus exhibet nonnisi haec:

ἀνταποδιδοὺς χάριν προσφέρων σεμίδαλιν,
καὶ ὁ ποιῶν ἐλεημοσύνην ϑυσιάζων αἰνέσεως.
εὐδοκία Κυρίου ἀποστῆναι ἀπὸ πονηρίας,
καὶ ἐξιλασμὸς ἀποστῆναι ἀπὸ ἀδικίας.

*) Vide eandem textus varietatem ad 34, 8 a nobis supra adnotatam.

Quanta hic adsit manuscriptorum Latinorum varietas facile intellexeris ex hoc catalogo:

a) Omittunt commata (3 et 4 et 5a V. L.) codex γ, Spec.[1] 149, 1, Brev. 242, sed aperte ideo, quia oculus librariorum a verbis „discedere ab omni iniquitate" (2 V. L.) facile ad (5 V. L.) „recedere ab iniquitate" aberrare poterat.

b) ∧ verba „super iniustitias" (3 V. L.) usque ad „similaginem" (4 V. L.) in codice τ.

c) ∧ „et deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia" (3 V. L.) in codd. α, ϑ, Parisino 9380.

d) ∧ „et deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia" [5 V. L.; sic Berger l. c. pag. 156; an ita per errorem adnotavit pro (3 V. L.)?] in codd. Vallicelliano B 6, Parisinis 1 et 2 primaque manu in Parisinis 13 et 11532.

e) Pro „litare"

α) codd. ϑ, κ[1], Vallicellianus B 6, Parisini 2 et 11533, Coloniensis 1 (altera manu), Biblia Maurdramni abbatis, exemplar basilicae Romanae Sti Pauli extra muros habent „vitare".

β) codd. α, Parisini 1 et (altera manu) 11505, Coloniensis 1 (prima manu) exhibent „salutare".

f) Pro „sacrificii" in ϑ exstat „sacrificiis".

g) ∧ „pro peccatis" post „deprecatio[2]" in codd. α, γ, ϑ, κ[1], τ, Parisino 9380.

His igitur expeditis versus (2—5 V. L.) ut ita legas suadere velim:

„Sacrificium salutare attendere mandatis,
et propitiatio litare sacrificiis super iniustitias.
Retribuit (α, ϑ) gratiam, qui offert similaginem,*)
et qui facit misericordiam, offert sacrificium.
Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate,
et deprecatio recedere ab iniustitia".

10. ἐν ἀγαθῷ ὀφθαλμῷ (sic et P). V. L. „bono animo" (pro iisdem verbis Graecis in v. 12 infra V. L. habet „in bono oculo"); videtur Latinus interpres codice eius Graeco nescio qua causa in margine truncato pro O[ΦΘA]ΛMΩI legisse ΘYMΩI.

12. καϑ' εὕρεμα. In quibusdam Veteris Latinae (textus Vulgati) editionibus legitur unica dictione „adinventionem" (pro „ad

*) Rectius Vetus Interpres vertisset: „Qui retribuit gratiam, offert similaginem".

inventionem"). Item quaedam Graeca exemplaria scribunt coniunctim καθεύρεμα (ita et Arm.) pro καθ' εὕρεμα. Sed non est substantivum καθεύρεμα vox Graeca. Praeterea lectionem καθ' εὕρεμα confirmat commatis praevii elocutio κατὰ τὴν δόσιν αὐτοῦ. Iuvat etiam afferre verba Jansenii aeque ac nos de textus divisione iudicantis: „Quid . . . . est alioqui: „facito adinventionem manuum", nisi „facito" accipiatur pro „offeras?"

14. Μὴ δωροκόπει (= אַל־תִּשְׁחַד);*) V. L. non libidine, ut arbitratur Fritzsche, sed merito vertit: „noli offerre munera prava" (transfert sic et Aeth.). Analogiam enim verborum συμβολοκοπεῖν (9, 9 = „symbolas dare in comessationes") et φαντασιοκοπεῖν (4, 30 = „indulgere imaginationibus" sc. vanis) secutus δωροκοπεῖν sic explico: munera dare sc. ad corrumpendum**) (ideoque prava propter intentionem offerentis); quare 3 Macc. 4, 19 δεδωροκοπημένοις intelligi debet de iis, qui eiusmodi muneribus donati sunt.

16. λήψεται, V. L. et cod. 248 + Κύριος.

22. V. L. pro verbis καὶ ὁ Κύριος οὐ μὴ βραδύνῃ (לֹא יְאַחֵר) habet in initio versus 22 haecce: „et Dominus non elongabit" (γ, τ „longinquabit" = לֹא יַאֲרִיךְ).

Pro δικαίως (cf. P ܘܠܐ ܢܫܗܐ ܕܝܢܐ ܘܫܪܝܪܐ = „et (sc. donec) iudicium veritatis iudicet") in V. L. exhibetur „iustos" vitiosa lectione δικαίους.

ἐπ' αὐτοῖς cod. 248 et V. L. („fortissimus") + ὁ κραταιός.

24. καὶ τὰ ἔργα ἀνθρώπων κατὰ τὰ ἐνθυμήματα αὐτῶν, V. L. „et secundum opera Adae et secundum praesumptionem illius". Edersheim ipse: „The Lat.", inquit, „. . . . has preserved a vestige of the Hebrew in its rendering „according to the works of Adam".

26. ὡραῖον ἔλεος ἐν καιρῷ θλίψεως αὐτοῦ,
ὡς νεφέλαι ὑετοῦ ἐν καιρῷ ἀβροχίας.

V. L., S.H., Sah., codd. א, 248 ∧ αὐτοῦ post θλίψεως; attamen ab ipso translatore Graeco pronomen illud ortum ducere videtur. Sunt, qui αὐτοῦ referant ad vocem λαοῦ hemistichii 25a, sed ita nonnisi distorte. Praeplacet mihi hic statuere vitium textus Hebraici continuo scripti, qui

. . . . . כְּעֵנֵי (vel צָרָתוֹ) בְּעֵת צָרוֹ . . . . . .

lectus sit pro

---

*) P ܠ ܬܫܚܬ = „né moreris!" — legit ergo formam coniugationis Schaphel radicis אחר. — Deutn. 10, 17 Aquilas ponit δωροκοπίαν pro שֹׁחַד.

**) Ez. 16, 33 Aquilas pro M.T. וַתְּשַׁחֲדִי אוֹתָם habet καὶ ἐδωρὸδότεις αὐτούς.

. . . . . בְּעֵת צַר (vel צָרָה) וּכְעַנְיִי . . . . . =
ἐν καιρῷ θλίψεως καὶ ὡς νεφέλαι (ὑετοῦ ἐν καιρῷ ἀβροχίας). Considera simile mendum, quod ad 10, 2 in pag. 113 a nobis commemoratur.

XXXVI (al. XXXIII et XXXVI 16—31).

1. ∧ δέσποτα cod. A, V. L., P.

2. ἐπὶ πάντα (∧ πάντα V. L., P) τὰ ἔθνη, V. L. + „quae non exquisierunt te"; cod. 248 + τὰ μὴ ἐκζητοῦντά σε; P حقعما ولا يدرو = „super gentes, quae te ignorant".

2. V. L. + „ut („et" α, γ, ϑ, κ[1], τ, Brev. 734 et 859, Com. 317) cognoscant, quia non est Deus nisi tu et („ut" testes iidem absque τ?) enarrent magnalia tua."*) Cum priore parte compara versum 5, cum posteriore versum 10 (quo loco V. L. et cod. 248 habent τὰ ϑαυμάσιά σου pro τὰ μεγαλεῖά σου); cf. et quae codd. 70 et 248 post versum 7 subiungunt: ὅπως (248 ὅπερ) διηγῶνται τὰ ϑαυμάσιά σου.

9. ἔξαρον. V. L. „tolle"; sed codd. α, γ, ϑ, κ[1], Brev. 860, Com. 317 „extolle".

10. Pro ὁρκισμοῦ (= „obstrictionis per iuramentum") scribas ὁρισμοῦ, quod commendant V. L. („finis"), S. H. (ⲙⲁⲣⲉϥ), Arm. (ⲧⲏⲙⲁⲛⲁⲕⲏⲣ), cod. ℵ praesertimque versio P احد مرا = „manifesta finem".

13. καὶ κατεκληρονόμησα; V. L. et cod. 106 καὶ κατακληρονομήσεις. Genuina lectio fortasse tibi videatur καὶ κατακληρονόμησαι, unde plagulis libri nostri male dispositis (cf. supra in pag. 15) καὶ κατεκληρονόμησα enatum sit correctura, qua quis instituere voluerit adaptationem ad antecedens ἠγρύπνησα, quod in clausula folii praevii exstabat. Sed cum κατακληρονόμησαι nusquam deprehenderim, recipere malim lectionem καὶ κατακληρονόμησον a codice 70 nobis asservatam.

14. ∧ Κύριε V. L., Sah., P, codd. ℵ, 23, 253; procul dubio vox ista textui serius est intrusa, ut sensus commodus hic efficeretur, cum praecederet forma correcta κατεκληρονόμησα.

λαὸν κεκλημένον ἐπ' ὀνόματί σου = עַל־עַם נִקְרָא עַל־שְׁמֶךָ —

*) Eadem verba reperis et infra in (v. 13 V. L.). Ibi „et" pro „ut" habent atque „ut" pro „et" codd. α, γ, ϑ, κ[1], Brev. 734 et 860; Com. 317.

V. L. „plebi tuae, super quam invocatum est nomen tuum“; cf. P ܥܠ ܥܡܟ ܕܐܬܩܪܐ ܫܡܟ ܥܠܝܗ = עַל־עַמְּךָ נִקְרָא שִׁמְךָ עָלָיו.

15. Pro πόλιν[2] scribas τόπον cum S.H., Sah. plurimisque testibus Graecis.

Favet huic lectioni et P (ܐܬܪ), quae versio pro termino πόλιν[1] affert ܡܕܝܢܬܐ.

16. Pro ἄραι τὰ λόγιά σου, V.L. „inenarrabilibus verbis tuis“ (ἄρρητα λόγιά σου = S.H., cod. 253) est sincera lectio ἀρεταλογίας*) σου (= cod. B = „sermone de virtute tua“), cuius vocis significatum bene illustrat P ܬܫܒܚܬܟ ܨܝܘܢ = („reple Sion) magnitudine tua.“ Tischendorf ergo textum recte emendavit.

17. καὶ ἔγειρον προφητείας τὰς ἐπ᾽ ὀνοματί σου. V.L. „et suscita praedicationes, quas locuti sunt in nomine tuo prophetae priores“, P ܘܢܬܩܝܡܘܢ ܢܒܝܐ ܕܒܫܡܟ ܡܠܠܝ ܩܕܡܝܐ = „et veniant vaticinia prophetarum tuorum, qui loquuntur tuo nomine.“

18. ἐμπιστευθήτωσαν. V.L. bene „fideles inveniantur“; cf. ad 1, 15 (pag. 48).

19. Pro τῶν ἱκετῶν σου cum V.L., Sah., Aeth., codd. א, A, 155, 253, Co. lectionem τῶν οἰκετῶν σου sequaris; quam propugnat et P (ܕܥܒܕܝܟ).

22. ἀνταποδώσει αὐτῷ. V.L. vertit „resistet illi“, ut videtur, libere. Hebraice lectio Sixtina sonuit לוֹ יָשִׁיב. P rectius legisse opinor מַשְׁכִּיל (ܡܫܟܠ ܠܗ).

24. πρόσωπον, V.L. + „viri sui“ (cod. 307 + ἀνδρός).

25. εἰ ἔστιν ἐπὶ γλώσσης αὐτῆς ἔλεος καὶ πραΰτης. V.L. „si est lingua curationis, est (∧ „est“ α, γ, ϑ, κ[1], τ) et mitigationis et misericordiae“; cf. cod. 248: εἰ ἔστιν ἐπὶ γλώσσης αὐτῆς (∧ αὐτῆς Co.) ἔλεος καὶ πραΰτης καὶ ἴασις.

26. ὁ κτώμενος γυναῖκα, V.L. „qui possidet mulierem bonam“; sed ∧ „bonam“ in α, γ, τ.

βοηθὸν κατ᾽ αὐτὸν καὶ στῦλον ἀναπαύσεων (quod esse mendum librarii cuiusdam pro ἀναπαύσεως testantur S.H., Sah. plurimique codices Graeci).

V.L. „adiutorium secundum illum est et columna ut requies.“

Pro „secundum“ legunt „contra“ codd. γ et τ (habet hic etiam in versu praevio „contra“ pro „secundum“), quae particula hic denotat

*) Quae vox, si excipis locum hunc Ecclesiastici, in Veteris Testamenti versionibus Graecis exstat nonnisi in Ps. 30 (29), 6 ubi a Symmacho pro רְנָּה usurpatur.

pretium vel valorem; cf. „auro contra“ (apud Plautum et Terentium) = „pretio vel valore auri“; Petronii fragment. 76, 3 (ed. C. G. Antonius Lipsiae anno 1781): „et vinum tunc erat contra aurum“; Varronis lib. 1 de re rustica 2, 10: „poma veneunt contra aurum.“ — „et columna ut requies“ (= נְנוּחַ); sed hac lectione et textu G praestat fortasse: „et columna (est) contra eum“ (= נְנֻחָהּ); cf. P ܘܥܡܕܐ ܠܘܬ ܗܘ ܕܢܚ = „et columna est adversus te“ (נְנֻחָה).

27. στενάξει, V.L. „ingemiscit“ (γ, ϑ, τ „gemiscit“); cod. 106 στενάζει.

28. σφαλλομένῳ; S.H., codd. ℵ, A, 23, 55, 157, 253, 254, 296, 307 ἀφαλλομένῳ; sed difficilior atque sincera mihi videtur lectio Ἐφαλλομένῳ (= codd. 106, 155, 248), quae est et procreatrix receptae Σφαλλομένῳ. Interpres Latinus („exsiliens“), ut verisimile est, sequitur lectionem ἀφαλλόμενος.

XXXVII.

1. αὐτῷ missum facere debes cum V.L., S.H., Sah., Aeth., P plurimisque testibus Graecis.

3. πόϑεν ἐνεκυλίσϑης; V.L. „unde creata es?“; compara huc P: ܗܢܐ ܕܥܒܕ ܠܗܢܐ ܠܡܐ = „inimicus et malus ad quid creati sunt?“

καλύψαι τὴν ξηρὰν ἐν δολιότητι. V.L. „cooperire aridam malitia („malitiam“ γ, κ[1]) et dolositate („dolositatem“ γ, ϑ, κ[1]) illius (∧ „illius“ cod. τ). P: ܐܠܐ ܠܡܟܣܝ ܐܪܥܐ ܕܚܛܝ ܒܥܘܠ = „nisi ad implendam terram operibus impietatis.“

4. ἑταῖρος φίλου ἐν εὐφροσύνῃ ἥδεται,

V. L. „sodalis amico coniucundatur in oblectationibus“ („oblectatione“ codd. γ, ϑ, κ[1], τ).

V. L. et codd. 70 et 248 amplectuntur lectionem φίλῳ emendatam ex genuina φίλου, quae nititur vitio Graeci interpretis (vide Edersheim et Ball ad locum nostrum), qui legere debuit: „Malus*) (רַע, non רֵעַ) est amicus, qui**) delectatur in laetitia, tempore autem afflictionis ipsi adversabitur“.

---

*) Fortasse idem mendum in 5a G (ἑταῖρος φίλῳ συμπονεῖ χάριν γαστρὸς κτλ.) statuere oportet, ubi P liberius ac sensu contrario vertit: ܛܒ ܐܢܫ ܕܡܩܪܒ ܠܥܕܝܐ ܘܡܚܙܩ ܒܬܪܣ ܗܘ = „Bonus est amicus, qui pugnat adversus inimicum et tenet scutum.“

**) Particula אֲשֶׁר in Hebraico hic omittebatur.

Cf. P: ܚܒ ܐܢܫܐ ܕܡܝܬ ܠܟܠܐ ؤ
ؤܟܠ ܟܠܐ ܡܐ ܥ ܡܟܠ

= „Nequam est amicus, qui accedit ad mensam
et tempore angustiae ex adverso astat".

5. (καὶ cod. 248) ἔναντι πολέμου λήψεται ἀσπίδα.
V. L. „et contra hostem accipiet scutum."

Cum V. L. et cod. 248 scribas ἔναντι πολεμίου; cf. P: ؤܡܟ ؤܟܟܝܟ.

6. V. L. + (= 7 V. L.) „Noli consiliari cum eo, qui tibi insidiatur, et a zelantibus te absconde consilium" (cf. v. 10).
Etiam cod. 248 hic habet textui insertum:
Μὴ βουλεύου μετὰ τοῦ ὑποβλεπομένου σε,
καὶ ἀπὸ τῶν ζηλούντων σε κρύψον βουλήν.

In manuscriptis γ, ϑ, κ¹ pro „cum eo qui tibi insidiatur" exhibetur „cum socero tuo"(!), quod propius accedit ad lectionem antiquam, quae sonabat „cum osore tuo", ut coniectura assequor e versu 10, qui in P sic redditur: ؤ ؤ ؤ ؤ = „ne consultaveris cum inimico tuo et ab eo occultes secretum tuum". Versus noster inter sextum et septimum Sixtinae suum locum in V. L. tenet. Sunt manuscripta Latina, quae infra repetant: „noli consiliari cum eo, qui suspectum te habet, et ab aemulantibus tibi absconde consilium",*) quam iterationem alii textus Latini testes versui (7 V. L.), alii versui (11 V. L.), alii**) verbis „et cum iniusto de iustitia" (12 V. L.), alii versui (14 V. L.) addunt. Attamen hanc versus nostri posteriorem translationem spuriam esse ex illa loci eius inconstantia sequi mihi videtur; quo addas, quod ista repetitio optimorum codicum auctoritate destituitur.

7. ἐξαίρει; V. L. „prodit", quod pro lectione sine dubio sincera ἐξερεῖ (= cod. 296) dimicat. Huic favet et Sah., qui translator pro ἐξαίρει textus Sixtini lectionem licet falsam ἐγερεῖ (ⲚⲀⲦⲞⲨⲚⲈⲤ) sequitur.

8. μή ποτε βάλῃ ἐπὶ σοὶ κλῆρον.
V. L. „ne forte mittat sudem in terram".

Recipio Grotii sententiam κλῆρον enatum esse ex σκληρόν (= קָשָׁה), quo niti Veterem Latinam ipse tamen falso arbitratur. „Sudem" voci Graecae σκῶλον respondere mihi videtur, ita ut

*) Cf. Luc. Brug. pag. 260.

**) codd. ϑ, κ¹ (eadem manu licet in inferiore margine), τ (altera manu), Bernensis A 9, Cavensis, Parisinus 9380 alteraque manu Parisini 11505 et 11532.

hanc Latinus translator errore deceptus hic „sudis vel ligni praeacuti“ pro „offendiculi“ notione interpretatus sit. σκῶλον = מוֹקֵשׁ (cf. M. T. et LXX Exod. 10, 7 et Deutn. 7, 16). — P: ܒܚܕ ܢܦܠ ܒܟ ܠܐ ܚܕܪ ܒܝܫܐ ܚܒܪ = „ne iniciat super te damnum (a rad. ענשׁ?) malum“. [Etiam in Targumim radicem תוך quandoque pro Hebraica ענשׁ in usu versari cognoscas ex Proverbiorum 17, 26; 19, 19]. Cum verbis Veteris Latinae „in terram“ (= אַרְצָה) an conferre liceat P ܚܒܪ (= רַע) nescio. — Optime inter varias commatis nostri formas *g* (V. L.) in contextum quadrare videtur, id quod ostendunt imprimis verba v. 9 καλὴ ἡ ὁδός σου.

Versui 11 (= 12 V. L.) translatio Latina absque G praemittit haecce:

„Cum viro irreligioso tracta de sanctitate,
et cum iniusto de iustitia“,

quae tamen, ut admonent verba versus (14 V. L.) praeviis adnectenda „non attendas his in omni consilio“, a versu 11 seiungi oportet (utpote quo enumerentur ii, quibuscum ne consilium conferamus docet Siracida). Alioquin legere debemus cum codice Malmundariensi (vide Luc. Brug. pag. 262):

„Cum viro irreligioso de sanctitate,
et cum iniusto de iustitia“.

Sed operae pretium est commemorare formam, qua colon illud exhibetur in manuscripto γ et Brev. 574:

„Cum viro religioso tracta de sanctitate,
et cum iusto de iustitia“.

Quae et ad contextum convenit (dummodo post vocem „iustitia“ interpungatur), cum verbis in Vetere Latina deinde sequentibus opponatur, et auctoritate codicis optimae notae γ commendatur.

11. μετὰ βασκάνου, V. L. „cum viro livido“; sed ^ „viro“ in τ. μετὰ ὀκνηροῦ . . . . . οἰκέτῃ ἀργῷ.

V. L. „cum operario agrario (antiquitus „agri“ = γ) . . . . . cum servo pigro“.

Interpres Latinus sequitur hunc textum Graecum: μετὰ ἐργάτου ἀγροῦ (sic male pro ἀργοῦ) . . . . . οἰκέτῃ ὀκνηρῷ. [Cf. enim 22, 1 et 2, ubi in V. L. „piger“ pro Graeco ὀκνηρός adhibetur; 7, 35 (39 V. L.) „non te pigeat“ („non pigriteris“ Spec.² 636, 11) pro Graeco μὴ ὄκνει]. Non videtur translator Latinus in codice suo Graeco pro „pigro“ loco nostro habuisse adiectivum ἀργός, cum e. g. μὴ ἀργῇ 33, 28 vertat „ne vacet“, atque ἀργία 33, 29 reddat „otiositas“.

μετὰ μισθίου ἐφεστίου (= cum mercenario, qui versatur apud focum seu lares, qui contubernio tuo utitur); V. L. „cum operario annuali“ = ἐπετείου*) = codd. 55, 106, 248, (254), (296), quam lectionem veram esse et procreatricem ceterarum variantium ἐφεστίου (cod. C ἐπεστίου) atque ἐπαιτίου**) (codd. ℵ², 157) cognosci posse existimo; est enim ἐφεστίου lectio prae Veteris Latinae textu facilior, ἐπαιτίου vero, ut patet, falsum est.***)

11. ἐπὶ πάσῃ συμβουλίᾳ V. L. et cod. C.

12. ἐντολὰς (cod. 248 + Κυρίου). V. L. „timorem Dei“; cf. ad 2, 10 pag. 58 not. 1. P „qui verentur committere peccatum coram Deo“.

13. καὶ βουλὴν καρδίας, V. L. (α, γ, ϑ, κ¹ + „et) cor boni consilii“.

στῆσον; V. L. „statue tecum“ (sed ∧ „tecum“ in γ, τ).

οὐ γάρ ἐστί σοι πιστότερος αὐτῆς.

V. L. „non est enim tibi aliud pluris†) illo“.

Legitne Latinus varietate mere Graeca περισσότερον αὐτῆς? Lectionem G commendat et P = „quia fides illius servat eum, atque etiam ipse fidelis est perinde ac tu“.

14. ψυχὴ γὰρ (∧ γὰρ cod. 23) ἀνδρὸς ἀπαγγέλλειν ἐνίοτε (cod. 157 + τὸ ἀληϑὲς; cod. 106 ut videtur in margine al. m. + ἀληϑινὰ) εἴωϑεν. V. L. „anima viri sancti enuntiat aliquando vera“.

16. ἀρχὴ παντὸς ἔργου λόγος, V. L. „ante omnia opera (sed scribe „ante omnem operam“ = γ, τ) verbum verax praecedat te“.

17 sq. Ἴχνος ἀλλοιώσεως καρδίας τέσσαρα μέρη ἀνατέλλει,
ἀγαϑὸν καὶ κακόν, ζωὴ καὶ ϑάνατος,
καὶ κυριεύουσα ἐνδελεχῶς αὐτῶν γλῶσσά ἐστιν.
V. L. „Verbum nequam immutabit cor,
ex quo partes quattuor oriuntur,
bonum et malum, vita et mors;
et dominatrix illorum est assidua lingua“.

---

*) = ad unum annum (ἐπὶ τοῦ νῦν ἔτους) conducto; περὶ συντελείας, recte V. L. „de consummatione anni.“

**) = qui est in culpa, culpandus. — Non curo lectionem ἀφεστίου codicis B, quae cum sit facillima, aperte est emendata.

***) Cum loci nostri textus diversitate componas Deutn. 15, 18, ubi pro M.T. מִשְׁנֶה שָׂכַר (= duplum mercedem) LXX habent ἐπέτειον μισθόν (complures vero codices ἐφέτιον μισθόν, Complut. ἐπέτιον μισθόν, Sarravianus ἐπαίτιον μισθόν). — Apud Diodorum 19, 21 pro ἐπετείων quaedam exemplaria habent ἐφεστίων; in Aristotelis problematibus 20, 7 et 13 pro ἐπέτεια quidam testes ἐφέτια.

†) Habet cod. α „ . . . . . alius fidelior illo“.

De versu nostro hoc iudicium fert Lesètre: „Ce verset est peu clair en latin, mais il l'est beaucoup moins encore en grec . . . . Au lieu de ἴχνος, la trace, peut-être faudrait-il λόγος conformément à la Vulgate: la parole ou la réflexion change le cœur et lui fait prendre un des quatre partis indiqués . . . . . Les explications très diverses que les auteurs donnent sur ce verset, démontrent évidemment deux choses: que nos textes actuels rendent imparfaitement l'hébreu et qu'il n'est guère possible de lever la difficulté". Quae verba etsi non sunt sine quadam veritatis specie, tamen nec commentator ille nec reliqui libri nostri enarratores plane augurati sunt, quanti hic aestimanda sit Vetus Latina. Quae initium versus nostri duplici forma affert. Pro verbis:

ἀλλοιώσεως καρδίας τέσσαρα μέρη (ἀνατέλλει) = G = תְּמוּרַת* לֵב אַרְבַּע

g (V. L.) paulo melius habet:

„verbum nequam immutabit cor" = דָּבָר רַע יָמִיר לֵב.

Estne ἴχνος in G hic adscriptum ex 13, 26? — Adnotare lubet Veterem Latinam testibus α et γ verba „ex quo" olim ignorasse. — Multo magis adhuc quam in G locus noster deformatus apparet in P ܡܪܝܐ ܟܠ ܒܪܐ = „Dominus creavit omnia" = מַר בָּרָא כֹּל. — Quae cum ita sint, colon nostrum sic resarcire velim:

„Verbum nequam immutabit omnia;
(nam quod attinet ad) bonum et malum, vitam et mortem,
dominatrix eorum assidue est lingua."

Versus noster ita sanatus etiam egregie concordat cum materie et praeviae et sequentis partis capitis nostri, qua de locutione sermo fit (cf. imprimis vv. 16 et 20).

19. ἔστιν ἀνὴρ πανοῦργος καὶ**) πολλῶν παιδευτής,
καὶ τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ ἄχρηστός ἐστιν.
V. L. „Est vir astutus multorum eruditor,
et animae suae inutilis est.
Vir peritus multos erudivit (τ „erudit"),
et animae suae suavis est".

Ex his duabus versus nostri translationibus priorem deleas; caret enim testimonio codicum α, γ, ϑ, κ^1. In posteriore pro „suavis" a manuscripto α exhibetur „insuavis", quae est vera translatoris Latini lectio, cum pro ἄχρηστος (ἄχριστος) vitiose ἀχάριστος in exemplari suo Graeco habuerit.

*) Vel aliud substantivum radicis מור hic exstabat Hebraice.

**) Omitte καὶ cum V. L., S. H., Sah. plurimisque testibus Graecis.

20. Ἔστι σοφιζόμενος ἐν λόγοις μισητός.

V. L. „qui sophistice loquitur, odibilis est“ (sed ∧ „est“ in γ et κ^{1}).

Videtur incuria quadam a manuscripto Graeco Latini interpretis afuisse ἔστι, id quod textu continuo scripto facile accidere poterat, cum eadem vox et comma praevium (19b) claudat et versum nostrum (20) exordiatur.

οὕτος πάσης τροφῆς (a radice ברה?) καθυστερήσει. — V. L. „in (∧ „in“ γ, κ^{1}, τ; α, ϑ „hic“ pro „in“) omni re (= דָּבָר?) defraudabitur“; P: ܒܟܠ ܕܒܪ ܡܢ ܟܠ ܝܩܪܐ = „et ab omni honore (= כָּבוֹד?) impedit seipsum“.

21. οὐ γὰρ ἐδόϑη αὐτῷ. V. L. „non est illi data“; sed α, γ, ϑ, κ^{1} „non est enim data illi“.

22. ἔστι σοφὸς τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ. Cum V. L. („est sapiens animae suae sapiens“) componas P: ܐܝܬ ܚܟܝܡ ܒܢܦܫܗ ܕܚܟܝܡ.

22. καὶ οἱ καρποὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ ἐπὶ στόματος πιστοί.

V. L. „et fructus sensus illius laudabilis“ (cf. cod. 248 . . . . . ἐπὶ στόματος αἰνετοί; Biblia Rob. Stephani, Parisiis 1555 . . . . . ἐπὶ στόματος ἐπαινετοί).

In V. L. ante ΕΠΑΙΝΕΤΟΣ*) terminus ΕΠΙ CTOMATOC aberratione oculorum ob quandam similitudinem facili desiderari videtur. — αἰνετοί (ἐπαινετοί, ἐπαινετός) aeque ac πιστοί existimo additamentum spurium atque textui insertum, quia colon 22b complementum postulare videbatur. (Mea sententia πιστοί e versu sequenti, 23b, huc desumptum est). Considerare hic te velim codicem 296, qui in 22b affert nonnisi haec: καὶ οἱ καρποὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ ἐπὶ στόματος. Quocum compares P: ܘܦܪܝ ܥܒܕܘܗܝ ܫܦܝܪ ܘܫܦܝܪ ܚܙܘܬ ܐܦܘܗܝ = „et fructus operum eius ex aspectu faciei eius“. — Versio P praeterea suspicionem mihi ingerit elocutioni ἐπὶ στόματος (= עַל־פֶּה) mendum subesse pro עַל־אַפָּיו (= ἐπὶ προσώπου αὐτοῦ); quam lectionem commendat et versus sequens, qui in P sic sonat (= v. 24 G):

„Et qui sapiens est animae suae, saturabitur deliciis,
et laudabunt eum omnes, qui vident eum“.**)

Opponitur ergo versus 22 commati 19sqq., falsoque libri Siracidae expositores locum nostrum in partem deteriorem interpretari solent; vide e. g. Bretschneiderium ad v. 22: „Describit

*) V. L. enim legit καρπός numero singulari.

**) Cf. etiam ad hunc sensum 19, 29: καὶ ἀπὸ ἀπαντήσεως προσώπου ἐπιγνωσθήσεται νοήμων.

(sc. Siracida) hominem sui commodi solum studiosum, cuius igitur prudentiae fructus est ἐπὶ στόματι i. e. ἐπὶ γλώσσῃ, tantum in lingua, non autem cernitur in re ipsa, i. e. eius sermones videntur aliis tantum utiles, non autem vere sunt.*) Vel ad στόμα suppl. αὐτοῦ, fructus sapientiae sunt in ore ipsius, i. e. ipse solus utilitatem capit ex sapientia sua". Item errat Ball, etsi merito πιστοί et αἰνετοί expungit, cum dicat: „Hebrew perhaps simply: in (lit. upon) his mouth: and remain there".

23. παιδεύει V. L., codd. 248, 253.

24. εὐλογίας, V. L. „benedictionibus"; sed α, γ, ϑ, τ, Spec.[2] 469, 6 „benedictione".

26. ζήσεται (cod. 248 ἔσται) εἰς τὸν αἰῶνα; V. L. „erit vivens in aeternum"; P ܡܡܡ ܠܥܠܡ ܘܠܥܠܡ = „permanet in vitam aeternam".

30. Pro πόνος scribe νόσος suadentibus V. L. („infirmitas"), S. H., Sah., Aeth. plurimisque codicibus Graecis.

ἡ ἀπληστία. V. L. „aviditas"; sed genuine „aplestia" (γ); mendose „apoplexia" codd. τ, Cavensis, Parisinus 11940 (altera manu); „aviditas et aplestia" coniunctim habent codices α, Bernensis A 9, Parisini 9380 et (prima manu) 11940 alteraque manu Parisini 93 et 11505. — Item in versu sequenti pro „crapulam" genuine cum γ legitur „aplestiam" (τ hic quoque vitiose „apoplexiam").

31. ὁ δὲ προσέχων (= נִזְהָר; cf. P ܘܡܬܙܗܪ), V. L. „qui autem abstinens est" (= נִזָּר).

XXXVIII.

1. πρὸς τὰς χρείας; V. L. „propter necessitatem"; cf. Clem. Alex. paed. 2, 8: τίμα δὲ ἰατρὸν πρὸς χρείαν αὐτοῦ (Migne Gr. 8, 476). Est lectio vera πρὸ τῆς χρείας, ut probant

a) P: ܒܩܪ ܐܣܝܐ ܩܕܡ ܕ ܠܐ ܢܬܚܣܪ ܠܟ = „Honora medicum, antequam tibi ipso opus sit."

b) scripta rabbinica, quibus effatum nostrum Siracidae laudatur; cf. Tanchuma מקץ § 10: אמר אלעזר כתוב בבן סירא אוקיר לאסיאך עד שלא תצטרך ליה = „Dicit Eleazar: Scriptum est in (libro) Ben-Sira: Honora medicum tuum, priusquam ipso indigeas". Videas et in tractatu Hierosolymitano, qui vocatur Taanith III 66, d אמר לעזר אוקיר לאסייך עד דלא תצטריך ליה. Cognoscas denique etiam, quae Schechter

*) Mavult Bretschneider delere πιστοί atque αἰνετοί.

(The Jewish Quarterly Review III pag. 703) ad versum nostrum aliunde Hebraice allegat, quaeque loco nostro simillima habentur in Proverbiis Ben-Sirae (ed. J. Drusius Franequerae 1597) pag. 1.

His omnibus praeterea perspicuum evadit cum sententiam nostram proverbio increbuisse, tum vocem τιμαῖς ut glossema cum V. L., codd. ℵ², 70, 106, 157, 296 omitti debere; item auferas sequens αὐτοῦ, quod ignorant V. L., codd. ℵ², 157.

1. Κύριος; V. L. et Clemens Alex. paed. 2, 8 (Migne 8, 476) ὁ ὕψιστος.

2. παρὰ γὰρ ὑψίστου ἐστὶν ἴασις; habet Clemens Alex. l. c.: παρὰ δὲ Κυρίου ἐστὶν ἴασις; cf. V. L. „a Deo est enim omnis medela" (praetermittas „enim omnis" cum γ, τ, Spec.¹ 150, 11).

5. ὕδωρ; V. L. „aqua amara"; additur „amara" in τ altera manu; P vero „aqua acerba".

εἰς τὸ γνωσθῆναι τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ (cod. 70 + ὑπὸ ἀνθρώπου; 248 + ἀπὸ ἀνθρώπου); V. L. „ad agnitionem hominum virtus (rectius γ „virtutis") illorum". Inepte ponitur „illorum" pro (τὴν ἰσχὺν) αὐτοῦ, quod a P redditur („ut cognosceretur) virtus Dei".

7. ∧ αὐτοῦ in V. L. et P; item deest in tractatu rabbinico Bereschith rabba c. X fol. 12a, ubi versus noster affertur; cf. Schechter l. c. pag. 693.

8. Μυρεψὸς ἐν τούτοις ποιήσει μίγμα. V. L. „et unguentarius faciet (γ „facit") pigmenta (rectiusne γ „pigmentum"?) suavitatis et unctiones conficiet sanitatis" (sed fortasse sincere „suavitatis" = γ). — In V. L. hic duplicem lectionem occurrere in promptu est. Ad verba „et unguentarius (μυρεψός) . . . . . unctiones" compara P ܘܥܒܕ ܚܕܘܬܐ (ܐܣܝܐ) ܘܐܦ = „atque etiam aromatarius praeparat unguenta". Cf. huc insuper Bereschith rabba c. X fol. 12a, ubi comma nostrum sic laudatur: בהם הרוקח מרקח את־המרקחת = „His unguentarius parat unguentum". — μίγμα vero, quod esse mendum pro σμῆγμα*) subicit mihi terminus Veteris Latinae „pigmentum", Hebraice substantivo radicis מרק expressum fuisse opinor (cf. Esth. 2, 3 תַּמְרֻקֵיהֶן, LXX σμῆγμα; Lev. 6, 21 (28) וּמֹרַק: Incertus σμηχθήσεται).**)

8. καὶ οὐ μὴ συντελέσῃ ἔργα αὐτοῦ,
καὶ εἰρήνη παρ' αὐτοῦ ἐστιν ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς.
V. L. „et non consummabuntur opera eius;
pax enim (= γὰρ pro παρ') Dei super faciem terrae".

*) In Susannae 17 pro σμῆγμα codex 231 habet σμῖγμα.

**) Vide Field l. c. I pag. 179.

Cum V. L., S. H., Sah. plurimisque testibus Graecis legas καὶ οὐ μὴ συντελεσθῇ κτλ., cui favet et P: ولا يعجل خبرا = „ne deficiat opus“; quod si hinc pro συντελεσθῇ Hebraice exstitisse radicem בטל coniectare licet, praestat lectio vel versio: „non ad irritum redigentur“. — εἰρήνη eratne Hebraice scriptum שָׁלוֹם mente auctoris libri nostri prosperitatem valetudinis significans?

9. μὴ παράβλεπε, V. L. „ne despicias te ipsum“; sed ∧ „te ipsum“ γ, τ.

10. ἀπόστησον πλημμέλειαν, V. L. „averte a delicto“. Fortasse interpres Latinus legit ἀπόστησον πλημμελείας (= cod. 248), sed falso ἀπόστησον sensu intransitivo vertit et πλημμελείας casum secundum numeri singularis iudicavit [contra V. L. enim considera P: احمل جهلا = „aufer iniquitatem“], etsi textus Graecus sensum istum nescio an admittat; de usu intransitivo aoristi ἔστησα videas, quae disserat Winer, Gramm. des neutest. Sprachidioms ed. 7 § 38, 1.

13. Scribe εὐοδία (= S. H., Sah., Aeth., P) pro εὐωδία.

14. χάριν ἐμβιώσεως (= „propter permansionem in vita“). V. L. „propter conversationem illorum“: videtur male legisse χάριν συμβιώσεως αὐτῶν (= propter convictum illorum); cf. Sap. 8, 16, ubi a V. L. dicitur „conversatio“ pro συναναστροφή, quod est synonymum voci ibi sequenti συμβίωσις.

15. ἐμπέσοι, V. L. „incidet“; sed α, γ „incidat“.

17. πίκρανον κλαυθμὸν καὶ θέρμανον κοπετόν,
καὶ ποίησον τὸ πένθος κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ
ἡμέραν μίαν καὶ δύο χάριν διαβολῆς,
καὶ παρακλήθητι λύπης ἕνεκα.

V. L.: „Propter delaturam autem*) amare fer luctum illius uno die,
et consolare propter tristitiam“.

Quae deinde sequuntur:

„et fac luctum secundum meritum eius uno die vel duobus propter detractionem“,

serius in textum invecta sunt, cum non agnoscantur a codice γ, manuscripto 31 bibliothecae universitatis quae dicitur Centralis Madritensis, Speculo[1] 151, 4 sq. Addas huc, quod comma mox sequens „a tristitia enim festinat mors“ arcto cogitationis nexu

*) Omittas „autem“ cum α, γ, τ, Spec.[1] 151, 3 sq., Spec.[2] 563, 2.

cohaeret cum verbis „et consolare propter tristitiam“. — Inepte V. L. „amare fer“ pro πίκρανον (= „amare fac“, חֲמַר).*)

18. ἐκβαίνει = יֹצֵא; V. L. „festinat“ = אָץ (a radice אוץ).

καὶ λύπη καρδίας ΚΑΜΨΕΙ ἰσχύν; V. L. hic duas lectiones sociare videtur: „et cooperit**) (α, ϑ, τ, Spec.[1] 151, 5 „cooperiet“ = ΚΑΛΥΨΕΙ) virtutem, et tristitia cordis flectit (γ, τ, Spec.[1] 151, 6 „flectet“) cervicem“.

19. ἐν ἀπαγωγῇ παραβαίνει καὶ [∧ καὶ codd. ℵ[2] et 307] λύπη,
καὶ βίος πτωχοῦ κατὰ καρδίας.
V. L. „In abductione permanet***) tristitia,
et substantia inopis secundum cor eius“.

P habet: „sic enim cor malum; magis quam mors confringit curâ pauperem et affert afflictionem, quia vita pauperis maledictioni cordis est“. Unde colligo:

a) pro ἀπαγωγῇ substituendum esse ἐπαγωγῇ (= S. H., Sah., Arm., codd. ℵ, A, 106, 155, 157, 248, 253, (296), 307).

b) παραβαίνει esse lectionem veram pro παραμένει.

c) κατὰ καρδίας mendum esse pro κατάρα καρδίας (= codd. 55, 248, 254).

22. Μνήσθητι τὸ κρίμα αὐτοῦ, ὅτι οὕτω ὡς καὶ τὸ σόν.
V. L. „Memor esto iudicii mei; sic enim erit et tuum“.

τὸ κρίμα μου = V. L., S. H., Sah., Arm., Aeth., codd. A, 23, 55, 106, 155, 157, 248, 254, 296, 307; ὅτι οὕτως καὶ τὸ σόν = V. L., S. H., Arm., Aeth., codd. ℵ, A, 23, 106, (155), 157, 248, 253, 254, 296, 307. Ad quae consideres:

a) οὕτως (pro οὕτω ὡς) esse lectionem faciliorem ideoque emendatam, quae contrahendis vocibus οὕτω et ὡς fuerit obvia.

b) αὐτοῦ spurie substitutum videri pro μου, quod quidam hic repente atque inopinato legi putarit.

23. καὶ παρακλήθητι ἐν αὐτῷ, V. L. „consolare illum“; estne ita Latine correctum pro „consolare [cf. (v. 17 V. L.)] in illo“?

25. καὶ†) καυχώμενος ἐν δόρατι κέντρου, βόας ἐλαύνων. — V. L. „et qui gloriatur (sed γ, ϑ, τ „et non gloriatur“) in iaculo, stimulo (κέντρῳ) boves agitat“ (α, γ, ϑ, τ „agit“). Parum libri

---

*) P male legit חֲמַר: سعيدا مصحبة لكنسها = „vinum atque cibi (dentur) hominibus maerentibus“.

**) γ mendose „comperiet“.

***) = παραμένει S. H., Arm., Sah. plurimique codices Graeci.

†) καὶ praetermittas cum S. H., Sah., Arm. plurimisque testibus Graecis.

nostri expositoribus, qui fere ad unum omnes*) textum receptum Graecum falso retinent, innotuit, quam egregie de loco nostro disseruerit Bochart (Hierozoicon, Francofurti ad Moenum 1675 I pag. 381 sq.), cuius verba forma quadam breviore sic proferam: „ . . . . vix dixeris, quid sit „hastile stimuli". Nemo enim reperietur, qui stimulum bovis sic vocaverit; sed Graeca verba aliter legenda atque explicanda, nimirum . . . quomodo distinxit Vetus Interpres: qui gloriatur in iaculo, stimulo boves agitat. Recte, nisi quod nescivit δόρυ hoc loco idem esse quod ἐχέτλην seu stivam aratri, non Graeca phrasi, sed Hebraica, Syra et Arabica. Nam ἐν δόρατι Hebr. erat בחרב, quod reddi queat „in gladio, in cultro" vel „in hastili latae cuspidis" . . . . Porro cum de aratione agitur, hoc idem חרב . . . Syr. ܫܒܛܐ . . . est stiva aratri. Hastile autem vocatur id lignum propter insertum vomerem. Omnino enim hoc lignum cum inserto vomere hastile imitatur latae cuspidis, quod nos halebardam vocamus . . . . Omnino igitur legendum, ut diximus, καυχώμενος ἐν δόρατι, qui in stiva gloriatur, ut sit idem quod prius ὁ κρατῶν ἀρότρου, qui tenet aratrum. Nam haec hemistichia solent esse ἀντίστροφα".

27. καὶ ἡ ὑπομονὴ αὐτοῦ. V. L. „et assiduitas eius." Legit ergo Latinus fortasse καὶ ἡ ἐπιμονὴ αὐτοῦ (= S. H., codd. ℵ, A, 55, 106, 155, 157, 253, 296, 307), quam lectionem praefero. Cum enim ἐπιμονή in Ecclesiastico nonnisi loco nostro occurrat, obvia erat substitutio vocis in libro nostro usitatioris ὑπομονή.

28. καταμανθάνων ἀργῷ σιδήρῳ.

V. L. „et considerans opus ferri".

Lectio multimodis in codicibus Graecis hic variat sic: ἀργῷ σιδήρῳ = codex B — ἔργῳ σιδήρου = codex 23 — ἔργον σιδήρου = S. H., Arm., Aeth., codd. A, 70, 157, 307 — ἔργου σιδήρου = cod. 253 (est ἔργου mendum librarii) — ἔργα σιδήρου = codd. ℵ, 55, 106, 254, 308 — ἐν ἔργῳ σιδήρου = cod. 248 et editio Basileensis minor anni 1551 — ἐργασίαν σιδήρου = cod. 155.

Addubitare non licet, quin casus dativus ἀργῷ (σιδήρῳ) sit genuinus (cf. codices B, 23); neque enim apparet ratio, cur ita mutatus sit accusativus ἔργον (σιδήρου), qui commodius legatur; sed cum codice 248 praefigi debet particula ἐν, quae post καταμανθάνων facile excidere poterat. Denique ἔργῳ esse correcturam

*) Errat etiam J. C. Zenner (Zeitschrift für katholische Theologie, Oeniponte 1897 pag. 568 not. 1).

pro voce usu rariore ἀργῷ admonere vix opus est. — καταμανθάνων ἐν ἀργῷ σιδήρῳ = „contemplans ferrum incultum“; P ܠܡܬܚܙܐ ܠܡܫܩܠ ܕܦܪܙܠ = „cum attendat ad instrumenta ponderis“.

πήξει σάρκας αὐτοῦ, V. L. „uret carnes eius“. Abiitne „uret“ Latine ex forma „durat“? (pro genuinitate temporis praesentis in V. L. dimicat sequens „concertatur“). Sed nec lectio πήξει vera iudicanda est, cum P (ܢܬܩܕ ܒܫܠܗܒܬ ܢܘܪ ; ܕܒܣܪܗ = „flammae ignis rimantur carnem eius“) suadeat, ut cum S. H., Sah., Arm. multisque codicibus Graecis legamus τήξει; cf. et Mich. 1, 4, ubi pro יִתְבַּקְּעוּ LXX ponunt τακήσονται.

καινιεῖ, V. L. „innovat“; sed γ „innovabit“. Aeth. more suo libere vertisse videtur ጸዐምሙ፡ (= „surdas reddit“ sc. aures eius), neque assentior Edersheimio opinanti eum legisse ἀποκναίει (= „vexat“) vel κναίει (= „pruritum movet, titillat“), quam lectionem approbavit etiam Grabe (in ed. τῶν LXX), sed cum καινιεῖ ab omnibus fere manuscriptis Graecis*) defendatur, accedo Fritzschii coniecturae egregiae translatorem Graecum mendose legisse יְחַרִישׁ pro יַחֲרִישׁ = „obsurdescere facit“.

ἐπὶ συντελείας, V. L. „in perfectionem“, sed γ, τ „in consummatione“ (τ „-em“); cf. antecedens „in consummationem“ (Graecus εἰς συντέλειαν).

29. ἐναρίθμιος (= in numero habitus).**) V. L. „in numero“; haereo an olim V. L. sonuerit „innumera“ (= α, γ, ϑ). Videtur hic interpres Graece legisse ἀνάριθμος; neque enim eum adiectivum compositum ἐναρίθμιος sermone patrio imitatum esse Latina elocutio „innumera“ probat.

33. Pro δικαιοσύνην scribas παιδείαν cum V. L., S. H., Sah., Arm. testibusque plurimis Graecis, id quod monet et P „non percipient disciplinam sapientiae“. Est δικαιοσύνην correctura in textum invecta aperte propter sequens κρίμα, quocum terminus παιδείαν haud apte consociari videbatur. Sed cum lectione παιδείαν compares verba mox occurrentia καὶ ἐν παραβολαῖς οὐχ εὑρεθήσονται.

---

*) excipe cod. A κενιεῖ; 155 καινίσει? S. H. male ⲙⲁⲕⲉⲛⲓ = κενοῖ? Arm. correcte ⴽⴰⵏⵉⵙⵉ = κινεῖ? Sah. ⲚⲀⲦⲘⲦⲘ = κναίει?

**) Cf. Linde: „figulus quotidie certum vasorum numerum conficit“; Houbigant: „numerat vasa figulus, sive quia mercedem habet pro numero vasorum, sive ut sciat, quot vasa fecerit et quot supersint facienda“.

XXXIX.

1. σοφίαν πάντων ἀρχαίων ἐκζητήσει, V. L. + „sapiens“;*) sed huius augmenti spurii (∧ in τ) in causa fuerunt verba praevia inepte reddita a G, qui interpres sensui praepositionali vocis πλήν nimis indulsit. Verba enim, quae in editione Sixtina in fine capitis 38 exstant, ad 39, 1 assumenda sic transferri debebant: πλὴν [= πλὴν ἀλλὰ**) = „verumtamen, attamen, tantum“] ὁ ἐπιδοὺς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καὶ διανοούμενος ἐν νόμῳ ὑψίστου σοφίαν πάντων ἀρχαίων ἐκζητήσει. Opponuntur haec versibus 25 sqq. capitis 38. — Male V. L. in clausula capitis 38 „accommodantes animam suam et conquirentes“ (duo codices Lucae Brugensis: „accommodantis“ et „conquirentis“).

2. Pro διηγήσεις habent διήγησιν V. L., S. H., Sah. plurimique testes Graeci.

4. ἀλλοτρίων ἐθνῶν, V. L. „alienigenarum gentium“, sed α, γ, ϑ, κ^1, Brev. 553 „alienarum gentium“.

6. ἐὰν γὰρ ὁ Κύριος V. L., codd. 106, 157, 296, 308.

πνεύματι συνέσεως ἐμπλήσει αὐτόν V. L., Sah., Aeth., codd. $\aleph^2$, A, 106, 155, 157, 296, 307, 308.

7. αὐτὸς κατευθυνεῖ, V. L. „et ipse diriget“; sed ∧ „et“ α, γ, ϑ, τ.

9. καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος V. L., S. H., Sah., Arm. plurimique codices Graeci.

ζήσεται, V. L. „requiretur“ = codd. A, 157 ζητήσεται; cf. ad 34 (al. 31), 14 (pag. 234).

11. ὄνομα καταλείψει ἢ χίλιοι, V. L. „nomen derelinquet plus quam mille“. V. L. verba „plus quam“ olim non agnovisse testatur τ; in α mendose legitur „non me derelinquet ille“. Putasne igitur Latinum translatorem particulam ἤ (H) in exemplari suo Graeco desiderasse, quae in scriptione maiuscula post (καταλειψ)EI facile praeteriri poterat? Thielmannii suspicionem (VIII 521) antiquitus exstitisse „nomen derelinquet quam (= plus quam) mille“ ab ullo teste confirmari non vidi.

ἐμποιεῖ αὐτῷ (cod. $\aleph^1$ ἐμποιήσει αὐτῷ), V. L. „proderit illi“. Origo vocis Graecae a Latino interprete fortasse ad arbitrium versae, quamquam commentatores non uno modo hic operam na-

*) In cod. 106 inter lineas alia manu additur σοφός ad vocem συντηρήσει versus 2.

**) Cf. P: etc. حتم هُ بِهُ هُ هُ هُ.

varunt,*) tamen usque ad hoc tempus non est ita explanata, ut in ulla explicatione acquiescam. Fuerunt, qui illius verbi notionem ex 42, 17 οὐκ ἐνεποίησε τοῖς ἁγίοις enucleandam ducerent (ut e. g. Ball), sed non suspicione assecuti sunt utroque loco fortasse idem mendum occurrere. Sicut enim 42, 17 ἐξεποίησε legi debet, ita et loco nostro ἐκποιεῖ αὐτῷ (= „sufficit ei") aptissima textus Graeci sinceri restitutio mihi videtur. Cogitatio animum meum subit in Hebraico adfuisse radicem ספק,**) quae non modo sufficiendi, verum etiam abundandi notionem continet.***) Ut vero magis illustretur significatio termini ἐκποιεῖ αὐτῷ, liceat mihi verba, quae praecedunt in clariore luce collocare. Quae quin Graece sint obnoxia mendo cuidam textus Hebraici, nequit in dubium vocari. Quod Edersheimium†) secutus sic corrigendum iudico:

„Si (in vita) permaneat, nomen eius collaudabitur (יֶאְשַׁר pro יִשְׁאִיר καταλείψει) magis quam mille,

et si (vita) defungatur, redundat illi" (sc. laus).

Sed incertus sum, an pro לו מספק††) interpres G melius lecturus fuerit לֹא מִסְפָּר = „non est numerus" (laudis eius).

12. καὶ ὡς διχομηνία ἐπληρώθην (cod. 248 ὅτι ὡς διχομηνία ἐπληρώθην). — V. L. „ut furore enim repletus sum". Errat Lesètre, qui interpretem Latinum כַּעַס pro כְּסָא (= plena luna) legisse suspicatur; neque hic termino „furore" redditur vox Graeca δυσμηνία, quae sit mendum pro διχομηνία, ut autumat Welte, Specielle Einleitung in die deuterokanonischen Bücher des A. T. pag. 215, sed V. L. hic sequitur mutatum textum Graecum *g* a recepto G diversum, ita ut falso legerit ὡς μήνι†††) (pro ὡς μήνη; vide, quae mox infra ex P adnotabo).

13. V. L. huic versui absque G praefigit: „in voce dicit", quae minus corrupta adsunt in Spec.[1] 151, 9 „in voce dicito". Haec

---

*) Perlustrare licet eorum conatorum maximam partem apud Fritzsche pag. 223.

**) Vide *H* 42, 17.

***) Cf. Gesenii (Thesaur. linguae Hebraicae, Lipsiae 1829—1853, II pag. 966) ad ספק: „primaria potestas esse videtur in abundando, redundando".

†) Ipse hanc emendationem affert: „If he remain alive, he will be praised by (or „more than") a thousand; and if he die, by people without number" (לא־מִסְפָּר). [P: „si volet, inter mille laudabitur, et si tacebit, in populo exiguo!!"]. Nec tamen ad vitium lectionis ἐμποιεῖ dilucidandum valuit.

††) De permutatione vocum לא et לו vide supra pag. 137 not. 1.

†††) De voce πληροῦν cum casu dativo coniuncta consulas Winer, Gramm. des neutest. Sprachidioms ed. 7 § 31, 7.

olim lecta esse „in duodecimo (sc. die)“ atque a Vetere Interprete falso ad versum 13 (= 17 V. L.) adiuncta esse crediderim. Sic enim 12b in *g* sonabat: ὅτι ὡς μήνη ἐπληρώθην ἐν δυοκαιδεκάτῃ, quam opinionem mihi infert P 12b: ܐܘ ܐܝܟ ܣܗܪܐ ܕܒܬܪܥܣܪ ܝܘܡ = „quasi luna die duodecimo“.

υἱοὶ (בָּנַי) ὅσιοι; V. L. „divini fructus“ (= יְנִיבֵי?).

καὶ βλαστήσατε ὡς ῥόδον φυόμενον ἐπὶ ῥεύματος ἀγροῦ, V. L. „et quasi rosa plantata super rivos (α, γ, ϑ, κ[1], τ, Spec.[1] 151, 10 „rivum“) aquarum fructificate“; cf. Clem. Alex. paed. 2, 8 (Migne Gr. 8, 489): καὶ ὡς ῥόδον πεφυτευμένον ἐπὶ ῥευμάτων ὑδάτων βλαστήσατε; P ܐܘ ܐܝܟ ܐܪܙܐ ܕܐܬܬܥܪ ܥܠ ܡܝ ܐܢܗܪ „atque sicut cedri plantatae iuxta aquam“. — Pro ἀγροῦ cum S. H., Arm., codd. א, A, C, 23, 106, 157, 248, 253, 296, 307, 308 legendum esse ὑγροῦ patet.

14. ^ καί[1] V. L. et Clemens Alex. l. c.

διάδοτε ὀσμήν, V. L. „et date odorem“; (^ „et“ α, γ, ϑ, κ[1], τ, Miss. 978, Brev. 871 et 1157; Spec.[1]. 151, 12).

εὐλογήσατε Κύριον ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις. V. L. „et benedicite Dominum in operibus suis“; cf. Clem. Alex. l. c. καὶ εὐλογήσατε Κύριον ἐπὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

15. Pro ἐν αἰνέσει αὐτοῦ V. L. et Clem. Alex. paed. 2, 4 (Migne Gr. 8, 445) tantum αὐτῷ.

καὶ ἐν κινύραις, V. L. „et citharis“; genuine vero „et cinyris“ (= γ; τ „et cyniris“); vide etiam manuscripta ad Spec.[1] 151, 15.

16a. ^ ὅτι V. L. et cod. 248.

17. Versui huic ne mancus evadat parallelismus membrorum, praefigamus colon: οὐκ ἔστιν εἰπεῖν· τί τοῦτο (ἢ) εἰς τί τοῦτο; quod ibi affertur cum ab omnibus quae vidi manuscriptis Graecis (excipiturne cod. 296?), tum ab S. H., Sah., Arm., Aeth.

18. Ἐν προστάγματι αὐτοῦ πᾶσα ἡ εὐδοκία,
καὶ οὐκ ἔστιν, ὃς ἐλαττώσει τὸ σωτήριον αὐτοῦ.
V. L. „Quoniam in praecepto ipsius placor fit,
et non est minoratio in salute ipsius“.

Cum V. L. compone Clem. Alex. paed. 2, 4 (Migne Gr. 8, 445): ὅτι ἐν προστάγματι αὐτοῦ πᾶσα εὐδοκία γίνεται, καὶ οὐκ ἔστιν ἐλάττωσις εἰς τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Adducor in sententiam diversitatem istam ortum trahere ex Hebraico, ubi ὃς ἐλαττώσει et ἐλάττωσις iisdem literis consonantibus conscripta fuisse opinor, ita ut G participium Hiphil (מַצְעִיר), *g* vero substantivum eiusdem radicis litera praeformativa מ ornatum (מַצָּעָר, ἐλάττωσις) legere sibi

visi sint. Vox, quam ut obiectum verbi ἐλαττώσει in Hebraico pro τὸ σωτήριον αὐτοῦ legit G, Hebraismi serioris more praepositione ל instructa translatori isti videbatur; cf. etiam P ܠܡܬ ܠܡܫܕܪ ܕܠܐ ܡܫܗܐ ܠܡܫܡܥ ܕܠܐ ܡܫܗܐ *) („neque est, qui retardet mandatum eius"). *H* (ואין מעצור לתשועתו) suggerit opinionem pro מַצָּעִיר atque מִצָּעָר (= ὃς ἐλαττώσει et ἐλάττωσις) G atque *g* melius lecturos fuisse מעצר atque מַעֲצוֹר [= „qui coercet" et „coercitio" (impedimentum)]; cf. etiam P ܡܫܗܐ. Teste 1 Sam. 14, 6 lectio *H* ceteris textibus praestare videtur (= „neque est prohibitio saluti ab ipso alicui destinatae").

19. κρυβῆναι, V. L. „absconditum", quemadmodum habent et *H* et P.

22. ἐπεκάλυψεν. V. L. „inundavit" = ἐπέκλυσεν,**) quae lectio est sincera (= Sah. ⲁϥⲙⲟⲩϩ; et Aeth. መልአት፡), cum commendetur et ab *H* הציפה. Praeterea ἐπέκλυσεν magis concordat cum voce ἐμέθυσεν (22b). Vide etiam P 22a „benedictio eius tanquam flumen emanat". Denique vox ἐπεκάλυψεν hic caret obiecto sibi adiuncto.

καὶ ὡς κατακλυσμὸς ξηρὰν ἐμέθυσεν, V. L. (α, γ, ϑ, κ^{1} + „et) quomodo cataclysmus aridam inebriavit".

23. οὕτως ὀργὴν αὐτοῦ ἔθνη κληρονομήσει (= ita heredes irae suae constituet יורישׁ gentes).

V. L. „sic ira (ὀργή = Sah., Aeth., cod. $\aleph^{2}$) ipsius gentes, quae non exquisierunt eum (cf. ad 36, 2), hereditabit".

Ut *H* (זעמו גוים יוריש) docet, haec erat mens auctoris Hebraici: „sic ira illius gentes expellet" (יוֹרִישׁ;***) vide Edersheim).

ὡς μετέστρεψεν ὕδατα εἰς ἄλμην.

V. L. „quomodo convertit aquas in siccitatem et siccata est terra".

Desiderantur in α, γ, τ verba „in siccitatem" (vide et Luc. Brug. pag. 264) ideoque absque dubio deleri debent. Cum pro ἅλμην Hebraice adfuisse מָלַח textu *H* certiores fiamus,†) magnopere du-

---

*) ܠܡܫܗܐ ܠܡܫܡܥ emendes in ܠܡܫܡܥ ܠܡܫܗܐ.

**) Simile mendum deprehendis Deutn. 11, 4, ubi pro ἐπέκλυσε codex Sarravianus aliique habent ἐπεκάλυψε.

***) Smend in margine *H* legit הוריש.

†) Compara cum *H* ויהפך למלח משקה versionem P ܘܐܬܗܦܟ ܠܡܠܚ ܡܫܩܐ. — Cf. et Ps. 107 (106), 34 γῆν καρποφόρον (sc. ἔθετο) εἰς ἅλμην (לְמִלֵּחָה) ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ.

bito, num diversitate Hebraica enata sint verba „et siccata est terra“. Quae lectio videtur in textum invecta esse a quodam recensore Graeco, qui particula ὡς (23b) in errorem inductus*) comma 23b falso ad 24a attraxerit; qui cum dein putaret verba ὡς μετέστρεψεν ὕδατα εἰς ἅλμην parum quadrare ad colon αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ τοῖς ὁσίοις εὐθεῖαι (24a), correcturam, quam in V. L. reperimus, in textum introduxit ratus Siracidam hic fortasse de transitu Hebraeorum per Mare Rubrum cogitasse [Accedit huc aliud mendum in V. L., cuius auctor hemistichium 24a sic legerit: καὶ ὁδοὶ αὐτοῦ ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν εὐθεῖαι „et viae illius viis illorum directae sunt“]. — Verba recepta Graeca „quomodo convertit loca aquosa (מַשְׁקֶה et fertilia) in salsuginosa (ac sterilia)“ excidio oppidorum Sodomae et Gomorrhae alludere videntur.

25. οὕτως τοῖς ἁμαρτωλοῖς κακά.

V. L. „sic nequissimis bona et mala“.

Cf. P: „atque etiam impiis seu ad bonum, seu ad malum“. Arridet mihi lectio (marginis) *H* (teste Smend): כן לרעים טוב לרע = „sic impiis bonum ad malum“; vide infra 27b.

26. Pro ἅλα V. L. habet „sal, lac“; sed verbum prius olim V. L. ignorabat, cum desit in α, γ, ϑ primaque manu in τ; cf. Clem. Alex. paed. 2, 8 (Migne Gr. 8, 489), qui ipse etiam pro ἅλα habet γάλα, quam vocem in parte versus nostri subsequenti aeque ac V. L. praetermittit. — De forma ἅλα contra Fritzsche pag. 227 videas Tischendorfii Novi Testamenti Graece ed. 8 Lipsiae 1869 ad Marc. 9, 50. — Pro καὶ μέλι καὶ γάλα legi oportet καὶ γάλα καὶ μέλι cum *H*, S.H., Sah, Arm., codd. א, 106, 157, 248, 253, 307. Suadet id etiam P.

28. ∧ καί² V. L., S.H., Sah., Arm., codd. A, 70, 106, 157, 248, 253, 307.

κοπάσουσιν, V. L. „placabunt“, sed genuine etsi inepte legitur n V. L. „confundent“ = γ, ϑ (mendose κ¹ „confundet“). Simili discrimine Ez. 43, 10 pro M. T. וְיִכָּלְמוּ מֵעֲוֹנוֹתֵיהֶם LXX habent κοπάσουσιν (a rad. כלה) ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

32. καὶ ἐν γραφῇ ἀφῆκα, V. L. „et scripta dimisi“; sed genuine in V. L. γ, τ „et inscripta dimisi“ (= καὶ ἔγγραφα ἀφῆκα?).

*) ὡς hic indicat comparationem cum praeviis. Considera *H* ויהפך.

XL.

1. ἕως ἡμέρας ἐπὶ ταφῆ εἰς μητέρα πάντων.

V. L. „usque in diem sepulturae (= Arm.) in matrem omnium".

Scribo ἐπιταφῆς (= V. L.?, codd. A, C), quod pro ἐπιστροφῆς (= codd. 157, 248) Graece substitutum esse non puto, licet hanc lectionem suadeat *H* עד יום שובו. Verbi ἐπιθάπτειν usus fit in Heroico Philostrati (ed. C. L. Kayser, Lipsiae 1870—71) II pag. 139.

3. Tametsi *H* habet כסא לגבה, haesito, an pro ἐπὶ θρόνου ἐν δόξῃ germana interpretis G lectio sit ἐπὶ θρόνου ἐνδόξου (= V. L., S. H., Aeth. plurimique codices Graeci).

5. μηνίαμα, V. L. „iracundia perseverans"; cf. huc Hoeschelii verba „est autem μήνιμα vel μηνίαμα idem quod μῆνις Homero, i. e. χολὴ ἐπίμονος Didymus, ἡ ἐπιμένουσα ὀργὴ Eusthatius". — Item et in lexico Cyrilli Alexandrini (manuscr. Brem.)*): μῆνις οὐχ ἡ τυχοῦσα ὀργὴ ἀλλ' ἡ ἐπίμονος.

De versu 6 vide supra in pag. 32.

8. Verba πρὸς ταῦτα a V. L. ad versum 9 assumuntur; sed tali separatione vocum opus non fuisse probat terminus ταῦτα πάντα versus decimi, qui res in nono enumeratas reminiscendi causa unum sub aspectum subicit. — καὶ ἐπὶ ἁμαρτωλῶν ἑπταπλάσια πρὸς ταῦτα = „sed flagitiosis hominibus septuplo graviora quam ceteris" (Grotius).

11. καὶ ἀπὸ ὑδάτων εἰς θάλασσαν ἀνακάμπτει. V. L. „et omnes aquae (α, γ, θ, κ¹: „et aquae omnes) in mare revertentur". Sensus commatis 11b genuinus ab interprete Graeco parum intellectus videtur lectioni emendatae Veteris Latinae („aquae omnes") locum dedisse. Translatorem G fugit וּמֵמַיִם Hebraice praecise dictum esse pro καὶ ὅσα ἀπὸ ὑδάτων (Fritzsche), ut habet correcturâ Graecâ codex 70. Melius vero quam G (וממים אל ים) *H* legit ואשר ממרום אל מרום = καὶ ὅσα ἀφ' ὕψους εἰς ὕψος; sic et P.

16. ἄχει (= „ulva"; P سحلحل = „alga, germen") occurrit in V. L. bis translatum, primum voce „sonant", quae versum praevium claudit (cf. huc mendum codicis 70 ἠχεῖ**) a verbo ἠχέω; Dorice dicitur ἀχεῖ), deinde in ipso commate 16a in Vetere Latina

*) Cf. Schleusner, Nov. thesaur. phil. crit. I pag. XVIII.

**) item in Aeth.

redditur „viriditas“;*) quocum componas editionem Bibliorum Basileensem anni 1551, quae pro AXEI habet XΛOH (Drusio teste scribitur alibi ΛEXH).

18b. καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα ὁ ἑυρίσκων θησαυρόν.

V. L. „et in ea invenies thesaurum“, itaque habet correcturâ sed non in Hebraico enatâ, cuius ansam praebuit vox ἀμφότερα, quae quo spectet in textu vulgari Graeco non liquet.**) Grotii sententiam inter αὐτάρκους et ἐργάτου ponendam esse particulam καί***) commendat *H.* Mea opinione G in manuscripto suo Hebraico deprehendit: חיי יותר שׂכר ימתקו†) („vita eius, qui abundat mercede, dulcis redditur“) ac libere vertit. Praefero textum *H* חיי יין ושכר ימתקו = „vita (in convivio) vini et sicerae dulcis efficitur“.

19. λογίζεται, V. L. „computabitur“; sed α, γ, τ „computatur“.

21. Scribe μέλη cum V. L., S.H., Sah., Arm., *H*, P.

22. Cum S.H., Arm., Aeth. dele σου post ὀφθαλμός; ∧ in *H* et P.

καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα χλόην σπόρου. V. L. „et super haec virides sationes“; sed γ: „et super hoc viride sationis“. Recta lectio Graeca est χλόη, ut subicit *H.*

25. ἐπιστήσουσι πόδα, V. L. „est constitutio pedum“; sed γ „constituet (τ constituit) pedem“.

βουλὴ εὐδοκιμεῖται. V. L. „consilium beneplacitum“; P „consilium bonum“.

26. ἀνυψοῦσιν V. L., codd. א, A, 55, 254, 296, 307, 308.

Legas ἐν φόβῳ Κυρίου cum V. L., S.H., Sah., Arm., *H* (Smend), P.

28. κρεῖσσον ἀποθανεῖν ἢ ἐπαιτεῖν. V. L. „melius est enim (∧ „enim“ γ) mori quam indigere“.

29. ἀλισγήσει††) a V. L. et Sah. libere vertitur „alit“.

30. Pro ἀναιδοῦς (= *H* et P) nonnisi apud Rab. reperi „impudentis“ (Veteris Latinae editio vulgata: „imprudentis“).

---

*) In θ hic est ordo verborum: „viriditas super omnem aquam etc.“

**) Eandem ob causam in Sah. emendate comma 18b sic sonat: „qui autem invenit thesaurum praestat illo“.

***) Similiter legitur in versione recepta Anglica: „To labour and to be content with that a man hath, is a sweet life: but he that findeth a treasure is above them both“.

†) Cf. *H* (in marg.) יותר שכל.

††) Estne מענל (*H*) = מנעל? Cf. The Jewish Quarterly Review IX pag. 545.

XLI.

4. τί ἀπαναίνῃ (= *H* מה תמאס); V. L. „quid superveniet tibi?“ (∧ „tibi“ α, γ, ϑ, κ¹, τ); cf. cod. 106, qui pro ἀπαναίνῃ in margine alia manu habet ἀπέρχετε (vitiose pro ἐπέρχεται).

5. καὶ συναναστρεφόμενα παροικίαις ἀσεβῶν; V. L. „et qui conversantur secus domos (male παρ᾽ οἰκίαις; ita etiam Arm.) impiorum“.

6. ἐνδελεχιεῖ ὄνειδος = יַעֲמֹד חֶסֶד (P ܢܩܡ ܥܘܠܒܐ = „habitabit egestas“ = יעמר חֶסֶר); V. L. „assiduitas opprobrii“ = עֲמֹד חֶסֶד?

11. ἐν σώματι αὐτῶν V. L., Sah, codd. א¹, 155, 307.

Verba οὐκ ἀγαθόν, cum in V. L., Aeth., cod. 70 desint, glossema esse fortasse videantur, licet P vertat: „et nomen operantium bona oblivioni non dabitur in aeternum“. Ceteris testibus versus nostri propter contextum praepono *H*: „vanitas (הבל, non אבל) hominis in corpore eius, nomen autem gratum (שם חסד) non exstirpabitur“.

12. περὶ ὀνόματος (= *H*); cod. א² + καλοῦ; V. L. „de bono nomine“. — μεγάλοι ϑησαυροὶ χρυσίου, V. L. „thesauri pretiosi et magni“ (cf. *H* sec. marg. אוצרות חמדה).

(21 V. L.) τ ∧ „a“ ante „potente“ } Compara huc
(22 V. L.) τ ∧ „a“ ante „iudice“ } Graecum.

19. καὶ ἀπὸ τόπου οὗ παροικεῖς περὶ κλοπῆς. V. L. verba ista perperam separavit, quia partem priorem versui praevio adnexuit inepteque vertit „et *de* loco“ (pro „et *a* loco“), cum ἀπὸ, ut contextus docet, hic indicet, coram quo pudefieri debeat, particula περὶ vero, qua re erubescendum sit.

De versu 19 vide et supra in pag. 32.

21. καὶ ἀπὸ ἀποστροφῆς προσώπου συγγενοῦς. V. L. iterat horum verborum versionem sic: „ne avertas faciem a proximo tuo“.*) Sed verba Graeca, id quod casu nudo genitivo συγγενοῦς verisimile evadit, valent haec: pudeat te faciem cognati (tibi supplicantis) avertere (= ipsum a te reicere).**) Compara huc usum termini הֵשִׁיב פְּנֵי פ in 1 (3) regg. 2, 16 et 2 chr. 6, 42; opponitur huic locutionis modo Hebraice נָשָׂא פְּנֵי פ.

23. Quamquam καί post δευτερώσεως cum V. L. omittendum esse probat *H*, tamen, ut e testibus apparet, particula ista debetur

*) Similiter vertunt Sah. et Arm.

**) *H* (Smend) מהשב אפי רעך.

ipsi interpreti Graeco, qui fortasse משנות ודבר תשמע male legit pro מש׳ בדבר תש׳.

24. αἰσχυντηρός (*H* בוש), V. L. libere „sine confusione".

XLII.

5. περὶ ἀδιαφόρου πράσεως καὶ ἐμπόρων. V. L. „de corruptione (= περὶ διαφθορᾶς) emptionis et negotiatorum". Scribo περὶ διαφόρου πράσεως ἐμποριῶν (vide Houbigant) = „de lucro redundante e venditione mercium". διαφόρου habent Sah.,*) Arm., codd. א, A, C, 155, 157, 307; cf. pag 98 ad 7, 18. καὶ post πράσεως ignorant S.H., Arm., plerique testes Graeci.

7. Admonente *H* cum V. L., S. H., Sah., Aeth. plurimisque codicibus Graecis recipio lectionem πάντα, licet sit facilior quam παντί.

8. καὶ ἐσχατογήρου κρινομένου πρὸς νέους. Praeferas formam ἐσχατόγηρω,**) cui favet cum lectio depravata multorum manuscriptorum Graecorum ἐσχατόγηρῳ κρινομένῳ tum textus emendatus Veteris Latinae: „et de senioribus (ἐσχατόγηρων), qui iudicantur ab adolescentibus" (= πρὸς νέων?). Praeterea sic emendes: κρινομένου πορνείας***) = „qui respondet (עָנָה) crimini scortationis"; vide Job 9, 14 et *H* loci nostri (sec. marg.) עונה בזנות, quod tamen verto = „qui occupatur fornicatione" (cf. Eccl. 1, 13 et 3, 10 M. T. ac LXX).

9. πατρί; V. L. „patris", sed γ „patri".

10. Cum verbi στειρόω genus activum nusquam alibi sensu intransitivo adhibeatur, στειρώϹῃ iudico mendum pro στειρωθῇ (= V. L., S. H., Aeth. omnesque fere codices Graeci.)

11. καὶ ἔκκλητον λαοῦ (= „evocatum populi"). V. L. „et (ab) obiectione†) plebis". Sic V. L. cum cod. 70 commendat lectionem haud dubie integram ἔγκλητον λαοῦ (= „reprehensione populi dignum"),††) quam iam Grotius proposuit. Ipsi respondet in *H* קללת עם = „convicium populi". — Pro ἐν πλήθει πολλῶν

---

*) Sah. ⲉⲧⲃⲉ ⲟⲩⲙⲛ̄ⲧⲙⲁⲓⲱⲓⲃⲉ, ut in 7, 18.

**) = ἐσχατογέροντος; consule ephemeridem, quae vocatur Mnemosyne, anni 1858 pag. 210.

***) περὶ πορνείας S. H., Arm., Aeth., codd. 23, 70, 253, 307. — Cf. Eccli. 25, 2.

†) α, γ, ϑ, κ[1], τ emendate „abiectione".

††) Cf. Act. Apost. 23, 28 ἐνεκάλουν αὐτῷ, ed. Vulgata „obiciebant illi".

(habent ἐν πλήθει λαοῦ V. L. et cod. 70) legas ἐν πλήθει πυλῶν = *H* בע]רת שער[.

13. καὶ ἀπὸ γυναικὸς πονηρία γυναικός. V. L. „et a muliere iniquitas viri" (cod. 106 post γυναικός[1] habet ἀνδρός alia manu inter lineas insertum). ∧ γυναικός[2] in Arm., Aeth., Ald. Attamen genuinitatem lectionis Sixtinae evincit *H*: ומאשה רעת אשה. Quae ut recte intelligatur, versum 12 secundum *H* interpretatus hic adiungam: „In conspectum cuiusvis masculi (filia tua) ne det formam suam, neve inter mulieres considat". Cum hic in Hebraico utriusque hemistichii teste *H* iussivus exstaret, facili errore interpres Graecus 3. personam sing. fem. cum 2. persona sing. masc. itidem scripta confudit.

14. κρείσσων πονηρία ἀνδρὸς ἢ ἀγαθοποιὸς γυνή. V. L. „melior est enim (ϑ, κ, τ ∧ „enim"; α ∧ „est enim") iniquitas viri quam mulier benefaciens".

15b. Sah. + ⲁⲩⲱ ⲁⲫⲱⲟⲡⲉ ⲛ̄ⲑⲓ ⲡⲉⲥⲙⲟⲩ ⲛ̄ⲛⲉⲫⲥⲁⲡ = καὶ γέγονεν εὐλογία κριμάτων αὐτοῦ. Addit ibidem cod. א[2] καὶ γέγονεν ἐν εὐλογίᾳ αὐτοῦ κρίμα. Quod comma requiritur a parallelismo membrorum in textu Sixtino interrupto, eiusque genuinitatem demonstrat *H* (ופועל רצונו לקחו = „et opus beneplaciti eius doctrina eius"), attamen Graece scribere malo: καὶ γέγονεν (וּפָעוּל) εὐδοκία αὐτοῦ κατὰ κρίμα (cf. 43, 10). Totum vero colon 15b in *H* sic emendare velim: באומר אלהים נוצרו ופועלים רצונו לחקו = ἐν λόγῳ Κυρίου ἔκτισται (sc. τὰ ἔργα Κυρίου 15aα; vitiose *H* רצונו) καὶ ποιεῖ εὐδοκίαν αὐτοῦ κατὰ κρίμα αὐτοῦ. Cf. P: „verbo eius creata sunt opera illius, et omnes creaturae eius perficiunt voluntatem eius".

16. Pro δόξης αὐτοῦ lego δόξης Κυρίου cum V. L., S. H., Sah., Arm., Aeth., *H*, P, plerisque codicibus Graecis. — Hemistichium 16a teste P sensu comparativo accipi debet: „ut sol . . . omnia respicit, ita gloria Domini etc. . ." De καὶ (ו 16b) enim vide Gesenius: Hebr. Gramm. ed. 26 § 161a.

17. Κυρίου, quod pro Κύριος[1] habent S. H., Arm., codd. א, 248, 253, mihi suadet emendationem: οὐκ ἐξεποίησε (pro ἐνεποίησε) τοῖς ἁγίοις Κυρίου = „non valent sancti Domini (ad enarranda omnia opera mira eius"). Cui lectioni adstipulantur P et *H* (לא הספיקו קדושי אל). — Male V. L. „nonne" pro „non" (οὐκ 17a). Recte autem cum *H* omittit τὸ πᾶν (17bβ). Nec non merito ἃ (17bα) missum faciunt codd. C et 248 cum *H*; cuius testimonio comma 17b a praeviis seiungendum ac sic interpretandum erat:

ἐστερέωσε Κύριος τὰς δυνάμεις αὐτοῦ*) στηριχθῆναι ἔναντι δόξης αὐτοῦ (לפני כבודו).

19. Pro καὶ ΕΠΕCOMENA (V. L. „quae superventura sunt"!) scribo καὶ ΕΤΙ ΕCOMENA (= Arm. et *H* sec. marg. ונהיות).

21. Omitte καὶ^{1} cum V. L., S.H., Sah., Arm., Aeth., *H* etc. — Pro ἕως (ὃς V. L., S.H., Arm.; ὡς Aeth.) scribe εἷς (*H* אחד). — *H* מבין contra V. L. (συμβουλίου) tuetur lectionem συμβούλου.

22. Pro σπινθῆρος (vel σπινθὴρ ὃς V. L.) substituo σπινθῆρες (= Aeth.?, cod. 106, Arm.).

24sq. καὶ οὐκ ἐποίησεν οὐδὲν ἐκλεῖπον.
ἓν τοῦ ἑνὸς ἐστερέωσε τὰ ἀγαθά.
V. L. „et non fecit quidquam deesse.
Uniuscuiusque confirmavit bona."

V. L. lectioni plurimorum codicum Graecorum ἐλλεῖπον favet, cum ἐκλείπειν potius „deficiendi" notione valeat. P ܒܛܠ commendare videtur ἐκλεῖπον. Pro ΕΛΛΕΙΠΟΝ ΕΝ V. L. textu Graeco continuo scripto legit tantum ΕΛΛΕΙΠΕΝ.

XLIII.

1a. V. L. „Altitudinis firmamentum pulchritudo eius est". Sed α, γ, κ^{1} ∧ „eius"; ϑ, τ ∧ „est"; cf. Graecum. γαυρίαμα (a V. L. vitiose omissum) fuit substantivum radicis פאר, quod in *H* abiit in תואר „forma, species".

4. Male V. L. et codd. א^{1}, B, C et Ald. φυλάσσων pro φυσῶν. Scribo κάμινος (non κάμινον) φυσῶν, ut suadent Sah., Aeth., *H*, P. — Retineo ἐμφυσῶν contra ἐκφυσῶν (sic V. L., Aeth.), cum haec lectio sit facilior propter praecedens ἐκκαίων ac sequens ἐκλάμπων.

6. Accusativum ἀνάδειξιν a praevio εἰς (6a) pendentem contra V. L. („ostensio") defendunt omnes fere testes Graeci. Praeterea cum Grabe colon 6a sic lego: καὶ ἡ σελήνη ἐν στάσει εἰς καιρὸν αὐτῆς;**) cf. enim cod. 248: καὶ σελήνην ἐποίησεν εἰς στάσιν κτλ. et P: „et luna stat (ܩܐܡ) in tempus suum".

8. ἐν ἀλλοιώσει. In V. L. cum Thielmannio VIII pag. 517 (sub linea) substituo „in commutatione" pro „in consummatione",

---

*) אֵימַץ אֱלֹהִים צְבָאָיו, non א' א' צְבָאוֹת.

**) Ps. 104 (103), 19 LXX ἐποίησε σελήνην εἰς καιρούς (Delitzsch „zu Zeitmessung").

cuius lectionis origo facile explicatur clausula versus praevii in V. L.

8. ἐκλάμπων. V. L. „resplendens gloriose"; sed in γ ∧ „gloriose".

9. Suadente mihi textu *H* comma 9b sic interpretor: „ornatus (עדי *H* sec. marg.) illuminans in excelsis Domini" (Κυρίου habent etiam S.H., Aeth. plurimique codices Graeci). Ex *H* igitur patet falsitas lectionis κόσμον φωτίζων (= V. L., Aeth., cod. 23).

10. Testibus γ et τ pro „deficient" (ΕΚΛΥΘΩCIN) in V. L. olim male legebatur „exardescent" (= ΕΚΚΑΥΘΩCIN cod. 248).

12. Mendose V. L. habet „aperuerunt" (ἐπετάννυσαν) pro ἐτάννυσαν.

16sq. Cum *H* (sec. marg.), S.H., Sah., codd. 23, 106, 157, 248, 253 hemistichia hoc ordine dispono: 17aα, 16a, 16b, 17aβ. Idem flagitat parallelismus cogitationum et particula καὶ ante ἐν ὀπτασίᾳ (16a) posita, cum ipsa desideretur ante ἐν θελήματι (16b). Assumo lectiones ἐν ὀπτασίᾳ et θελήματι + αὐτοῦ ex V. L., S.H., Sah., Aeth. multisque testibus Graecis.

17. ὠδίνησε. V. L. „verberabit", sed antiquitus habebat „exprobravit"*) = τ = ὠνείδισεν = codd. א, B, C, 23, 106, 157, 307, 308, Ald. Quae est correctura inepta indeque exorta, quod ὠδινέω perraro occurrit sensu transitivo (= parturire facere). Videas autem Ps. 29 (28), 8 יָחִיל: LXX συσσείοντος et συσσείσει, Aquilas ὠδίνοντος et ὠδινήσει. — V. L. perperam legit κατα-Δύουσα pro καταΛύουσα (*H* ישכון).

21. καταφάγεται. V. L. „et devorabit"; sed ∧ „et" in α, γ, ϑ, τ.

22. ∧ „et" ante vocem „ros" (δρόσος) in γ, τ; cf. textum Graecum.

23. λογισμῷ αὐτοῦ ἐκόπασεν ἄβυσσον,
καὶ ἐφύτευσεν αὐτὴν Ἰησοῦς.
V. L. „In sermone eius siluit ventus,
et cogitatione sua placavit abyssum,
et plantavit in illa Dominus insulas."

Aperte versus nostri pars prior in V. L. bis redditur, sed posterior translatio inferioris aetatis est, cum desideretur in codd. γ, τ pri-

*) Codd. γ et Malmundariensis, Rab. „exprobrabit". Manuscriptum collegii Atrebatensis, quod Luc. Brug. vocat sericatum, consociat lectiones „verberabit" et „exprobrabit".

maque manu in Parisino 11940. Colon „in sermone*) eius siluit ventus“ videtur niti textu accommodato ad Marcum 4, 39 (καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος). Certe comma 23b, ut in Sixtina sonat, speciem Christianam gerit;**) quacum olim V. L. fere congruebat: „et plantavit illum Dominus“ (τ, cod. Cavensis) vel „Dominus Jesus“ (α, γ, ϑ etc.). [Κύριος pro Ἰησοῦς in 23b habent codd. 106, 155, 157, 308]. Totum igitur versum nostrum sic lego:

λογισμῷ αὐτοῦ ἐκόπασεν ἄβυσσον,
καὶ ἐφύτευσεν (ויטע) ἐν αὐτῇ νήσους = cod. 248.
[*H* 23b „et extendit (ויט) in profundo insulas“].

24. κίνδυνον. V. L. „pericula“; sed γ, τ „periculum“.

25. ποικιλία παντὸς ζώου, κτίσις κητῶν.***) V. L. „varia bestiarum genera et omnium pecorum et creatura belluarum“. Adunatur in V. L. lectio κητῶν cum mendosa variante κτηνῶν (= codd. א, A, C, 254, 307, Aeth.; Rab. „pecudum“ pro „pecorum“).

26. δι' αὐτὸν ΕΥΟΔΙΑ ΤΕΛΟC αὐτοῦ. V. L. „propter ipsum confirmatus (al. „consummatus“) est itineris finis“ (ΟΔΟΥ ΤΕΛΟC; „itineris“ sc. maritimi). Sixtina et V. L. deformantur Graeca correctura; namque cum cod. 248 legendum esse δι' αὐτὸν ΕΥΟ-ΔΟΙ [Ο] ΑΓΓΕΛΟC αὐτοῦ edocet nos *H* למענו יצלח מלאך (= „propter ipsum prospere agit angelus“).

29 sq. φοβερὸς Κύριος καὶ σφόδρα μέγας,
καὶ ϑαυμαστὴ ἡ δυναστεία αὐτοῦ.
δοξάζοντες Κύριον ὑψώσατε καϑόσον ἂν δύνησϑε.
ὑπερέξει γὰρ καὶ ἔτι.
V. L. „Terribilis Dominus et magnus vehementer,
et mirabilis potentia ipsius.
Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis:
supervalebit enim adhuc,
et admirabilis magnificentia eius.
Benedicentes Dominum exaltate illum, quantum potestis:
maior enim est omni laude“.

Ignores verba „et mirabilis potentia ipsius. Glorificantes Dominum“, quia non agnoscuntur a codd. γ, τ, Madritensi universitatis Centralis 31 primaque manu Parisini 11940.†) Cum textu sic ex-

*) Male ἐν λόγῳ αὐτοῦ pro *H* מחשבתו[ב], λογισμῷ αὐτοῦ.

**) Cf. Revue biblique internationale VII pag. 36.

***) בריאת רהבים (cf. Job 26, 12 LXX) pro *H* גבורות רבה.

†) ∧ „et mirabilis potentia ipsius“ in cod. Malmundariensi. — ∧ „Glorificantes Dominum“ in Rab. et cod. Lobbiensi (cf. pag. 90 not. 2).

purgato colon „quantumcumque potueritis: supervalebit enim adhuc“ seriem orationis interrumpat, ipsum quoque missum facias. E G depromptum efficit aliam lectionem pro „quantum potestis: maior enim est omni laude“ atque in margine adnotatum postea falso loco in textum irrepsit. Sic ergo versus (31 sqq. V. L.) legas:

„Terribilis Dominus et magnus vehementer,
et admirabilis magnificentia eius.
Benedicentes Dominum exaltate illum, quantum potestis:
maior enim est omni laude.“

31. ἑώρακεν. V. L. „videbit“; sed α, κ[1] „vidit“ (τ „videt“).
33. γάρ. V. L. „autem“; sed ϑ, τ „enim“.

Absoluta commentationis meae materie, quam supra in pag. 6 indicavi, cum iam satis Veteris Latinae Ecclesiastici indoles et conditio illustrata esse videatur, cetera libri nostri capita quamquam interim eodem modo a me elaborata ac praevia hic missa facio, ne nimis mihi adaugeantur impensae, quas librum typis orientalibus imprimendum afferre omnes norunt. Quod si vero etiam illa capita desiderantur, ea prompta exhibere non abnuo. — Iam hic liber sub prelo erat, cum mihi innotuere haec

Addenda

ad pagg. 5 sq.: Fragmenta Hebraica Ecclesiastici (39, 15—49, 11) denuo ediderunt:

J. Halévy: Étude sur la partie du texte hébreu de l'Ecclésiastique récemment découverte, Parisiis 1897 (Cf. Journal Asiatique seriei IX tom. X pp. 501 sq.).

A. Schlatter: Das neugefundene hebräische Stück des Sirach. Der Glossator des griechischen Sirach und seine Stellung in der Geschichte der jüdischen Theologie (Beiträge zur Förderung christlicher Theologie I 5 et 6), Gütersloh 1897.

I. Lévi: L'Ecclésiastique ou la Sagesse de Jésus, fils de Sira I (Bibliothèque de l'École des hautes études X 1) Parisiis 1898 (Cf. Revue des Études juives XXXII p. 303, XXXVI p. 130, XXXVII p. 308; Journal Asiatique ser. IX tom. XII pp. 352 sqq.).

Sine textu Hebraico evulgarunt Cowley-Neubauer: Ecclesiasti-

cus 39, 15 to 49, 11 translated from the original Hebrew and arranged in parallel columns with the English revised version, Londinii 1897.

Aliam libri nostri particulam (capp. 49, 12—50, 22) Hebraice primus publicavit Schechter in The Jewish Quarterly Review X pp. 197 sqq. (Cf. Rev. des Études juives XXXVII pp. 210 sqq.)

De fragmentis Ecclesiastici Hebraicis refertur vel disseritur etiam in: Allgemeine Zeitung 17 Februarii 1897 (append. pp. 5 sq.); Deutsche Literaturzeitung 1897, 8 et 1898, 2; Literarische Rundschau 1898, 2; Theologische Literaturzeitung 1898 pp. 508 sq.; Theologisches Literaturblatt 1897, 26 et 1898, 8; Theologische Studien und Kritiken 1898 pp. 185 sqq.; Protestantische Monatshefte 1898, 1; Zeitschrift für Assyriologie XII 1898 pp. 393 sq.; Revue biblique VII pp. 33 sqq. (separatim ed. J. Touzard: L'original hébreu de l'Ecclésiastique, Parisiis 1898); Theologisch Tijdschrift 1898 pp. 199 sqq.; Magyar Isidś Szemle 1898, 1; The Jewish Quarterly Rev. X p. 13 sq., 470 sq., 719 sq., 727 sq., XI p. 150 sq.; Athenaeum 1897 I p. 372 sq. et II p. 162; The Expository Times VIII pp. 262 sqq., IX p. 244; American Journal of Theology I pp. 777 sqq., II pp. 210 sqq.; American Journal of Semitic languages and literatures XIV pp. 49 sq., 129 sq., 211 sq., XV pp. 42 sqq.; The Biblical World X pp. 58 sqq.

Vide etiam S. Minocchi: La découverte du texte hébreu original de l'Ecclésiastique (Compte rendu du quatrième congrès scientifique international des catholiques tenu à Fribourg-Suisse du 16 au 20 août 1897), Friburgi i. Helvetia 1898.

Ad pp. 23 sqq. nota hoc opusculum interim editum a N. Peters: Die sahidisch-koptische Übersetzung des Buches Ecclesiasticus auf ihren wahren Wert für die Textkritik untersucht (Biblische Studien III 3), Friburgi i. Brisgovia 1898.

In pag. 15 in lin. 23 deleas 3, 3.

In pag. 97 in lin. 4 sq. scribas „compendiose".

BS1765 .H54
De veteris Latinae Ecclesiastici,
Princeton Theological Seminary-Speer Library
1 1012 00066 6562